

~~22.a.9.~~

~~32.~~

3a - 7-19



9-237

3-15-6 29

Biblioteca General de	
GRANADA	
Clase	A
Volante	20
Tabla	
Número	237

11801141

2 410 40



MADE IN SPAIN

R/8146




Sugillatio

INGRATITUDINIS

Authore

SEBASTIANO CÆSARE
*de Menezes Archiepiscopo
Ulyssinonenfi à Supremo de Statu
Regni et Sacrosanctæ Inqui-
sitivæ Consilio etc.*

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MATOR
Reunido de Santa Cruz , y
Santa Catalina.
E. 4.º C. 86. N. 12.



Augustissimo, ac potentissimo Lusitaniæ Regi
ALPHONSO SEXTO
S U O
SEBASTIANUS CÆSAR MENEZIUS
Æ. F. P.



Ffero Majestati tuæ, Rex Augustissime hunc librum, vel ob sui materiam, quam tractat, vel ob mei obligationem, qua teneor: ob sui materiam, quia cum sit ingratitude reprehensio, necesse est multos lædere, & ideò multiplicitate indiget Regis gratissimi adversus ingratos munimine: ob mei obligationem, quia cum munificentia tuæ debeo, quantum habeo, teneor ne ingratus judicer, regalibus Majestatis tuæ pedibus submissimè offerre quidquid contra ingratos refero, sic enim persolvam tibi, si non quantum debeo, at quantum valeo: simulque consulam huic opusculo, quod parvulum cum sit, quia meum, sub tuo tutelari numine fiet magnum, quia tuum. Hæreo tamen pudibundus, quia cum a deo magna mihi tribuas beneficia, a deo
exi-

exigua tibi referam gratificantis animi monumenta: unde meritò timore corripior ne dum gratificari cupio videar ingratus; erit tamen audaciæ meæ satis officiosa excusatio, quòd quanvis munusculum sit parvum, donantis affectus sit maximus; imò quod de suo Augusto cecinit Vates ingeniosus.

*Non tua, muneribus, major sit gloria, nec quò,
Ut fiat major, crescere possit, habet.*

Cum vero primus gratitudinis partus sit benefici sui recognitio, ac veneratio, satis toleranda erit exiguitas offerentis, dum magnitudinem profiteor tribuentis; quod si auspiciatissimis tuorum oculorum fulgoribus digneris opellam hanc benevole afflare, profecto, qui nuper sub meæ sævientis fortunæ ludibrio eram *nihil*, sub tuo divino patrocinio ero CÆSAR. Vale Rex jucundissime,
* 3 & gra-

& gratissime ad gratitudinis exemplar,
ad Lusitaniæ tuæ perenne delictum, &
immortale decus &c.

*Majestatis tuæ servus obsequentissimus,
& dimississimus &c.*

SEBASTIANUS CÆSAR MENESIUS.

Reverendissimo & Illustrissimo Domino D.

SEBASTIANO CÆSARI
DE MENESIO,

Electo Archiepiscopo Vlyssiponensi Electissimo,
Dignissimo, Colendissimo:

Magni Regis Consiliario Maximo,
Æquissimo, Prudentissimo:


Ad majora, meritis nato,
Ad Summa, votis expectato:

Patrono suo jucundissimo;

Præclari operis adversus Ingratitudinem
Præclarissimo, & Pergratissimo

AUCTORI,
PATER BALTHASAR TELLES
SOCIETATIS IESU
PROVINCIALIS,
In omni Fortuna ejus amantissimus.

D. D. H. O. E.

 *Aurigeros Caesar superator ex Orbe triumphos,
In geminosque axes sepe trophæa tulit.
Casare tu Caesar potior, tua gloria major,
Qui contra Ingratos prælia grata moves.*

Ille Orbem domuit (potuit qui sæpe domari)
Subjecit tanto sub duce terra caput.
Sed non Fortunam valuit cohibere furentem,
Ingrata expertus vulnere sava rota.
Te nuper furibunda feri vertigine fati,
Fortuna insolito turbine dira quatit:
Sed frustra insanit, frustra Dea cæca supremum
Invidiosa parat præcipitare virum:
Unus hic Invidiam Cæsar supereminet, unus
Extra Fortunam est, non habet unde cadat.
Unica victori deerat victoria, victos
Scilicet Ingratos si procul Orbe jadis:
Hanc tibi concinnat palmam Liber aureus; ergo
Hoste triumphato Gratia tolle caput;
Tolle caput, gratoque tuo gratare Patrono,
Quem propter facta es Gratia grata magis.
Dum contra ingratos scribis, Gratiissime Princeps,
Nec melior, nec te gratior ullus erit.

Illu-

Illustrissimo D. D.

SEBASTIANO CÆSARI DE MENESES,

A consiliis Status Majestatis Lusitanicæ,
Electo Ulyssipponensium Archipontifici
Ter maximo, ter Augusto:
Sugillatæ ingratitude Authori
Pergratissimo, Præclarissimo.

P. EMMANUEL A LOYSIUS
& SOCIETATE JESU.

Gratitudinis ergo.

D. D. C.

TAm gratè ingratos carpis gratissime Cæsar,
Ut solum ingratis displicuisse velis.
Gratum opus, ingratos dum pungit, gratius
extat:

Scilicet ingratos Gratia sola ferit.
At tibi pro meritis quas reddet Gratia grates?
Cur jam victrici plaudet uterque polus.
Sit licet ingratus, gratusve, ut tenditur Orbis,
Totus at in laudes cogitur ire tuas.
Sit tacet ingratus: preciosa silentia clamant.
Obruit ingratos non nisi grande decus.

**

Si lo-

Si loquitur gratus: Laus, est gratissima merces,
A non ingrato pectore, & ore fluens.
Illius ingrati, grativè hic calculus esto:
Plus alii, ut scribant, gratus haud poterunt.

In laudem Illustrissimi Domini,

D. SEBASTIANI CÆSARIS
M E N E S I I,

Archiepiscopi Ulyssipponensis designati, &c.

Clavâ litterariâ

Ingratitudinis monstrum prosternentis.



Uc ades Alcide, vocat in certamina Cæsar:
Robore quod fueras, Mente Sebastos erit.
Clava, triumphatis per acuta pericula monstris,
Immortale tuum nomen in astra tulit.
At longè eximios peperit sibi penna triumphos
Cæsaris, atque tuos ingeniosa premit.

De te, quidquid habes, confinxit Græcia mendax:

Lysia de nostro Cæsare vera canit.

Monstrum horrendum, ingens stygias detrusit ad umbras,

Ingratorum animos. Dicite victor io!

Cæsar, & Augustus conduntur pectore in uno;

Nomen & unius Numen utrumque capit.

Ergo cave Alcide; noli pugnare duobus,

Cum manus alterius te superare potest.

ALEX. FIGUEROA

In

**

AD

Q

A D
C Æ S A R E M

T E R M A X I M U M .

Contra ingratos Scribentem,

Gratulatoria Monastica.

I.

Æsar adest: timeas nullas, liber alme, pro-
cellas;
Cæsarem in Autorem cum liber ipse
vehas.

II.

Scribendo, simul & faciendo maxima; Cæsar
Ut fuit ille olim; sic modò Cæsar hic est.

III.

Curia Pontificis te ambit, te Curia Regis:
Te sine non posset mundus uterque regi.

IV.

Hactenus orbis erat gratus tibi grata gerenti;
Carpenti ingratos nunc tibi gratus erit.

V.

Ut capias, quantus Cæsar fuit, & modò qui hic est?
Non capit hos, mundo par nisi Roma, pares.

Quæ

VI.

Quæ fecit, quæquæ aut scripsit, sunt grandia, Cæsar:
Grandia conscribit, grandia Cæsar agit.

VII.

Afflaret quanvis, quanvis fortuna reflaret;
Fortuna est Cæsar major, & illa minor.

VIII.

Non fortuna tibi constat; sed Cæsar in illa
Sic inconstanti constat ubique tibi.

Ultimum Tetricolen.

Quos potuit, fecit gratos tua gratia Cæsar,
Gratos namque facit, qui bona sæpe facit.

Fecisti hoc, Cæsar, sæpe, imò & semper; at ipsos
Ingratos reddit gratia facta magis.

Donare ingratum ingratum est, scribere in illos
Hoc solum, hoc aliquid gratius esse potest:

Nunc Cæsar scribendo facis, quod dando nequibas;
Sic etiam ut gratus qualibet arte fores.

JORGIVS de ACOSTA.

** 3

Illu-

*Alludit ad
illud fas-
tissimum
contra ad-
versa Cæ-
sarem ve-
hisse.*



Illustrissimo Domino

D. SEBASTIANO CÆSARI
DE MENESES

*Archiepiscopo Ulyssipponensi electo, à secretioribus de statu Regni
Consiliis &c. ingratitude sugillanti.*

EPIGRAMMA.



*Am te munificum Cæsar tua facta probarunt,
Carpentem ingratos te modo scripta probant.*

Ipse tot ingratis dederas qui munera Cæsar,

Solus in ingratos scribere digna potes.

Seu scribas, seu des, ab utroque es Cæsar, & in te

Scribere in ingratos, ut dare, Cæfareum est.

Tui obsequens

P. N. Frz.

In

*In authorem libri, sugillatio ingrati-
tudinis, inscripti.*

EPIGRAMMA.

CÆsar alterius fileat jam fama per orbem,
Major enim antiquo Cæsare Cæsar adest.
Ille tenet gladium dextrâ, calamumque sinistrâ,
Nec fatis una manus munus utrumque gerit.
Hic ferit ingratos, & grata volumina scribit;
Unaque Cæsareum dextera munus agit.
Si manus una facit, quod fecerat ille duabus,
Quid faciet tantus Cæsar utrâque manu?

Illustrissimus Dominus

SEBASTIANUS CÆSAR

Libri author cum Iulio Cæsare confertur.

EPIGRAMMA.

Magnus adest Cæsar, Romano Cæsare major,
Si facere, & pulchrè scribere Cæsareum est.
Cæsar hic ingratos, ille hostes vincere certat;
At minus est hostes vincere, plus animos.
Hic ferit, ille ferit; virtutem ostendit uterque,
Dum ferit hic vitam præbet, at ille necem.
Aureus hic calamo, gladio stat ferreus ille?
Nec par ambobus laus ab utroque venit.
Cæsaris hujus enim potior manus una peregit,
Quod non ille prior fecit utraque manu.

Author

A U T H O R
A L P H O N S O

Lusitaniæ Regi librum dedicat.

E P I G R A M M A.

CÆsar Cæsaræ ditioni reddo libellum,
Ut nunquam ingratum me mea scripta probent.

*In librum, sugillatio ingratitude,
in scriptum.*

E P I G R A M M A.

*Adagium
inuit: Nec
Hercules
contra duos*

SI timet Alcides duplicem confurgere in hostem,
Arma quid in tantos, parve libelle, paras?
Nonne vides quales, quantosque in bella lacefcis?
Unus in ingratos prælia tanta moves?
Sed perge, innumeros audentè carpe, libelle;
Te sugillantem nulla pericla manent.
Nulla procellosæ ferient te fulmina linguæ,
Fortunam, & nomen Cæsaris ipse vehis.

Authoris

Aliud in eumdem librum

E P I G R A M M A.

I Liber, ingratis gaude servire; tuoque
Hoc tantum ex domino disce piare nefas.
Siquis Aristarchus carpat tua dicta, lubenter
Audi; nam carpit qui tua dicta, probat.

Ad benevolum Lectorem.

E P I G R A M M A.

D Um liber ingratos carpit, gratissimus orbi est;
Ingratis igitur debitor esse potes.
Ingratis, fateor, sum debitor ipse; libellum
Authori, Ingratis debeo materiam.

A U T H O R

CÆSAREÆ MAJESTATI

Librum dicat.

E P I G R A M M A.

CÆsaris hic liber est, & imago est Cæsaris: ergo
Debetur summo Cæsari hic ipse liber.

*Alludit ad
illud Reddi-
te que sunt
Cæsaris
Cæsari.*

*In librum, sugillatio ingratitude,
in scriptum.*

E P I G R A M M A.

P Rodiit in lucem nemo securiùs author,
Quem nec Aristarchus carpere posse reor.
Nam cum nemo velit iudex ingratus haberi,
Qui velit hunc librum carpere nullus erit.

Aliud

Aliud in Authorem libri.

EPIGRAMMA.

Ingratos Cæsar carpens, gratissimus ipse est,
Quem juvat exosum talibus esse viris.

Perillustrissimo Domino,

D. SEBASTIANO CÆSARI
DE MENESES,

*Archipræsuli Ulyssipponensi destinato: In causis fidei orthodoxæ
quæsitorei supremo: à secretioribus pro Regni statu Con-
siliis Arbitro summo: Serenissima Maje-
stati immediato:*

Pro Aureo volumine, cui Titulus subtilissimè excogitatus.

Sugillatio ingratitude.

EPIGRAMMA HONORARIUM.

Gratum opus: ingratum dum carpit amore tenorem;
Unde manus gratior, gratior inde modus.
Cæsaris illa Manus: Manus unica: Cæsare major,
Qui foret ut Cæsar, movit utramque manum.
Hæc Manus una movet plumam: movet unica famam;
Dum movet una duas, fit manus una duplex.
Pollex, quo graphicè: capitur dum pluma, politur,
Dextra fit; huic dextræ nulla sinistra comes.
Dextra alia est index: qui Cæsaris indicat artem
Sub duplici digito multiplicasse manus.
A Iove lapsa fuit Manus hæc: Iovis omnia. Credas,
Hoc Iovis è cerebro profuisse caput.
Tam propè sceptræ Iovis caput hoc capita alta gubernat:
Ut caput hoc Aquilæ sit manus alta Iovis.
Hic Liber est Aquilæ, solem quæ combibit. An ne,
Iste

Per-

*Iste Liber solis, vel Iovis iste Liber?
Et Iovis, & Solis Liber hic gratè imperat astris;
Divisum imperium cum Iove Cæsar habet.*

*Vestra Illustrissima Dominationis servus, &
ex intimo subditus*

DIDAGUS LOBO,
è Societate Jesu.

Ingra-

Ingratitudinis Sugillatio
CÆSARIS Elogium.



Ic te jam diù volo, Amice Lector,
Hùc oculos,
Hùc animum verte amabilem
Maximum facturus gaudium
Menti tuæ.
Hic liber CÆSARIS est,
Non Romani.
Sublimior virtus,
Et major prædivitis calami sublimitas,
Lusitanum palàm indicat Cæsarem,
De Romano facilè triumphaturum.
Ille suum multis victorijs auxit imperium,
Sed ipsius majestatem intestinis bellis
Prius corrumpit;
Dum in exteros excanduit,
Sævè etiam in Patriam consuluit.
Non sic splendidior Lusitani Imperii Cæsar;
Patriæ consuluit sibi gratissimæ;
Et odia sua in ingratos redegit omnia,
Quotque literas tanti operis referunt paginæ,
Tot in illos tela conjecit;
Nec illi pennatæ deesse poterant sagittæ,
Est Sebastianus.
Nec adversus ingratos ire desisteret,
Qui gratissimus.
Sed quò magis gratitudinem exprimeret suam,

Eam ipsis vel in verbis amavit,
Formavit in literis,
Sic suas fecit amabiles,
Et bene literatus innotuit.
Verius Sol vocatus ad tenebras,
Quas suâ luce fugavit;
Nec umbram post se passus est CÆSAR,
Quam suis radiis non illustraret.
Ita diffusus in Lucem,
Ut ingratis etiam oriretur.
Non aliter illuceret Liberaliter SOL CÆSAREUS,
Qui
Ut gratitudinis suæ splendorem altius proderet,
Jovem adiit Lusitanum:
Parce mirari:
Lucidissimos namque beat Planetas
Jupiter Maximus.
Nondum à Rege beatus Ulyssipponensi Tiara,
Ante Regis pedes,
CÆSAR suum sistit opus;
Sic se gratum egit, non retulit;
Et ante beneficium
Gratitudinis vicem rependit.
Quo pulchrius se prægratissimum testaretur?
Aut quò CÆSARIS dignitas melius eluceret?
Primum etiam supra Hominem,
Qui à Deo sibi collata beneficia
Multis pensavit injuriis,
Et uno cum orbe nato,
Sibi natam doluit ingratitude.

Nec

Nec probro CÆSARI est,
A communi omnium Parente degenerasse;
Imo hæc major CÆSARIS nobilitas.
Novum sane induit hominem
Veteris animum dum bene exiit ingratisimum.
Par Angelis ergo, qui major homine;
Sed & inter Angelos eminere videtur;
Qui in Angelis quoque ingratitude deprehendit,
Et reprehendit.
Ac Cœlo errantes Stellas,
Nec diu in cœlo mansuras incusat.
Maturum profectò judicium,
Quò è Cœlo etiam cadentes stellæ puniuntur.
Sed dum de judicio memini, finem etiam recordor.
Si plus requiras, Studiose Lector,
Paucis omnia dabo.
Hic liber est
Illustrissimi. D. SEBAST. CÆSARIS de MENEZES
Quem in aula eximium,
Comitate amabilem,
Liberalitate magnificum,
Prudentia spectabilem,
In prosperis modestum,
In adversis constantem,
Inter omnes maximum,
Æquandum à nullo
Modò sua videt Lusitania,
Et ventura mirabitur posteritas.
Nil ultra dicendum credis;
Nisi quòd liber hic totus

Quia

Quia ingratitude fugillat,
CÆSARIS imago est.
At plus ultra superest laudis
Nempe quòd nihil laudis reddendum CÆSARI,
Sed omnia reddenda Deo
Deo gratissimus dicit CÆSAR.

Faciebat

VINCENTIUS de LIZ.

In Librum Illustrissimi Domini,

D. SEBASTIANI CÆSARIS
DE MENESES,

Inaugurati Ulyssipponensis Archiepiscopi Inscriptum Ingratitudinis Sugillatio.

EPIGRAMMA.

Liber, ingratos libratis comprime telis,
Cæsareum ad Superos hoc feret Orbis opus.
Cæsareo, dices, tela hæc sunt missa lacerto,
Nec nisi Cæsareâ hæc tela vibranda manu.
Preserat ingratos Deus olim: deinde furentes
Unas, qui posset carpere, Cæsar erat.
Ergo abeas, claro signans hoc stemmate frontem
Fulmina in ingratos pro Iove Cæsar habet.

JOANNES de LIZ

In

Illustrissimo Domino

SEBASTIANO CÆSARI

Archiepiscopo Ulyssiponensi designato de libro suo.

EPIGRAMMA.

NE tibi sit curæ, placeat si pagina, Cæsar,
Si vel Aristarchi livida damna ferat.
Materies firmat pretium. Gratissimus ille est,
Cui vel in ingratos gratia tanta fuit.

Aliud.

Dum Cæsar petis ingratos, & acumine pungis,
Moliris gratum, nobile & artis opus.
Utile quin etiam emittis: Laus maxima: punctum,
Utile qui grato miscuit, omne tulit.
Gratamur cuncti pro munere; nec tua nostris
Excidet ex oculis pagina, ne vè manu.
Siquis adhuc librum abjiciat, quasi inutile: gestat
(Res mira!) hunc toto pectore, & ore liber.

Item ad lectores monitum.

Duo CÆSARE S.

Vincere quòd ferro, calamo quòd scribere Cæsar
Posset, utrunque fuit (credite) Cæsareum.
Hicce recens calamo scribitque, & vincit: honore
Plus dignum est, calamo vincere, non gladio.

Ense

Ense prior, calamoque decus geminavit utrunque;

Hic in utroque viget Cæsar, & ense caret.

Ille olim veniensque, vidensque in pulvere vicit:

Vincere quæsitus, visus & Ille potest.

Armatus Alter compressit bellicus: Alter

Ingratos (majus quod reor esse) premit.

Auc nihil, aut Cæsar, sibi quisque insigne reposit,

Confero si geminos, Cæsar hic, ille nihil.

EPIGRAMMA

SEBASTIANO CÆSARI

Archiepiscopo Ulyssiponensi designato de libro suo.

Archiepiscopo Ulyssiponensi designato de libro suo.

Archiepiscopo Ulyssiponensi designato de libro suo.

Archiepiscopo Ulyssiponensi designato de libro suo.

Archiepiscopo Ulyssiponensi designato de libro suo.

Archiepiscopo Ulyssiponensi designato de libro suo.

Archiepiscopo Ulyssiponensi designato de libro suo.

Archiepiscopo Ulyssiponensi designato de libro suo.

Archiepiscopo Ulyssiponensi designato de libro suo.

Archiepiscopo Ulyssiponensi designato de libro suo.

Archiepiscopo Ulyssiponensi designato de libro suo.

Archiepiscopo Ulyssiponensi designato de libro suo.

*** 2

Opus

Operis inscriptioni

Sugillatio Ingratitudinis dictæ.

EPIGRAMMA.



Erne operis Titulum, Tituli subfronte relucet
Author hic; ingratos, gratus ubique, notat.
Arguit Aligeros, homines quoque damnat; utrumque
Probquantum est! totum non nisi Cæsar, habet.
Iura dedit Terris Cæsar Romanus; Olympo
Iuppiter: hic Terris Cæsar, & Empyreo.
Iure igitur superis; Terra dat iura: nec unus
Cæsar ingenio jam satis orbis erat.

Operis Commendatio.

EPIGRAMMA.

Hinc ubi desiliunt superi fontana liquoris;
Hinc ubi Cæsareum grande perennat opus.
Hinc ubi Cælicolis Cæsar nova dogmata pandit;
Hinc ubi Terrigenis signat ad astra viam.
Hinc sapiens, indoctus opes; hinc Regia formam
Hauriet: hic populi quo renoventur, habent.
Parthus, Arabs, Mædus, scythia domus ultima, Pontus
Huc properent: Indi Betica Regna, Getæ.
Omnibus his Cæsar populis dat iura: quid ultra?
Unum pro cunctis Cæsaris extat opus.

Offert


P. ANTONIUS PIREZ.

Societatis Jesu Primarius Humaniorum literarum in
Eboynsi Academia Magister.

Ad

Ad Auctorem.

EPIGRAMMA.



Andida, CÆSAREI Conscripti, Carmina Cultu.
Concine Castalii Confociata Cohors.
Conspicuo, CÆSAR, Calamo Concepta
Coronat
Culmina Cælicolûm Condecoranda, Colens.
Codice Consulto, Crescet cum CÆSARE,
CÆSAR,
Consulto, Crescet, CÆSARE Consiliis.
CÆSAR, Cui Celebris Celsæ Cessere Coronæ.
Cuspide Captavit, Corpora, castra, Chaos.
CÆSAR, Constanti, Cui, Curâ Curia Cedit
Civica Consilio, Cælica Corde, Capis.

3

CÆSA

CÆSAREI LIBRI

Censorium Elogium.



Liber ita inscriptus ejusdem Autoris.
To vel per hostiles acies, per munitas urbes, per utrumque Orbem, caelestem, & terrestrem, securus Liber: inscriptum Casarem vehis, & ad calum evehis. J, Libero jam caelo caput infere; qui caelitem ingratorum improbum caput, & caelestium turbarum, proscripsum Autorem describis. Hinc excusso, cum asseclis, Lucifero; Illiusque tenebris, veritatis Luce discussis, Lucem paulisper habita inaccessibilem. Hic caelo jam pridem, omnium suffragiis donatam, Hierarchiam Ecclesiasticam, tibi germanam, saluta: pristinam illa tibi gloriam commodabit; tu eam vicissim tua recenti cumulabis. Illustrium hic operum locus est. è caelo dilapsus, terrestri Paradiso illabere. Hinc jam expulsos à Cherubino primos Parentes, nota ingratitude reos, longius propelle. Tum verò eosdem proprio edoctos malo, & jam resipiscentes, posteris, ut alieno periculo sapiant, sapienter indigita. Sciant, te indice, primogenitam noxii serpentis Ingratitudinem indies latius serpere in perniciem mortaliū. Ipsos deinde illius veneno infectos, sententiarum aculeis, quibusdam quasi tribulis, & spinis à Tellure ingrata in ingratos germinatis, exagita. Emolliendis verò animis ingratitude obduratis, obvia, sed optima tibi suppeditabit argumenta tuus uterinus frater Balatus Oviū; Cujus apud omnes gratia commendatus, non equidem surdis sparges verba irrita ventis, in ventos abeunte ingratitude.

Alius liber ejusdem Autoris ita inscriptus.

Hunc ergo Librum, Angelorum, Hominumque triumphis clarum, & vel ipsis, quos arguit, ingratis acceptissimum, studiose accipite studiosi omnes; quem nocturna versate manu, versate diurna. Illum, fateor, manus una minimè capiet, quia maximum, omniumque manibus circumferendum. Quot in eo paginae ad cleantis lucernam evigilate, tot vigilantissimæ industriæ non obscura signa: quot capita, tot sententia, imo sententiarum cumuli: quot regulæ, tot politico regimini documenta, æquè regendis populis, & dirigendis Regibus aptissima: quot verba, tot flagitorum verbera; majusculis quidem, magnatum incusat ingratitude, eò detestabiliorem, quò majorem; minusculis, minorum, vulgi- que evulgat ingratos mores, beneficiorum immemores: quot apices, tot

mati-

matinae apis dulcia mella, non sine pungenti aculeo, nec sine singularis ingenii acumine elaborata; tot denique sigillis mysticis, quot severis abundat sugillationibus. In eo certe Jota unum, aut unus apex, quæ mysteriis minimè carent, non prateribunt illaudata. Nec puncta libro desunt, qui expunctis è libro vitæ flagitiosis, eos punctim, casimque feriens, omne tulit punctum, dum miscuit utile dulci. Lituris quidem caret, quæ à concisocalamo, absque calamistris nunquam excidunt. Carret etiam erroribus, qui omnes corrigit. Illius titulus, non nimio, ut ceteri, sed Menestorum illustrissimo sanguine rubescit. Indicem habet copiosissimum, imo est totus index, virtutum omnium, quas commendat, vitiorum etiam, quæ emendat; non quidem stylo ferreo in plumbi lamina, sed planè aureo, vel potius divino digito in lapidibus pretiosis inscriptus. Siquis tamen genio indulgere gaudet, in hoc assidue volutando libro, dilicietur; habet enim genium iste liber, omnium genius, & ingenius accommodatus; genialis institutionis ingeniosus magister: intus forisque inscriptus; intima conscientia, externaque forensia ex æquo discutiens. Ad amissum planè castigatus liber, qui liberè ingratissimos castigat anusos. Et nequid illi desit, demorsos sapit ungues, dum ingratorum insipidos mordet mores, simulque gratitudinem mordicus tuctur. Hunc igitur Librum, non lege modo, sed hianti ore devora, siquis es librorum heluo. Sic te probum omnibus probabis, cui placeat liber, doctorum omnium placito approbatus. Ita denique, ingratissimos, quos notat merito iniustam notam effugies; & Autori apud omnes, sed maxime apud Lusitanum Monarcham gratia prævalentem, te gratisimum exhibebis.

At quis libri hujusce Autor? ad extremum quaeris. Dicam verbo. Est Homo unius libri, ut liber unius, unicique hominis. Sed non unicum illi nomen, quem multis nominibus commendabilem nemo nescit, omnes suspiciunt. Sebastianus illi nomen, nec sine numine, à Sebastiano Rege optatissimo, & à Martyre sanctissimo divinitus mutuatum: cum utroque, magna illi prospera, improspereque fortuna consensio. Emulorum telis, & sagittis impetitus, ac pene obrutus, & pro mortuo diu habitus; generosa tamen præpotente constantia, instar solis post nubila clarioris, revixit tandem ad patriæ laborantis salutem; cui prospexit Deus, dum in ipsam attenuatam respexit, difficillimis Lusitana Reip. temporibus, pristina, longèque majori gloria reddito Sebastiano. Casar idem cognominatur, Romano Casari, non conferendus modò, & æquandus, sed planè præferendus. Illi alteri à magno demissum nomen Fulvo, & a falsis Diis

sis Diis alid deductum genus. Hic per longam clarissimorum Heroum seriem, à serenissimis Regibus verà derivatâ profapiâ, Regii sanguinis splendore illustris; scientiis Rege dignis illustrior; generosis virtutibus, præ ipsis Regibus, illustrissimus. Julium quidem sidus micat inter omnes: at Menestianum longè felicius, & splendidius astrum micat supra omnes, dum dimicat, & fulgurat contra ingratos. Romanus Caesar inclinatam aciem, objecto umbone, semel restituit. Lusitanus, sibi & patriæ restitutus, nutantem Lusitanam Monarchiam, salutaris consilii protectam scuto non semel restituit, ac firmavit. Antiquus Caesar dextra gladium vibrans, sinistra calamum tenens. In utroque, se exitium gloriabatur. Noster, in quo nihil sinistrum, dum dextra calamum, quasi ancipitem gladium, summa dexteritate in ingratos educit, summam, in utroque, ducis, & scriptoris laudem est assequutus. Ille alius, venit, vidit, vicit. Iste, priusquam ad Regimen veniret, videns ingratorum manipulos in patriæ orbisque perniciem conspirantes, illorum impios conatus, non gladio, sed calamo fregit; eosdemque non externis copiis, & auxiliis, sed propriis consiliis, & eloquenti verborum copiâ devicit. Aut Caesar, aut nihil, Romanus frequenter usurpare solitus, modicæ potentia impatiens, summa impotenter appetens. At noster Lusitanus Caesar, dum extra se, in quo summa sunt omnia, nihil ambit, maxima quæque promeruit; instar Dei nihil appetentis aut indigentis, omniaque ex nihilo producentis. Quò demum effecit, ut jure possimus dicere, ita cum Cesare conjunctum nihil, ut ultra Cesarem, nihil magnum de aliquo dici possit, imo nec de ipso Cesare majus.

Sub Censura

D. EMANUEL LUDOVICUS.

SUGILE

Lectori Studioso.



Uo me, studiose Lector, ad hoc suscipiendum argumentum impulere, scilicet ingratitude hominum erga Deum, & ingratitude Mundi erga homines: non sine metu arrendendi paucis, & displicendi multis: nam ingratorum numerus propè infinitus est.

Verum cum Sugillatio vitiorum, quæ quidem virtus est, remedium tanto malo occurrens esse possit, timorem vicit ratio: præsertim quia vitium majori fugillatione dignum ingratitude est, cum inter omnes culpas prima fuerit, quæ Deum offendit, & prima ingratum hominem labefactavit.

Amabo pressam, ac pellucidam scribendi methodum, ita ut æque mihi cordi sit brevitatis, & perspicuitatis. Laborabo brevis esse: nam quidquid superfluum etiam in materia bona malum est: & omne malum quantumvis exiguum jure censetur superfluum.

Quando Unigenitus filius Dei carnem assumpsit sibi indidit nomen verbi, & non sermonis, cum etiam Æterni Patris sermo dicatur: *Verbum caro factum est.* Nam verbum semper quocunque sermone brevius est, utpote simplici dictio, sermo non nisi ex multis dictionibus coalescit: cum vero acturus vitam inter homines, eorum acceptatione studuerit, cepit formam, quæ magis hominibus arrideret, qualis brevis, & exigua.

Dabo operam, ut clarius fiam: sicut enim ratio nec eminet umbris, ita nec veritas admittit tenebras; habet utraque proprietatem lucis, quæ oppositu corporis opaci occultata defectum patitur.

Unigenitus Dei filius non tanquam omniscius acclamatus fuit, quando profunda tractans mysteria, velamento parabolarum, & proverbiorum textit, sed quando sine ullis parabolis ac proverbiiis nitida ac perspicua oratione usus fuit: non enim aliud magis authenticum sapientiæ testimonium exhiberi potest, quam si eluceat claritas in loquendo: *Palam loqueris, nunc scimus quia scis* Joan. 16. omnia.

Lectori Studioſo.

Ceterum quamvis fatear propositum meum studendi brevitati, & claritati, plurimum dubito de effectu sequendo: nam qui perperam scribit, semper videtur longus: sæpe etiam obscurus fit, qui brevis esse laborat: est enim claritas in dicendo donum, quod potius cum anima corpori infunditur, quam humana industria comparatur.

Sensa, & conceptus, quos foras exercere hominibusque studeo non tam prode, quam inculcare, sunt exempla in divinis sacrae historiae oraculis deprehensa: ea enim fati superq; nobis suadent, quantum lucri capiemus, si nos acceptis beneficiis gratos probaverimus: & è contra quantum detrimenti sustinebimus, si beneficiorum immemores de referenda gratia parum cogitemus: nam ob gratitudinem erga Deum mortalis quisque cum caelestibus, ob ingratitude verò cum inferis conferri potest: non enim minus distat ab ingrato gratus, quam à dæmone distat beatus.

Unum vel alterum à te (studiose lector) impense flagito: aliud ut mea scripta censorio supercilio corrigas, aliud, ut si te censuris ingratitude infectum labe, recipias in meliorem frugem. Et quidem tua censura mihi videbitur utilis, si ingratitude videro penitus extinctam. Prius facile erit assequi, cum censura consequatur omnes. Posterius censeo deficillimum: quia ingratum hactenus vidi neminem à tam sædo crimine resipiscentem.

Faxit Deus optimus ut ex hoc meo qualicunque labore, nos in posterum beneficiorum memores præstemus, videamusque è pælogo ac cæno ingratitude emergentem orbem.

Vale.

INDEX CAPITUM & PARAGRAPHORUM.

LIBER PRIMVS.

CAPUT I.

Ingratitudo Luciferina.

- §. I. Cæpit ingratitude cum Angelis, qui majora à Deo beneficia acceperunt.
- §. II. Supplicium ingratitude Luciferinae.

CAPUT II.

Ingratitudo humana.

- §. I. Prima culpa hominis dominatum mundi obtinentis fuit ingratitude.
- §. II. Univerſa ruina hominis fuit ingratitude.
- §. III. Supplicium ingratitude humanae.

CAPUT III.

Qua ingratitude fuit major, Luciferina, an humana?

- §. I. Non vereri supplicium duplicata malitia est.

CAPUT IV.

Ingratitudo maxima inter homines.

- §. I. Inter homines ingratiſſimi fuere Hæbrei.
- §. II. Mansuetudo Moyſis cum ingratitude ſui populi.
- §. III.

M INDEX CAPITUM

§. III. Clementia Dei cum ingratitude populi Israelitici.

§. IV. Justitia Dei cum Pharaonis superbia.

CAPUT V.

Ingritudo populi fecit illum rebelem.

§. I. Ingritudo populi æmula Divinæ Clementiæ.

§. II. Docuit Deus Moysem, quomodo allaturus esset remedium ingratis.

§. III. Precationum armis liberavit Moyse populum, quando hic se magis ingratum gerebat.

§. IV. Movens bellum injustum, tamquam ingratus irritat Deum.

CAPUT VI.

Ingritudo fecit idololatriam populum.

§. I. Ingritudo, & infidelitas, semper confociatæ.

§. II. Moyse prudentia cum ingratis ad documentum ministrorum.

§. III. Clementia Dei erga populum ingratum pro documento Principum.

CAPUT VII.

Zelus, & prudentia Moyse in puniendo Populi idololatriam.

§. I. Princeps rectus non dissimulat Culpas ingratitude in fide.

§. II.

PARAGRAPHORUM.

§. II. Supplicio, & amore sui, populi ostendit se Moyse Dei ministrum.

CAPUT VIII.

Populus etiam murmurat de ipso Deo

§. I. Vitia linguæ igneum postulant cauterium.

§. II. Detractio infame, & abjectum vitium est.

§. III. Lingua ingrata, quo obstrictior, eo ad murmurandum liberior.

CAPUT IX.

Fatitur Deo Moyse suos humeros ingrati esse impares populi regimini.

§. I. Summum onus est regere ingratos.

§. II. Qui detrectat regimen ipso regimine dignissimus est.

§. III. Ingratorum regimen plusquam omnes indiget consilio.

§. IV. Appetitus proprius ingratum punit.

CAPUT X.

Ingritudo livida, seu invidiosa reddidit Mariam, & Aaronem murmuratores.

§. I. Supplicium invidiosi est aliena gloria.

§. II. Princeps, qui Deum imitans fuerit, erit justus in puniendo.

Capitulum XI. *Moysis magnanimitas regia erga ingratos.*

- §. I. Princeps ille, qui magis sustinet, magis Princeps est.
- §. II. Liberare pœna offensorem ingratum, Divinitatis actio est.
- §. III. Politica Cœlestis est ulcisci injurias ministrorum, & murmuratores punire.

CAPUT XII.

Ingratitudo fecit populum timidum & ignavum.

- §. I. Ex ignavo timore statuit populus Deum, ac Moysem servitute Ægyptiaca commutare.
- §. II. Plus est, quod timemus, quam id, quod patimur.

CAPUT XIII.

Præcepit Deus separari ingratos populi, tamquam gentem teloidam & infectam.

- §. I. Propria ingratitude supplicium fuit ingratorum.
- §. II. In supplicio ingritudinis populi adest documentum Divinum ad regimen principum.

CAPUT XIV.

Ingratitudo populi fuit infidelis, & immedicabilis.

- §. I. Mala inveterata sunt sine remedio.

§. II.

- §. II. Quid evenit Moyfi in remedio populi Dei.
- §. III. Supplicium Moyfis propter dubium de voluntate Dei.
- §. IV. Serpentibus punivit, & sanavit Deus populum ingratum.
- §. V. Sermo Moyfis ad suum populum antequam vita excederet.
- §. VI. Mors Moyfis luctus, & dolor populi.
- §. VII. Mortuo Moyse, Deus injunxit Josue regimen populi.

CAPUT XV.

Nec ipsum Dei regimen arridet ingrato populo.

- §. I. Respuit populus Samuelem.
- §. II. Mundus semper ingratus iis, quibus ob beneficia magis obstrictus est.

LIBER SECVNDVS.

CAPUT I.

Selsitudo sceptri reddidit Saulem ingratum.

- §. I. Saul electus ad sceptrum tamquam optimus Israëlita, evasit ingratus, & perversus.
- §. II. Ingratitudo reddidit Saulem inobedientem, & malitiosum.
- §. III. Deesse cultui Divino est maxima ingratitude Principis.
- §. IV. Ob ingritudinem, & simulationem sine regno, & indulgentia mansit Saul.

**** 3

CA

INDEX CAPITULUM

CAPUT II.

Ingratitudine, & invidia evadit Saul Tyrannus.

§. I. Maximus ingratus, & invidiosus est maximus tyrannus.

§. II. Invidi ingrati odium sævissimum est.

§. III. Cor ingratum est cor sine lege, & indignatio principis in omnia audax.

§. IV. Effugere invidum tyrannum, nihil ignaviae, multum prudentiae continet.

§. V. Eventus Davidis quando Saulem fugit.

CAPUT III.

Davidis Generositas, & patientia cum ingratitude Saulis.

§. I. Proponuntur rationes ob quas noluit David ulcisci Saulem.

§. II. Patientiae arma expugnant omnia.

§. III. Multa bona continent molestiae, ac labores.

§. IV. Qui plus patitur, plus assimilatur Christo.

§. V. Ingrati manus magis tyrannae sunt.

CAPUT IV.

Ingrata conditio est inter omnes magis perversa.

§. I. Ingrata conditio beneficia odio compensat.

§. II. Est ingrata conditio facilis in credendo malum, tyranna in condemnando.

§. III. Princeps, ut ametur, gratus, & liberalis esse debet.

OPARAGRAPHORUM.

CAPUT V.

Ingratitudinis cum crudelitate magna est conjunctio.

§. I. David ingratus Vriæ ingratis filiis punitur.

§. II. Ipsa ingratitude punit Deus ingratum.

CAPUT VI.

In ingratitude insolenti reperit supplicium ingratus.

§. I. Clementia Davidis cum Absalone ingrato.

§. II. Ingratitudo Absalonis erga parentem suum Davidem.

§. III. Ingratitudo reddidit Absalonem magis brutum, quam ipsas belluas.

§. IV. Achitophel quia ingratus sibimetipsi supplicium fuit.

§. V. Supplicium insolentis ingratitude Absalonis.

§. VI. Compassio Davidis, & insolentia Joab.

CAPUT VII.

Ingratitudo Salomonem reddidit cupidum, & idololatram.

§. I. Magnificentia Dei cum Salomone.

§. II. Ingratitudo Salomonis cum Dei magnificentia.

§. III. Ingratitudo cupida Salomonis.

CAPUT VIII.

Ingratitudo politica Ieroboami portavit supplicium Dei.

§. I. Impia, ut vocant, ratio status fecit ingratum Jeroboamum.

§. II. Maximum in principe scelus est malum exemplum, quo præit aliis.

§. III. Supplicium ingratitude politica Jeroboami.

§. IV. Impia ratio politici status semper fuit ruina Principum.

§. V. In Principe non tam damnetur error, quam incuria.

CAPUT IX.

Ingratitudo Regis Acab plus omnibus impia, & perversa fuit.

§. I. Impius Acab æque ingratus, ac perversus fuit.

§. II. Cupidus inter omnes maximus tyrannus est.

§. III. Tyrannus semper associatur falsitate.

§. IV. Est ingratitude Principis non vivere secundum leges.

CAPUT X.

*E Cælo decidit supplicium contra ingratitude impium infidelem
Impii Acab.*

§. I. Ingrato, ac tyranno Principi solum arrident ministri adulatores.

§. II.

§. II. Ingratitudo, & tiranis detestatur veritatem, & ipsa detestatio parit supplicium.

CAPUT XI.

Ingratitudo sceptri Hebrei fuit malum Contagiosum.

§. I. Impietas parentum transit ad filios, sicut hæreditas.

§. II. Cum ingratitude superbia nata est.

§. III. Ingratitudo Principum immedicabile malum est.

§. IV. Nullum vitium Deo magis abominabile, quam hypocrisis.

§. V. Princeps esse debet in verbis cautus, & maturus.

§. VI. Supplicium ingratitude impia Jezabelis.

§. VII. Zelus cum impietate ambitio est.

§. VIII. Inter Principes Israël fuit hæreditarium scelus ingratitude.

§. IX. Ingratitudo Principum decem tribuum omnes reddidit infideles.

CAPUT XII.

Amisum est ex ingratitude sceptrum Hebreum.

§. I. Sine fidelitate non conservatur sceptrum.

§. II. Vitia Principis sunt totius ruina imperii.

§. III. Temporalem felicitatem associant ingratitude, & exitium regnorum.

LIBER

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

Amor Christi fuit aequus sapiens, atque excedens in diligendo ingratos.

§. I. Ut amor immodice ardeat, sapiens esse debet.

§. II. Proponuntur rationes, quibus videtur suaderi Christi amorem fuisse prodigum; & ostenditur veritas, quod fuerit sapiens.

§. III. Solus, qui amare novit, amare novit ingratos.

§. IV. Excessus, qui videntur indigni majestate, sunt, qui commendant sapientiam amoris.

CAPUT II.

Ingratitudo hominum fuit magis perversa, quando amor Christi fuit magis excessivus.

§. I. Ex majori excessu amoris eruit ingratitude motiva, ut si beneficiorum immemor.

§. II. Obstinatio animi excæcat lucem mentis, ut sit ingratus.

§. III. Amor patiens solus amor est.

§. IV. Ingratus cum sit Diabulo malitiosior, ipsis brutis rudior, ac hebetior est.

CAPUT III.

In patientia erga ingratos valde emittit Christi Amor.

§. I. Sublimior in Deo magnitudo est.

§. II. Sustinere prodicionem, & diligere proditorem est major excessus patientiæ.

§. III. Pati quod, cum me condemnet injustitia, excusetur malitia, est maxima patientia.

§. IV. Fuit excessus omnium maximus, quod Christus se traderet suis hostibus, ut pro illis moreretur injuriis affectus.

§. V. Fuit excessus amoris Christi quærere proditorem, cum antea de prodicione quereretur.

§. VI. Summus excessus patientiæ est innocentiam non justificari.

CAPUT IV.

Erga patientiam amoris Christi se Crudeliorem gessit hominum ingratitude.

§. I. In captura Domini se exhibuit ingratitude hominum magis crudelem, quando se Dominus exhibuit magis patientem.

§. II. Horam amoris Christi reddidit hominum ingratitude horam crudelitatis.

§. III. Pilatus sua malitia æmulatur malitiam Judæorum.

§. IV. Nulla major tentatio patientiæ, quam falsitas.

§. V. Æmulatio magna data fuit ingritudinis hominum

INDEX CAPITUM

minum inter se quisnam crudelior foret erga patientiam Christi.

CAPUT V.

Dum se Christus pro ingratis deprimeret, amor manifestavit excessum.

§. I. Amor, qui est in excessu novit deprimi, seu humiliari.

§. II. Amoris Divini excessus est humilitas.

§. III. Recusatio Petri in lavacro fuit ignorantia, & oburgatio Christi fuit documentum.

§. IV. Major excessus amoris non consistit in sublimando amatum, sed in deprimendo amantem.

CAPUT VI.

Excessus amoris humilis in Christo correspondet, ingratitudo hominum despectibus.

§. I. Contemnunt Pharisei Christum, eo quod quaereret, & admitteret peccatores.

§. II. Propter excessum, quo se Christus in Sacramento occultans dedit alimentum hominibus, fuit ab illis contemptui habitus.

§. III. In majori excessu humilitatis excessit ingratitudo hominum, ut dispiceret Christum humilem.

CAPUT

PARAGRAPHORUM.

CAPUT VII.

Dum Christi amor erga ingratos foret profusus, magis excessit.

§. I. Liberalitas est benevolentiae probatio.

§. II. Solus novit amare, qui novit dare, & qui cor dedit, omnia dedit.

CAPUT VIII.

Maxima amoris Christi erga ingratos Liberalitas fuit, se dare Eucharistia Sacramento obductum.

§. I. Non potuit plus excedere amoris liberalitas, quam in largiendo honoris discrimine.

§. II. In Sacramento Eucharistiae nobis donavit Christus sapientiam, & similitudinem.

§. III. Sacramentum Eucharistiae fuit maximum donum, & excessus.

CAPUT IX.

Liberalitaci Divini amoris correspondet humana ingratitudo odio.

§. I. Quo majus est beneficium, eo lethalius odium.

§. II. In tribunali ingratitudinis, excessus beneficiorum sunt scandala, & miracula sunt crimina.

§. III. Odium ingratitudinis Judaicae fuit aequae crudele, atque insanum.

3

§. IV. Ubi

INDEX CAPITVM & PARAGRAPH.

§. IV. Ubi ardet odium, & viget dependentia, sanum consilium dari nequit.

§. V. Fuit amor Christi immense largus vita, & morte; ex aduerso Judæorum odium eadem vita, & morte æmulum talis amoris largitati.

Indicis Capitum & Paragraphorum

F I N I S.

SUGIL

SUGILLATIO INGRATITUDINIS

Reperta in Sacris litteris , inflictâ per
Virtutes morales , è quibus Christiana Poli-
tica efflorescit.

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Ingratitudo Luciferina.

§. PRIMUS.

*Cœpit ingratitude cum Angelis , qui majora à Deo
beneficia acceperunt.*

1. **I**mmanis materies est, dispart scribendo manus, labes
communis, difficillima correctio: mala enim ingeni-
ta non sine miraculo curantur, & ingratitude plus
malis omnibus ingeniata est. Verùm quando rationes
pro remedio non sint, veritates erunt pro supplicio: est enim in-
gratitudo vitium omnino infestum rationi, honori, & humano
convictui, utpote quæ expugnat veritatem, deest muneri, testa-
turque ingratum esse omnium deterrimum. Cœpit cum Angelis,
unà cum hominibus ortum habuit: & postquam cum mundo in-
feliciter progressa fuerit, manebit in Erebo, nativo ingratorum *Isai. 14.*
centro: *Vocabitur in aeternum semen pessimorum.*

2. Produxit summus rerum opifex Deus Angelicos spiritus cœ-
lestium hierarchiarum incorruptibiles & immortales: eosque suo-
opte ingenio fecit nobilissimos, purissimos, & excellentissimos præ cæte-
ris rebus creatis. Contulit eis unà cum supernaturali gratia mentem
perspicacem, memoriam firmam, iudicium maturum: denique *Angelo-
rum ingra-
titude.*
ornavit scientia rerum omnium, quæ naturæ viribus comparari
potest.

potest. Insuper designatos aulicos, imo Principes suæ celestis curiæ, delegit sibi proximiores administratos suæ majestatis: eosque donavit mira celeritate ad intelligendum, & operandum: nam Principes & administratos Dei citissimè intelligunt, & operantur.

Lucifer
ingratus.

Isai. 14.

3. Pro magnitudine ingentium beneficiorum Lucifer, & Angelicæ naturæ tertia pars, ducis pessimi affecla, reposuit peccatum superbiæ. Ausus enim contra divinam omnipotentiam appetiit omnipotens fieri sicut Deus. *In Cælum conscendam, similis ero Altissimo.* Ex superbia pullulavit audacia, sed superbia ex ingratitudine: si enim Lucifer memoria retineret se à Deo Angelum fuisse productum, non adspiraret ad thronum Dei: fuit ingratus, & ex hac radice superbus. Ingratitudo progenuit superbiam, superbia peccatum: pessima mater, perversa filia, infamis nepos.

Ingratitudo
augetur
beneficiis.

Luc. 13.

4. At rogo; si Deus produxit Luciferum, Angelum primaria nobilitate conspicuum, & ingratitudinis vitium abjectissimum est, cur Lucifer inter ingratos primatum tenuit, cum foret à Deo tot beneficiis cumulatus? Apud ingratos videtur ex beneficiis ingratitudo progigni, ita ut quò quis à Deo plus accepit, eò minus illi rependat. Cùm servator Christus vellet ingratitudinis vitium ad vivum exprimere, ficum delegit in Symbolum: *Venit querens fructum in illa, & non invenit.* Cur non aliam ex arboribus, quas procreavit natura vel ad indulgentiam palati, vel ad lenocinium aspectus? Dicam paucis. Ficus, cœlesti dono, solet emittere bis in anno fructum, cum reliquæ arbores semel proferant. Igitur Christus, ut nativis coloribus adumbraret ingratitudinem, nequivit afferre symbolum aptius: cùm ibi minor detur correspondentia, ubi major effunditur liberalitas.

Ingrati
sunt im-
mores.

5. Duo effectus in Lucifero innotuere, qui ingratitudini sunt congeniti, alter non agnoscere se ipsum, alter beneficium ignorare. Non agnovit se, quia cum esset creatura, voluit adæquari creatori: *Similis ero Altissimo.* Cum divinitas sit unica, & infinita distantia inter creaturam & creatorem. Ignoravit beneficium, quia ex illo, gradum fecit ad audaciam. *In Cælum ascendam.* Cum haberet naturam angelicam, prætendit divinam: cum obtinuerit principatum in cœlo, voluit Deus esse. Quis reddidit Luciferum tam ignarum? Ingratitudo: nam ingratus ut taceat debitum, acceptum

acceptum vel deneget beneficium, nescit omnia. Exponit Christus discipulis unum inter maxima beneficia, quæ nobis contulit. *Ego sum panis vivus, qui de Cælo descendi: qui manducat hunc panem Joan. 6. vivit in æternum.* At discipuli ubi audierunt à Christo beneficium eximium, ignorarunt omnia: *Durus est hic sermo.* Quæro nonne discipuli perspectam satis habuerant Christi veritatem in doctrina, & exploratam in miraculis omnipotentiam à qua in ipsos de fluxerat potestas edendi prodigia? Cur ergo hæsitant de potentia illius, ut se edendum præbeat sacramento obvolutum? Omnia probè cognita habuerunt: cum tamen essent ingrati, cuncta nescierunt pro negando debito: *Ex hoc multi discipulorum abierunt retrò. Joan. 6.* Ne agnoscetes debitum, beneficium Deo acceptum referrent, Lucifer obcæcatus se gessit numini rebellem, & discipuli à magistro defecerunt: nam qui parum agnoscit, ingratiè agit, & rebellis est.

6. Ingratus contrahit oblivionis culpam, subitque malum inscitia: nam inter ingratitudinem & inscitiam nihil intercedit discriminis. Sacra Pagina ingratum non appellat malitiosum, cum ingratitudo insignis malitia sit, sed vocat tardum in intelligendo: *Homo cum in honore esset non intellexit.* Prolatum fuit de Adamo. *Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua.* Dictum fuit de Hebræis. Veritas citra dubium est cognovisse Adamum beneficia sibi à Deo uberrimè collata, Hebræosque vidisse prodigia, quæ Deus ediderat ipsis favendo, & ferendo opem, atque adeo divina opera intellexisse: dicuntur tamen ignorasse, quia sese divinis beneficiis neque gratos, neque memores præstiterunt. Ingratum solemus nuncupare mentis inopem, seu potius immemorem: datur ex hac parte facultatum spiritualium in nobis commutatio, dum voluntatis defectus adscribitur intellectui: proclivius enim est assequi conjecturis posse in homine (quod certè videtur impossibile) mentem penitus extinguere, quam hominem ipsum suo conditori tot nominibus obstrictum, persolvendis gratis defuturum.

Ignorantia
ingrati-
rum.

Psal. 84.
Psal. 105.

7. Excandescit Deus contra ingratitudinem populi sui, eumque insectatur compellendo nescium & ignarum, dum videt acceptis beneficiis non respondere: *Hæcine addis Domino popule stulte & insipiens.* Si populus ingratus est, cum à Deo vocatur stultus

Stultitia
ingrati-
rum.

Deut. 32.

4 & infcius? Vocare stultum & infcium, idem est atque vocare ingratum: nam stultum, infcium, & ingratum esse in idem recidunt, nec ullum stultitia, infcitia, & ingratitude subeunt discrimen. Eadem voce compellavit ingritudinem synagogæ, quando pollicitus est, eam fuorum amicorum oculis patefacere: neque enim aliud supplicium acerbius est, quàm delictum alicujus coram ipsius studiosis & familiaribus manifestare: *Et nunc revelabo stultitiam*

ose. 2. ejus in oculis amatorum ejus. Conatur Deus exprobrare populo suo ingritudinem, & vocat ignorantiam? Non est cur scrute mur impositionem nominum in eadem re. nam ingratitude & ignorantia Synonyma sunt. In domo Pontificis Magistrum suum

Matth. 26. negavit Petrus: Non novi hominem. Et fassus est se nescire: *Nescio quid dicis.* Olim Christum tanquam Dei filium testatus fuerat: *Tu*

Matth. 16. es Christus filius Dei vivi. Quid, in hoc eventu sapit, & in alio ignorat? Ita est: nam olim in verba prorupit gratus, modò ingratus: & quando grati sapiunt, ingrati nesciunt.

8. Ex ordium duxit ingratitude, seu potiùs habuit in primariis illis creaturis, quas Deus condens destinavit in Principes suæ curiæ cœlestis. Est enim illa individua ægritudo Principum, & congenitum vitium aulicorum: in his, quasi illorum affeclis; in illis, quia ex innata superbia deberi sibi omnia existimant: nascuntur solius fortunæ debitores, ex cujus munere bona capiunt: cum verò ea sine meritis accipiant, præ reliquis tumidi insolenter efferruntur. Est superbia in illis indigna proles, cum qua ingratitude parit audaciam: potestas eos reddit elatos, & majestas ingratos, cum illis videatur magnitudo sibi præstita obsequia oblivisci, ne inferioribus ex gratitudine obstringantur. Cum verò in aulis mala instar pestilentiæ omnes contaminent, ingratitude aulicorum, & potentiorum vitium est.

Apparuit Gedeoni Deus, ut illius firmaret animum, erigeretque in spem victoriæ, quam de suis hostibus erat reportaturus: *Jud. 6. Deo Gedeon gratus obtulit sacrificium: Coxit hædum, & de farina modio azimos panes.* Deus etiam se Moyse spectandum præbuit in rubo, ut illum excitaret, aleretve præcognita Hebræorum libertate, & Ægyptiorum ruina: cum verò Moyse ad manum haberet oves, quas ductabat, nullam constat obtulisse Deo victimam. Si

Gedeon

Gedeon inter angustias tenuis, afflictæque fortunæ quærit victimas, quibus se divinis solvat nominibus, cur Moyse obliviscitur offerre Deo holocaustum, quando ab eo fuit singulari beneficio devinctus? Gedeon erat vir rusticus in agro educatus, Moyse urbanus in aula nutritus, Gedeon miser & pauper, Moyse divitiis abundans: aulici verò, locupletes, & potentes credunt sibi deberi omnia, eoque deveniunt, ut persuasum habeant, se tunc favere, quando accipiunt: & ideo parum cogitant de gratitudine.

§. SECUNDUS.

Supplicium ingritudinis Luciferinae.

9. Ingratus est qui beneficium denegat, qui dissimulat, qui non gratificatur: inter omnes ingratisimus qui acceptum bonum obliviscitur: in hoc enim nulla gratificationis manet spes. Verùm inter omnes, vel ingratisimos ille pessimus est qui ipsis acceptis beneficiis armatur ad offendendum benefactorem: sic inter Angelos Lucifer, inter Principes Saul, inter Apostolos Judas, inter populos Israëliticus: ratio in promptu est, nam hi omnes singulare à Deo beneficium adepti sunt, nempe Angelus naturam, Rex sceptrum, Discipulus Apostolatam, & Hebræi hæreditatem; cum tamen omnes supremum numen ipso accepto beneficio offenderint: & hoc genus ingritudinis pessimum est, ideoque supplicio acerbiori coercendum.

10. Nemo unquam diffitebitur, naturam Angelicam Lucifero datam singulare fuisse beneficium, cum in ea Angeli cæteris rebus creatis antecedant. Quomodò igitur Lucifer tanto beneficio fuit usus? Ipso eodem Deum offendit: cum enim se conspiceret natura rebus aliis creatis superiorem, voluit esse omnipotens sicut Deus: *Similis ero Altissimo.* Et quidem genus hoc ingritudinis pessimum est, cum beneficia ipsa vertat in arma contra authorem: & tunc maximè quando supremus author erga suas creaturas se gerit munificentissimum. II. §. Allocutus Deum Isaias, ait puniendam esse omnem linguam, quæ suo conditori Deo resisterit: *Omnem linguam resistentem tibi judicabis.* Miror Isaiam dicentem plectendam esse omnem linguæ renitentiam, cum præter-

Lamitur
ingrati-
tudinis
causa.

mittat reliquas omnes corporis partes, quæ suis functionibus satis conditori suo reluctantur, manus exercendo opus, pedes movendo gressum, & sic de aliis. Cur igitur meminit de sola lingua? Reliquæ corporis partes homini communes sunt cum aliis animantibus, sola lingua pro sermone conficiendo, seu vox dearticulata pro commercio habendo, peculiare homini donum est, quò à reliquis discriminatur. Cum ergo homo linguæ munere omnibus excedat, renitentia linguæ singularis ingratitude est, peculiari digna supplicio: nam prædictum ingritudinis genus fertur inter omnia nequissimum.

Supplicium
ingrati-
tudinis.

Gen. 3.

Luc. 23.

11. Agre tulit summus conditor ingritudinem Angelorum, quos subinde æterno supplicio compescuit: nam beneficia à Deo cumulati accipientes, cum haberent naturam nobilissimam, scelere abjectissimo responderunt: scelus autem infame sempiterna pœna consequitur. Angeli degenerarunt in dæmones, à cœlo in Erebum detrusi, pro cœlesti habitaculo Tartareum receperunt: quia in Paradiso locus ingritudini non est. Ejecit Deus Adamum de Paradiso. *Emisit eum Dominus de Paradiso voluptatis.* In Paradisum postea introduxit Dimam: *Hodie tecum eris in Paradiso: cum Adamus foret perpetuo exilio multatus.* Unicum Adamus commisit furtum vetiti pomi: Dimas crebris latrociniiis vias ac domos infestavit. Si Dimas pœnitentia motus divinam imploravit clementiam, etiam tempestiva Adamum subiit pœnitentia. Cur igitur Adamus manet ejectus à Paradiso, in quem Dimas admittitur? Adamus fuit ingratus: cum enim prodiret à divinis manibus opus absolutissimum, perfectissimaque imago Deum ipsum exprimens, tacuit, nec scivit prorumpere in verba, quibus se gratum probaret tam benefico conditori: & quidem si à Paradiso exulant reliqua scelera, plus omnibus distat ingratitude.

Scientia
est in malo
grave sup-
plicium.
Psal. 118.

12. Verum si Deus voluit acerbissimè punire ingratos Angelos, cur non eos multiplici scientia, sicut & aliis bonis spoliavit: præsertim quia inscitia fertur haud leve supplicium ingritudinis? David intellectum à Deo efflagitabat, ne Deum offenderet, & sic viveret: *da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo. Intellectum da mihi, & vivam.* Ex quo recte deducitur ignorantiam esse inter omnia supplicium maximum: siquidem absque

absque intellectu nec vita servatur, nec observatur divina lex. Ratio est, quia insipiens etiam Deum ignorat: *Dixit insipiens in corde psal. 124 suo non est Deus.* Et ignorantia Dei secum affert offensam infinitam, & mortem æternam! Dico tamen reliquissè Deum Angelis rebellibus sapientiam ut acerbiori pœna torquerentur: nam quis eò plus sentit, quò plus sapit, & ille est dolor acerrimus qui pungit iudicium. Nullus afsidet ingratis durior carnifex quàm proprius intellectus. Aquitofelem & Judam strangulavit, Saulem proprio gladio interfecit.

13. Claudamus hujus argumentum capitis animadversione quadam, pro rubore ingratis injiciendo. Jactat se misericordem Deus: *Misericors sum.* Adeo benignus & mitis est, ut patientia ipsius non semel vulnerata per suum populum æquanimiter tulerit: *Tentaverunt me per decem vices.* Cur igitur tam severus in Angelos semel, ac prima vice delinquentes animadvertit? Quia erat delictum ingritudinis: ingratis autem nec lenitas quantumvis maxima connivet. Suis clientibus præcepit David gladio districto irruere in Nabal, eo quod obsecratus sibi indigenti non tulerit auxilium: *Accingatur unusquisque gladio suo.* Quid? David mitissimus tam patiens olim injuriarum, eâ præsertim opportunitate, quâ Semei cum convitiis laceravit, modò tam asper, & appetens vindictæ contra Nabal, eò tantum nominè, quòd sibi auxiliatus non esset? Ita: Nabal erat Davidi multis numinibus obstrictus, præcipuè quando David illi damnum ab aliis inferendum pastoribus interceptit. Nil igitur mirum, si cum Nabal se gerat ingratum, David lenitate deposita, exardeat in iracundiam: nam ingratitude etiam mansuetudinem eximiam compellit ad vindictam. Quòd si Nabal pœnam illam meruit, longè graviolem meruisse Angeli, qui donis majoribus cœlitus cumulati, fuere primi, qui offenderunt suum & rerum omnium conditorem: & qui offendit beneficiis acceptis, æternam meretur pœnam.

Ingrati-
tudo etiam
mansuetu-
dinem exi-
miam com-
pellit ad-
vendi-
ctam.
Exod. 4.
Exod. 32.

1 Reg. 25.

Ingratitudo humana.

§. PRIMUS.

*Prima culpa hominis dominatum mundi obtinentis
fuit ingratitude.*

14. **A**ngelorum ingratitude nostrum primi parentes æmulati sunt: nec enim vitiorum, quæ sublimi eminent folio, desiderantur affectu. Formavit Deus Adamum ex modico lutho, terreaque argilla: & cum in illius faciem afflaret vitalem spiritum, evalit cum anima spirituali, & immortalis, ita ut hæc corpori mortali conglutinata manserit forma, & corpus materia, ex quibus perfectus homo coaluit. Certè suam prompsit & exhibuit Deus omnipotentiam in primi hominis opificio: cum enim ad fabricam corporis deligeret rudem ac vilem materiam, evalit corpus structura sua mirabile: cum ex nihilo produceret animam, huic naturam indidit adeò nobilem & excellentem, ut sit Dei ipsius capax & effigies. Et quidem in nulla re alia se gessit Deus magis Dominum, quam in Adamo formando, eumque excitando de pulvere. Ex quo, cum ante productionem hominis solum vocaretur Deus, cœpit exinde appellari Dominus, ut constat ex sacro textu. Nulla enim alia munificentia magis peculiaris est Principis se verè dominum probantis, quàm excitare homines de pulvere: verum quidem est quod sic excitati in non gratificando pulveream frequenter retinent vilitatem.

15. Viro ad amussim condito voluit Deus adjungere comitem, quæ illi opitaretur, proindeque ex quadam illius costa ædificavit Evam: nam quælibet opitulatio, quam viro præstat foemina, ex miserimi viri ipsius costis egredi necesse est. Utramque ergo gratia, sapientia, innocentia ac libero arbitrio ornavit Deus, & posuit immortalitate donatos in terreno paradiso, constituitque dominos ac præfides rerum omnium, quas in sublunari mundo produxe-

produxerat, unico imposito præcepto, ne ederent de arbore scientiæ: *De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* Cum verò tot, tamque singularia homini forent collata beneficia, compensatio pro illis nulla visa est, nisi Deo jubenti reluctari, auderetque contra divinam sapientiam, cujus uterque parens noster invidus extitit æmulator: *Eritis sicut Diis scientes bonum & malum.* Quæro igitur, cur prima hominis labes ingratitude fuit? Quia Deus formavit hominem de limo terræ, & cum, præter alia beneficia, quibus obstrinxit, sua sigillavit imagine. Ea autem fertur hominis conditio, ut quò plus accipiat munus, ea plus occultet, ac denegat ingratitude.

16. Tria verum judico in hominis ingratitude animadvertione digna. Primum, quod prohibuerit Deus Adamo usum prædictæ arboris, cum illum creaverit dominum cunctarum rerum. Secundum, quod præcepto imposito subjugaverit, quem dominatorem totius orbis constituerat. Tertium, quod damnetur Adamus tanquam ingratus ex quadam aviditate, seu appetentia divinæ similitudinis, quam Deus illi ut primum formato contulerat: voluit Deo esse similis, quia ad similitudinem suam illum fecit Deus? Dicam pro meo captu. Vetuit Deus Adamo duplici ex capite illius usum arboris. Primo, ut doceret hominem quod Principis dominium præcipuum est, suæ dominari appetentiæ; nam qui sibi dominari nescit; aliis dominari non potest. Secundo, quia cum in se contineret arbor illa scientiam boni & mali, noluit cum bono mixturam mali; quia mixtura simili depravatur bonum, & augeatur malum: Et idcirco talis usus non decebat Adamum in statu innocentie.

Ægre fert Deus quod homo admisceat virtuti malitiam, admittat aliquid cœleste, & simul aliquid terrenum: inserviat prophantati ac spiritui. Nutriti manna pane cœlesti indulgentissimo appetierunt Israelitæ carnes Ægyptias. Voluntati eorum Deus annuit: Vix tamen ori carnes inservierant, cum Deus omnes vita spoliavit: *Adhuc carnes erant in dentibus eorum, ecce furor domini descendit super eos.* Sed probè scio eosdem in solitudine adorasse vitulum, & hujus tam atrocis delicti supremum numen distulisse vindictam. Cur igitur modò se gerit tam festinum in vindicando? Nonne adorare falsam

Imitatio
vitiatorum.

Homini
fabrica,

Deus
quando vo-
catus Do-
minus.

Gen. 1.

Eva adifi-
cata, seu
formata.
Gen. 2.

Gen. 2.

Beneficio-
rum obli-
vio.

Præcipuum
dominium
est domina-
ri appetitu.

Boni &
mali mix-
tura repro-
batur.

Exod. 32.

falsam divinitatem scelus est longè detestabilius, quàm appetere carnes Ægyptias? Ita est, sed quando adorarunt vitulum, deseruerunt prorsus divinum cultum, seque ex integro nequitiae emanciparunt. Verùm quando appetierunt carnes & epulas Ægyptias, non ex toto reliquerunt Deum, ejusque favores: cum manna coelesti edulio terrenum voluerunt conjungere, Deum mundo, sacra denique miscere prophanis, ex quo meruerunt divinam accelerari vindictam. Christo è cruce pendenti tortores improbi duplicem obtulerunt calicem, alterum plenum aceto, alterum vino & felle plenum: priorem accepit, & potavit libenter: *Cum accepisset Fesus acetum, dixit consummatum est.* Posteriores respuit deprehendens insipidum; *Noluit bibere.* Cur non æquè utrumque potat, sed uno accepto negligit alium? Bibit priorem, quia in eo erat purum acetum, noluit posteriorem, quia in eo erat mixtura vini & fellis: *Dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum.* Videtur Deo plus displicere mali unà cum bono commixtio, quàm malum ab omni bono sejunctum.

Joan. 19.

Matth. 27.

Qui Deo se
subjicit fe-
licius im-
perat.

17. Subjecit Deus Adamum imposito præcepto, quia voluit ut Adamus subjecto orbi penitus dominaretur. Nemo enim facilius orbem sibi subjicit, quàm qui vere Deo subditus est: nam Deo per obedientiam subjici, est habere orbem sub suo dominio.

Matth. 26.
& 27.

Luc. 23.

Christus prævit nobis exemplo In horto paruit Æterno suo Parenti, ut in cruce mortem oppeteret; *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Et in cruce illum Pilatus declaravit Regem terræ; *Jesus Nazarenus Rex Judæorum.* Et bonus latro illum agnovit Regem cælorum; *Domine memento mei cum veneris in regnum tuum.* Quæro tamen, si Christus in horto se subditus fassus ut obedientem subjecit, cur in cruce tanquam Dominus annuit Dimæ? *Hodie mecum eris in paradiso.* Quia ex obedientia in horto meritis est supremum in cruce imperium; nam quò in obedientia quis se plus submittit, eò erit in dominatione potentior.

Scientia
odit pari-
tatem.

18. Merito carpitur Adami ingratitude tum quia fregit præceptum, tum præcipue quia appetiit divinam similitudinem seu paritatem in scientia; cum enim foret opus divinarum manuum voluit Deum scientia æquare; & quidem scientiæ æqualitatem nec homines inter se ferunt; Unusquisque appetit inter alios scientia potiùs quàm

quàm viribus præstare. Petunt discipuli obnixè à Domino, ut illis aperiat supremum diem finalis judicii: *Dic nobis quando hæc erunt!* Matth. 21. Christus ab eo detegendo se excusat: *De die autem illa, & hora nemo scit, neque Angeli cælorum, nisi solus Pater.* Cur Dominus illis occultat hanc diem, si illis prædixit diem suæ resurrectionis, sicut & reliqua mysteria, quæ in redemptione operatus est? Quia discipuli voluerunt scientia illius temporis æquare Deum: & æqualitas in scientia etiam inter humanos non toleratur. Atqui si Dei Unigenitus non ignorabat talem diem, quia æqualis est Patri secundum divinitatem: cur igitur ait solum Patrem id scire? Quia cum filius sit idem cum Patre: *Pater & ego unum sumus.* Voluit discipulis significare se id specialiter quàm Deum scire, ut intelligerent quòd non admittitur æqualitas in scientia, nisi quando datur divinitas in personis: nam habere similes in scientia nemo patitur.

Joan. 10.

Cum vero ingratitude hominis affectaret scientiam consecuta est supplicium, quin implere desiderium. Nam ob talem ingratitude mansit homo gratia & innocentia spoliatus, ac per scientiam malorum cunctis obnoxius calamitatibus.

§. SECUNDUS.

Universa ruina hominis fuit ingratitude.

19. Ex superioribus satis nobis compertum est, primam hominis culpam fuisse ingratitude. Et quænam aliæ pestes, lethifera ve scelera pullularunt ex tam nefaria parente? Hominem evadere Deo suo reluctansem, nescium, infidelem, & flagrantem ambitione. Est enim ingratitude quædam veluti palæstra, in qua scelera omnia addisci solent. Quænam rebellior inobedientia committi poterat ab Adamo, quàm violare temerè unicum præceptum sic facile observatu, ut erat abstinere à fructu unius tantum arboris, cum posset edere ad libitum de reliquis omnibus Paradisi? *Ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* Cur igitur Adamus Deo tot beneficiorum debitor non observat unicum præceptum? Quia beneficia reddidere illum ingratum, & ingratitude inobedientem: visa illi fuit levior culpa, quàm obligatio:

Ingratitudo
do parens
& palæstra
scelerum.

Gen. 2.

obligatio : nam obligatio est quæ plus gravat homines. Renuit senior frater prodigi invitatus à parente domum ingredi, ut fratris junioris adventum festum ageret : imò exprobravit parenti nunquam sibi datum hædum, ut exhiberet convivium amicis. *Nunquam dedisti mihi hædum, ut cum amicis meis epularer.* Nescio qua veritate nitatur hujusmodi quærimonia : cum probè sciam datam filio illi querulo fuisse hæreditatis partem legitimam : *Divisit illis substantiam.* Cum autem esset legitima agricolæ, continere debuit nonnullos pecoris minoris greges, vel majoris armenta. Cur igitur eo devenit, ut negaret quidquid à pio genitore acceptum ? Erat ingratus tum re, tum figura, qua referebat populum Hebraicum seniore filium, sicut prodigus gentilicum Dei filium junio-rem : & ingratus tam graviter fert respondere beneficio, ut deneget mendaciter acceptum munus, pro abjiciendo à se obligationis pondere. Josephus qui se tantum in obsequendo & serviendo Ægypto impenderat, etiam à Regibus fuit ignoratus : *Surrexit interea Rex novus, qui ignorabat Joseph.* Cur homines suos ignorant benefactores ? Ne gratificandi onus in se recipiant. David, qui tantum Sauli & ejus clientibus obsecutus est, videbatur ignorari ab inquiringibus illius genus : *De qua progenie (dicebat Saul) est hic adolescens.* Videbantur sibi nimis onerati beneficiorum pondere, ideo ignorant beneficia : obligatio est quæ plus viros onerat, ac premit.

20. Ingratitudo reddidit Adamum simul inobedientem & in-
scium : quòd si inobedientia magna fuit, major apparuit inscitia. Minatur Deus Adamo capitale supplicium, si manducet de pomo vetito. *Morte morieris.* Securum reddidit Adamum Diabolus de vita, etiam si vescatur. *Nequaquam moriemini.* Annuit Adamus Diabolo mendacii parenti, & non Deo veritatis fonti : nam ingrati-
tudo eum fecit rebellem, rebellio obcæcavit : utraque erupit à superbia, quæ cæcitas & ignorantia est. Illud judico animadversio-
ne dignum, quòd Adamus ita manserit obcæcatus, ut neglecta Dei veritate amplecteretur mendacium diaboli, quo tempore diabolus innotuit manifestè, ac splendè mendax. In re fatis difficili meum interponam iudicium. Veritas divina indicabat Adamo obligatio-
nem, qua tenebatur suo conditori parere : mendacium diaboli-
cum

Luc. 15.

Ingratitudo denegat acceptum munus.

Exod. 1.

1. Reg. 17.

Adamus inobediens.

Gen. 2.

Gen. 3.

Ingratus odit veritatem.

cum illi pollicebatur ex rebellione similitudinem Dei : & homo minus arbitratur detrimentum à falsa spe dejici, quàm se fateri obligatione devinctum.

Absalon amplexus est Aquitofelis fraudem ob spem sceptri, contra honorem sui parentis, quando erat illius amoris magis debitor. Judas ob spem pretii audivit consilium dæmonis, ut proderet suum Magistrum, quando hic largior illi suum studium navaverat. Uterque permisit se decipi ab spe, ne se gratum præstaret. Sed cur homo mavult fraudari spe, quàm referre gratiam ? Quia homini nihil æquè difficile est, quàm se præbere gratum illi, cui multum debet. Conatus Baptista divinam efferre omnipotentiam, ait Deum posse Jordanis lapides animare, eosque vertere in Habraæ filios : *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Habraæ.* Hi lapides fuere erecti in Jordane, quando transiit arca Dei, pro æterno monumento prodigii, quod Deus patravit in Jordane, fluvio ipso (quasi foret metu & reverentia tactus) aquarum cursum retrò agente, ut cederet exercitui, quo Josue ferebat arcam. Vertitur modò in hoc dubium. Cur Baptista pro Dei commendanda potentia designat potiùs hos lapides, quàm alios, ex quibus Deus homines suscitet ? In promptu decisio est : lapides illi Jordanis fuere excitati in testes gratificationis : nulla autem dari potest major exaggeratio Omnipotentia divina, quàm formare homines ex lapidibus, qui aliquando extitere gratitudinis monumentum. Adeo homini difficile est se exhibere gratum, ut nulla sit probatio manifestior divinae potentia, quàm producere homines de lapidibus, qui aliquando fuere gratitudinis signa : cum enim prima culpa in primo homine fuerit ingrati-
tudo, hanc posterius ab illo jure hæreditario hauserunt, quæ proinde in omnibus quasi nativa & ingenita est.

21. Ingratitudo fecit Adamum non solum inobedientem, sed etiam infidelem : non enim potest abundare fidelitas, ubi deficit obedientia : imò nec obedientia diu consistere, ubi assidet ingrati-
tudo. Præcipit in horto Christus Petro vigilantiam, & orationem : *Vigilate & orate :* utramque Petrus abnuat se tradens somno, & postea in domo Pontificis suum negat Magistrum : *Non novi hominem.* Cum enim præcepto defuerit ingratus ad dormiendum, mansit infidelis ad negandum. Moyse & Aarone injunxit Deus, ut

2. Reg. 16. Consiliorum malorum auditor perit. Joan. 18.

Nil homini deficiat, quam se præbere gratum, cui debet multum. Matth. 3.

Adamus infidelis quia ingratus. Infidelitas ingrati-
tudinis. Consequencia est. Matth. 26.

alloquerentur quendam lapidem, quò liquefceret, aut erumperet ille in ea fluenta aquarum, quæ possent restinguere sitim Hebræi populi: & excedendo præscriptum Dei (sunt enim pauci Regum ministri, qui præcepti metas non egrediantur) verberarunt lapidem virga quadam: supervacua sunt verbera, quando verba sufficiunt. Hac igitur opportunitate appellavit eos Deus incredulos & infideles: *Quia non credidistis mihi.* Putabam compellandos esse à Deo inobedientes, at non sine mysterio vocantur increduli: ille enim qui deest inuncto sibi muneri tanquam ingratus, proximus est, ut deficiat à fide tanquam infidelis: pervenit usque ad apostasiam qui ex ingratitude deserit obedientiam. Monumentum infidelis animæ nuncupavit Rex sapiens illam statuam salis, in quam versa est uxor Loth: *Incredibilis animæ memoria stans fragmentum salis.* Proh notabilis dicendi modus! Infidelis uxor Loth! Inobedientem appellarem: siquidem respiciens violavit divinum præceptum: *Noli respicere post tergum. Respiciensque uxor Loth post se.* Quid? Infidelem appellavit olim Christus Thomam, quia non habuit fidem gloriæ resurrectionis. *Noli esse incredulus, sed fidelis.* Nonne magna disparitas? Infidelis Thomas in non credendo, & infidelis uxor Loth in non parendo? Ita: nam uterque se gessit ingratum: Thomas non respondendo beneficiis à Magistro acceptis, & uxor Loth oblita penitus indemnitate ab incendio; & quidem quando ingratitude radix est, in idem recidit, obedientiæ atque fidelitati deesse: tantum inter se connectuntur fides & obedientia in obstricto beneficiis, ut reputetur infidelis, qui benefactori suo præcipienti non obtemperat; nam in fide & obedientia æquè subdenda est mens rationi, quæ non comprehenditur, ne deseratur officium quod debetur.

*Adamus
Ambitio-
sus.*

*Ambitio
destruit
innocen-
tiam.*

22. Ambitione flagravit Adamus in statu innocentiae, cum videatur sola innocentia posse extinguere ambitionem: nihil enim innocenti, utpote habenti Deum per gratiam, appetendum superest. Verùm cum esset homo, despexit innocentiam, & ambivit malitiam; in malitia enim reconditam esse sapientiam homo sibi persuasum habet: & ipsa malitia secum attulit supplicium hominis.

Noto tamen Adamum superbia elatum ita obcæcari ambitione, ut non deprehendat manifestam fraudem Dæmonis. Obtendit Dæmon

Dæmon Adamo scientiam malitiæ, & sic occultè suggerit malitiam obtinendam pro consequenda Deitate. *Eritis sicut dii, scientes bonum & malum.* Manifesta innotescit fraus: si enim obtenta malitia Angelum vertit in Diabolum, quomodò hominem transformabit in Deum? Arbitror imprimis ambitiosum, quantumvis aliunde plurima scientia ornatus sit, facillimum esse, ut suo desiderio seducatur: & ideo Adamus potius à se ambitioso, quam à dæmone seductus fuit. Verùm Diabolicam adhuc fateor dexteritatem: Diabolum enim subtiliter intellexit, Adamum malitia plenum sibi facile persuasurum se divina pollere sapientia: quia nullus malitiosus est, qui sibi non videatur sapiens.

*Ambitio-
sus facile
decipitur.*

Vellem tamen ut coargueremus dæmonem tanquam sibi discrepantem in tentando. Si dæmon tentavit Adamum superba appetentia sciendi, & eventus tentationis votis respondit, cur postea tentavit Christum ambitione potestatis? *Hæc omnia tibi dabo.* Perspectam habebat Diabolum in homine ingratitude, ex qua prævidit nascituram ambitionem: præsertim quòd si homo se agnosceret potentem, confestim reputaret sciolum: cum ad mensuram potestatis credat quis sibi inesse scientiam: & è contra frequenter est, nempe quòd quis potentior, eò ignorantior. Nam potentiori deest animadversio, cujus loco succedit adulatio: illa docet, hæc evacuando tumidum reddit. Locutus fuit Christus servator de aqua gratiæ cum Nicodemo, & hic tam malè percepit eam doctrinam, ut meruerit appellari ignorans: *Tu es Magister in Israel, & hæc ignoras.* Locutus fuit de eadem aqua cum Samaritana, & hæc ita perspicaciter intellexit, ut statim appetenter expecterit: *Domine da mihi hanc aquam.* Quid, tam perspicax ad intelligendum Samaritana, tam hebes & obtusus Nicodemus? Ita: quia Nicodemus principatum obtinebat inter Judæos: *Princeps Judæorum.* Qui enim pollent magnitudine Principum, frequenter carent felicitate sapientum.

*Diabolum
incoheren-
ter ten-
tans.*

Matth. 4.

*Potentia
juncta cum
ignorantia.*

Joan. 4.

§. TERTIUS.

Supplicium ingratitude humana.

Ingratitudo hominis. 23. Prima hominis culpa fuit ingratum esse: ex ingratitude in eo reliqua vitia pullularunt. Verum mihi admirationem injicit videre quantum in homine ingratitude obtinuerit dominatum. Producit Deus Adamum post Angelorum lapsum, ut cautus sibi invigilet: format illum ex vili abjectaque materia, ut humilis se agnoscat: indicit illi capitalem poenam, ut transgressionem formidet: denique illi imprimit suam imaginem, ut tam beneficum conditorem grato amore prosequatur. Quid? nihil ex his satis est, ut Adamum deterreat ab ingratitude? Nihil: quia tam valida est in homine ingratitude, ut omnibus praevaleat. O cæcum, & execrandum scelus? Prætulisti culpam gratiæ, fraudem dæmonis beneficio æterni numinis. Punivit Deus Adamum, & de dominatore orbis vertit in servum diaboli: durum supplicium, sed justum: nam cum hominis culpa ingratitude fuerat, æquum erat, ut in diabolica ingratitude reperiret poenam: ingratus enim alterius ingrati aptus carnifex est. *2. Reg. 18.* Absalon pulchritudini suorum crinium ingratus fuit, siquidem dissectos removebat à se cupiditate vendendi: capilli iisdem vitæ Absalonis fuere ingrati: siquidem illum occiderunt à quo nutriebantur. Sic aptè punitur una ingratitude ope mutua alterius: ingratus Absalon ingrata pulchritudine.

Diabolus flagellum ingratitude dimis. 24. Verum si inter Diabolum & ingratum tanta est affinitas & similitudo, ut fere nullum intercedat discrimen, cur Deus constituit Diabolum flagellum ingratorum? Quia ingratus nec etiam parcit simillimis. Magnus ille paterfamilias satis erudierat suo exemplo famulos, ut sibi invicem remitterent debita, & tamen ex illis quidam urgebat acriter conservum suum pro reddendo debito: *Tenens suffocabat eum.* *Matth. 18.* Cur? quia uterque defuit in lucratiōne talentorum, hoc est in compensatione gratiarum, quas à Deo acceperat: qui autem deficit in referenda gratia, etiam patrantibus secum eandem culpam, culpam non condonat. Commnatur Deus Israël acerbissimum supplicium, quale est capitale, & addit se convocaturum ad illud omnes, quos Israël impensè dilexe-

rat:

rat: *Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quos dilexisti.* Pro Israele acriter puniendo vocat Deus omnes, quos Israël in pupillis & deliciis habuerat, de quibus proinde cogitari poterat, quod pro tali arcendo, vel saltem mitigando supplicio omnem operam, & favorem impenderent? Ita: quia cum utrique divina beneficia in se collata officiis debitis non compensarent, sed potius offensas pro illis reponerent, justissimum numen deligere nequibat aptiora instrumenta poenæ, quam infligere statuerat Israël, quàm eisdem delictorum suorum complices: quia inter ingratos quidam sunt aliorum sæviores tyranni & carnifices. Ingratitude fuit prima culpa, qua Deum homo offendit, atque adeo ingratitude eadem est, quæ punit homines.

CAPUT III.

Quæ ingratitude fuit major, Luciferina, an humana?

§. PRIMUS.

Non vereri supplicium duplicata malitia est.

25. Insolens fuit Angelorum ingratitude: hominum verò ingratitude, quam contraxere nostri primi parentes, nota ignorantia taxatur. Rogo tamen, quænam ex illis foedior & deformior, ingratitude Angelorum, an hominum? Prima fronte ingratitude hominum apparet tetrior: nam homines amplexi sunt culpam à Deo jam supplicio affectam: & quidem perversa imitatio duplicatum malum continet, nempe approbare errorem, & negligere supplicium. Incidere in culpam, debilitati verti potest: sed ratam habere, semper est malitia, & postquam damnatur, insolentia.

In memoriam Balthazaris revocavit Daniel parentem Nabuodonosorem, quando latam in illum divinitus sententiam exposuit: *Tu quoque filius ejus Balthazar non humiliasti cor, cum scires hæc omnia.* *Dan. 3.* Cur meminit de parente? Ut exaggeraret culpam: cum enim

C

enim

enim perfectum habuerit parentis in brutum transformati supplicium, ex eo quod transportaret vasa sacra ab Hierusalem, ausus fuit vasa eadem prophanare. Alieni errores sequendi non sunt, sed cavendi: qui sequitur delinquentem punitum, videtur non timere poenam. Graviori supplicio affecit Deus Lamech ob caedem Caimi, quam Caimum ob caedem Abelis sui fratris: quia Caimus fraticida fuit antequam Deus ab homicida aliquo poenas exigeret: Lamech autem interfecit Caimum post homicidium jam vindicatum: Idcirco prima fronte videtur major ingratitude humana, quam Luciferina. Et non vereri supplicium duplicata malitia est, cum in se claudat despectum iustitiae, & divini timoris defectum.

Supplicium
gravior in
non carven-
tes.

Pena ti-
menda est.

Gen. 4.

§. SECUNDUS.

Qui plus accipit, magis ingratus est.

26. Momentis tamen rationum æqua trutina perpensis, major fuisse deprehenditur ingratitude Angelorum, cum à Deo majora beneficia unà cum natura, ejusque facultatibus, & nobilissimis functionibus acceperint: & quidem ex accepto beneficio metiri debemus offensam: siquidem qui plus accipit, postea graviolem offendens irrogat injuriam. Prædii sui venditi defraudavit Ananias pretium: idcirco tam acerba sugillatione in eum Petrus animadvertit, ut ea audita defraudator statim exanimatus corruerit: è contra Simon Magus cum vellet Spiritus Sancti gratiæ pretium imponere, quæ culpa longè atrocior est, à Petro leviter corripitur: ratio discriminis est, quia Ananias deliquit cum esset servus Dei, ad cujus normam vivere debuerat: Simon autem cum foret servus avaritiæ: & culpa magis obstricti majorem claudit offensam. Petro dissuadenti mortem Christus imposuit nomen Satanæ: & tanquam amicum benignè excepit Judam volentem prodere eum crudeliter vitam ablaturis. Nam alter pro sancto, alter jam pro latrone scelerato habitus erat: & apud Deum plus momenti habent culpæ sanctorum, quam sceleratorum: sanctitas enim est bonum Dei, malitia defectus noster: sugillatio autem ex debito metienda est: nam qui plus debet, plus delinquit. Verum quidem est Adamum fuisse ingratum, sed Angeli prævivere exemplo: sua ingratitude fuit

Angelo-
rum ingra-
tudo.

Offensa
gravior ex
majori be-
neficio.
Act. 5.

Act. 8.

Matth. 16.

Matth. 26.

Exemplum
malum
acriter pu-
nitur.

secun-

secunda, Angelorum prima: Adamus fuit ingratus habens exemplar, Angeli sine exemplo. Ingratitude sine exemplo sustineat poenam sine spe remissionis: quia sceditatem tanti criminis in se retinens, vestigium sui reliquit posteris.

27. Disparitas rationis, ob quam Deus peccantem hominem redemit, & non Angelum, in Theologia saniori est, quia vir peccavit ex fragilitate, ut suæ uxori arrideret: *Mulier quam dedisti mihi: Angelus peccavit ex malitia, & consilio, data opera: Lucebas in corde tuo.* Exprobravit illi Isaias. *In caelum conscendam.* Peccata Commissa ex imbecillitate, facile, commissa ex malitia, difficile remedium inveniunt in divina misericordia. Legem tulit Deus injungens populo suo, ut si quis proximum interficeret ligno, vel lapide, non statim capitalem subiret poenam, si autem necaret veneno aut maleficio, confestim vita spoliaretur. Quam ob causam? Quia occidens ligno, vel lapide, homicidium patrat temerè, sine consilio, ex iracundia subita obcæcante, proindeque talia arma ministrante furore: at occidens veneno, vel maleficio interficit capto per otium consilio, ex matura ac lenta deliberatione, consumens dies ac noctes in perquirendis mediis, quibus intentum finem prævum assequatur. Cum natam commissi sceleris Davidem coargueret, non illi objecit adulterium, sed matrimonium quod contraxerat cum Bersabeth: *Et uxorem illius accepisti in uxorem tibi: Cur Deus magis videtur indignari contra matrimonium, quam contra adulterium: præsertim quia tale matrimonium illa ætate nondum erat prohibitum, & illo videbatur David compensare injuriam, & consulere honori Bersabeth? Adulterium fuit actio subita, & veluti congenita fragilitati, matrimonium fuit actio multum deliberata, & veluti congenita malitiæ: accrevit igitur sceleri gravitas ex lenta deliberatione. Suam ingratitude, ut mandaret executioni, Angelus per otium architectatus est: cum verò illam delinearet malitia, caruit resipiscentia, unico remedio: errores enim malitiæ nascuntur immedicabiles.*

Redemptio
hominis &
non An-
geli.

Gen. 3.

Peccatum
minus
fragilitas,
malitia
auget.

Exod. 21.

2. Reg. 12.

28. Satis exploratum, compertumque omninò est, Angelorum ingratitude fuisse maximam, tum propter majora beneficia in ipsos à Deo collata, tum propter lentam deliberationem, qua ex malitia deliquerunt: verum opprobrium ingens hominis repu-

Angelorum
ingratitu-
do fuit ma-
xima.

ratur, primum in sublunari mundo ingratum extitisse, cum in suo ortu conditori Deo evaderet simillimus: nam à magnis natalitiis degenerare, etiam ex debilitate, semper ingens dedecus hominis est.

CAPUT IV.

Ingratitudo maxima inter homines.

§. PRIMUS.

Inter homines ingratisimi fuere Hebræi.

Ingratitudo hereditaria.

*Gen. 6.
Gen. 7.*

Supplicium ingratisimorum.
Gen. 11.

Exilium pena gravissima.
Gen. 3.

Os. 9.

Gen. 12.

29. **A** Primis parentibus jure quasi nativo & hæreditario ingratisimam hauserunt ferè omnes posterì: & quidem numeri supremo fuere adeo pessimè ingrati, ut Deum subjecit poenitentia formati à se hominis. Quare ob ingratisimam demolitus est mundum obruens universali aquarum alluvione: nec tam severa poena fatis fuit, ut ab ingratisimam homines cessarent: nepotes enim Noëmi contra immensitatem Dei conditoris ausi sunt ea petulantia & impudentia, ut coelum ipsum expugnare niterentur. Nec beneficiis, nec suppliciis corrigitur ingratisimam. Confusos igitur suis technis & machinationibus ablegavit Deus dispergens per omnes mundi plagas: nam exilio aptè puniuntur ingrati: est enim exilium poena, quæ hominis patientiam gravius vulnerat.

Minatus fuerat Deus mortem Adamo ne delinqueret, & postquam tanquam ingratus deliquit, exilio multavit: *Ejecitque Adam.* Nam in ingratisimam poena animadvertit qui ablegat, quàm qui interficit: poena enim morte deficit, exilio perennat. Eadem Deo mens fuit ergo suum populum, quem proinde hæreditate spoliavit, & per orbem dispersit exulem. *Abjecit eos Dominus, & erunt vagi in nationibus.* Verum notando inflictam Judæis hanc poenam, interrogo: si occidens innocentem, mortem subit, justam sui sceleris poenam, cur Judæi occidentes Christum, non occiduntur? Quia vivere in exilio non minus torquet quàm mors: est enim sic vivere, mors prolixior. Dixit Abrahamo Deus, quando ei præcepit exire de patria. *Quia fecisti rem hanc, benedicam tibi: faciam*

que

que te in gentem magnam. Injunxit eidem ut mactaret filium primogenitum, & eadem promisit. Quid? præmium idem pro mactatione filii, atque pro egressu de patria? Idem est de patria egredi, atque de suo sanguine facere victimam? Ita: exilium poena est, quæ hominem æquè cruciat, atque mactatio: nam exul vitam non ducit vivens, sed vitam trahit moriens. Adde semper in homine minus malum esse mori, quàm vivere: mors enim in malis remedium est, ut cessent: in bonis, præventio est, ne succedant mala.

30. Statuit Deus superare ingratisimam hominum veluti obstrictus fide Abrahami, obedientia Isaaci, & innocentia Jacobi: deligit pro sua hæreditate Hebræos illorum posteros, ut ob beneficia in ipsos collata responderent amoris, quo eosdem prosequi decreverat. Verum hi ad mensuram favorum ingratisimam nacti sunt. A Deo in solitudine defecerunt ad vitulum, in terra promissionis, ad idola: tandem Deum ipsum conditorem suum in Calvario patibulum suspenderunt inter duos latrones. Deum igitur sic offensum animadvertamus querulum de Hebræis: eum mors illata Deo Homini fuerit atrocissima, solum queritur se ab illis despectum, & non occisum? *Filios enutrivit, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* Judico despectum inter amantes esse crudeliorem morte: nam mors lædit corpus, despectus amorem, qui residet in anima: mors privat hominem vita, despectus honore, qui apud generosos plus sit vita ipsa. Ex præscripto Eliæ duo ursi interfecerunt quadraginta pueros Israëlitas: *Egressique sunt duo ursi, & laceraverunt ex eis quadraginta pueros.* Et tamen cohortem militum, qui venerant occisuri prophetam: *Jubet ipse hospitio & convivio excipi: Pone panem, & aquam coram eis.* Quid, tantus rigor erga pueros, tanta comitas & lenitas erga milites? Milites conabantur auferre vitam armis, pueri honorem despectu: & generosi magis ægrè ferunt despectum, quàm mortem.

31. Non est Deus conquestus de morte sibi illata per Hebræos, sed de despectu: quia ex illorum delicto sequuta mors nobis vitam peperit: *Illorum delicto* (inquit Apostolus) *solus est gentibus, ut illos emulentur.* At despectu illo Hebræi obtinuerunt supplicium, quo per totum orbem ab omnibus despiciuntur: Deus autem plus sentit mala nostra, quàm proprias offensas. Blasphemum

Ingratitudo Hebræorum.

*Isai. 1.
Contemptus ægrè fertur.*

*4. Reg. 2.
4. Reg. 6.*

*Despectus gravior morte.
Ad Rom. 11.*

contra Deum, simul & persecutorem Ecclesiæ se Apostolus æquè confessus est: *Blasphemus fui, & persecutus sum Ecclesiam Dei.* Tamen quando apparuit illi servator Christus, solum exprobravit persecutiones, & non blasphemias: hoc enim significavit verbis illis. *Cur me persequeris.* Queritur potius Saulum insectantem, quàm blasphemantem? Quia insectatio lædebat homines, ecclesiæ membra, blasphemia fauciat directò personam Dei. Sed quæro, cur Deus magis doleat de offensionibus nobis, quàm sibi illis, cum tamen id quod tibi magis proximum est magis ex natura sua te ipsum pungat? Respondeo quia offensæ quæ contra nos fiunt, Deum in corde suo quodammodo lædunt: Deus enim perfectè nos amat, cor amantis magis est ubi amat, quàm ubi animat (siquidem nihil est amare, quàm tradere cor) & ideo offensa quæ tangit cor, magis vulnerat, & majorem excitat dolorem.

32. Servitute Pharaonis premebat in Ægypto populum Hebræum adeo crudeliter & ignominiosè, ut postquam miserimus populus servierat reipublicæ in muniis abjectissimis, assequeretur loco præmii internecionem filiorum, & haberi despiciatui ab Ægyptiis. Nam tyranni erga miseros & innocentes se gerunt sæviores. Aspexit Deus eam calamitatem, & dolore commotus voluit populum suum in libertatem asserere: nam divina clementia portat remedium in aspectu: *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & sciens dolorem ejus, descendi, ut liberem eum.* Opem tulit Deus Agar, levamen aquæ putealis, & ait sacer textus: *Appellavit puteum illum viventis & videntis me.* Quod Agar insignierit puteum illum cognomento Dei viventis, placet: nam divinum vivere est beneficere, Dei vita est Dei beneficentia. Verum imponere nomen Dei viventis, est mysterium latens, quod tamen prodit ratio plurima: siquidem in Deo non est distincta actio figere oculos, & ferre auxilium: ut intelligatur Deum levasse miseriam, sufficit intelligere, quod illam aspexerit. Præceptorem suum Christum oculis usurpant discipuli ambulantes super aquas, quando aspera procella vexati suspicantur illum esse phantasma: *Putaverunt phantasma esse.* Proh quàm eximius error Apostolorum? Eos tamen non damno, quia notarunt magistrum, cum vidisset discipulos in tantum discrimen adductos, intendisse deserere, absque ulla ope lata: *Vol-*

Tyranni ergo innocentes sunt sæviores.
Exod. 2.

Clementia divina vobis est.
Exod. 3.

Aspectus Dei solus succurrit.

Gen. 16.

Mat. 16.

tebat

lebat præterire. Non videtur Deus, sed phantasma, qui videns alienas calamitates deserit, nullo levamine allato.

33. Cæterum non erat satis Moyses ad liberandum populum, tanquam Dei minister? Ad quid descendit Deus, ut illi assistat? Non suppetunt humanæ vires pro tollenda servitute, nisi Deus conatum adhibeat pro asserenda libertate. Vidit Deus populi afflictionem, & descendit: *Sciens afflictionem ejus, descendi.* Hoc enim documento nobis insinuat defectum nostri doloris Deum tollere, dolorem ex resipiscentia eundem trahere: si dolemus, venit ad nos: si non dolemus, nos deserit. Hic igitur adventus fuit eximius Dei favor: populi autem liberati gratitudo pro illo fuit multiplicatus questus de libertate, & iterata murmuratio de Deo: nam inter omnes mortales fuere ingratisissimi Hebræi.

34. Verum erga illos perversos Deus se gessit adeò temperatum, & benignum, ut non interruperit cursum prodigiorum ad levandum quæculos illos à calamitate, simulque docendum Principes, clementiam solum respicere sublimitatem purpuræ, & angustias miseræ pro egenis, afflictisque sublevandis. Quando Deus condoluit de laboribus sui populi dixit Moyse: *Ego sum, qui sum.* Simulque illi injunxit, ut hæc populo diceret. Sed, quid conducit ad libertatem, & remedium afflictionis populi, Deum esse eum qui est? Plurimum conducit, ac refert: sic enim voluit Deus ingratis Hebræis manifestare, quod auxilium illis allatum non debebat adscribi ipsorum meritis, sed ipsius sublimi majestati, quasi tunc Deus in opitulando non alium quàm se ipsum attenderet. Non aliter quicumque generosus opem ferens indignis, operatur non secundum eorum merita, sed secundum id quod debet suæ generositati. Delicta paralytici non detinuerunt servatorem Christum, ne illi offerret præsentaneum remedium: *Vis sanus fieri.* Quia ut aspexit illius miseriam, fuit statim veluti compulsus eam levare: nihil enim est quod divinam clementiam retardet. Servator idem pendenti à cruce latroni bono non solum delicta omnia condonavit, sed etiam gloriam eadem die assequendam impertiit: *Hodie mecum eris in paradiso.* Quid? satis fuit momentum, ut latro assequeretur gloriam, quam per longa sæcula Patriarchæ, & Prophetæ compararunt? Ita: nam erga hos se gessit Deus justum,

Servitus non facile tollitur.

Exod. 8.

Hebræi ingratisissimi.

Principis clementia.

Exod. 3.

Princeps ad se generosum debet attendere conferendo beneficia.

Luc. 23. Beneficia non differenda.

con-

Clementia divina velox. conferens eis præmium secundum merita : erga probum latronem se exhibuit clementem : & divina clementia nescit moras : qui enim clementiam moratur, se potius vindicem, quam clementem gerit,

Remedium velociter adhibendum est. Psal. 18.
Matth. 3. 35. Documenta eadem quæ nobis Deus dedit ex populo suo, Christus præstitit ex suo socio latrone Dima, scilicet afferendo remedium in aspectu, & allatam veniam in manibus. Fertur de verbo divino descendisse ad nos passibus giganteis. Et de Spiritu sancto venisse allatum celeri volatu instar columbæ : nam qui adhibet remedium, vel confert munera, debet instar gigantis movere gressum velociter, aut instar columbæ volantis vix commovere alas præ celeritate : Quatuor illa mystica animalia, quæ volantia in favorem Ecclesiæ vidit Ezechiel habebant quatuor manus, quibus inhæserant quatuor alæ, ut significarent manus pro ferenda ope addictas debere volare ad remedium. Moram trium dierum traxit Christus ad opitulandum Lazaro : ex quo subintulerunt forores defectum amoris : *Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus.* Qui opem differt, desidem prodit succurrendi voluntatem : Nam quidquid differtur, præsumitur effectu cariturum : & idcirco remedium tardum desinit remedium esse.

Providentia Dei erga nos. 36. Assertum in libertatem populum, Moyse & Aarone gubernatoribus, Deus ea providentia ducebat in terram promissionis, ut deposita omni sollicitudine erga se ipsum posset incedere, cum omnis omnino de illo cura penes Deum foret. Verùm populus, cum esset ingratus, ideoque omni favore indignus, divinam protectionem diffusus est, & timuit Pharaonem rubri maris littoribus insequentem. Rebellis igitur contra Moysem, talem libertatem conquestus est, & vehementer appetiit Ægyptiacam servitutem, veritus mori in solitudine absque sepultura. *Recede à nobis (dicebat Moyse) ut serviamus Ægyptiis: multo enim melius erat servire eis, quam mori in solitudine: forsitan non erant sepultura in Ægypto.*

Ingratus semper querelns. 37. Ingrata querela, infamis metus, desiderium vile. Ingrata (inquam) querela : nam populus in Ægypto erat servus tyrannicè à Pharaone vexatus : in deserto erat liber Dei favoribus auctus, & protectus : queritur tamen ad dissimulandum, vel obtegendum debitum,

debitum, ex quo ingratus semper est querulus. Infamis metus : nam à Deo protectus formidat in solitudine Pharaonem, quem viderat in Ægypto tot suppliciiis, & calamitatibus attritum, Moyse ipso puniente. Deliria tamen meticulosi animum despondentis sunt maxima : pavidus enim quasi impos sui nescit quid loquitur, & quid operatur. Desiderium vile : quia maluit sepeliri in servitute Pharaonis, quam vivere obstrictus Deo ob acceptam libertatem. Nulla vilior & abjectior sepultura est, quam probrosa servitus : in hac enim honor simul cum vita tumulatur : est igitur sepultura maximè decora, mori pro tuenda libertate : siquidem in illa, vita simul & honor æternitati consecrantur. Josephi fratres dixerunt : *Apud quemcunque fuerit inventum servorum tuorum quod quaris, moriatur.* Oeconomus autem Josephi sententiam, quam contra se tulerant fratres, ratam habens, dixit : *Fiat juxta vestram sententiam, apud quemcunque fuerit inventum, ipse sit servus meus.* Dixerant fratres latronem moriturum, & Oeconomus juxta eorum sententiam dicit victurum tanquam servum : quia re vera idem est servire absque libertate, ac mori cum dedecore. Christum appellavit Propheta liberum inter mortuos : *Inter mortuos liber.* Videtur cognomentum fore magis ad rem si cognominaret liberum inter captivos, cum libertas captivitati opponatur. Non tamen abs re locutus fuit David : nam vocare liberum inter mortuos, perinde est ac vocare liberum inter captivos : mors enim & captivitas solo discrepant nomine, non effectu. Subacta per Assyrios Pentapoli, ejus incolæ vixerunt sub ditione Chordor lahomor duodecim annis, quousque impatientes servitutis, excutientes jugum defecerunt à tyranno : cum mallent eum experiri hostem, quam sustinere dominum. Rex igitur coactis militibus, exercituque comparato omnes Pentapoleos civitates evertit, deletique viros unà cum fœminis, nullo habito ætatis, sexusve discrimine. Cur pauci, longèque minoribus pollentes viribus, cum indubitata præviderent mortem, generosi adspirant ad libertatem? Quia pluris fecerunt mortem cum honore, quam servitutem cum vita.

38. Hebræus populus diffidentia posteritatis degeneravit ab Abrahamo, qui novit credere in spem, contra spem. In majores adductus angustias David canebat : *Si ambulem in medio umbra mortis.*

Mors pro libertate decora est.

Gen. 44.

Libertas potior quam vita.

psal. 87. 1. Servitus & mors idem sunt.

Gen. 14.

Gen. 2. Spes in Deo figenda.

Psal. 22. *tis, non timebo mala, quoniam tu mecum es Domine.* Jobus: *etiam,*
Job. 13. *si occiderit me, in ipso sperabo.* Isaias revocabat in memoriam popu-
Isai. 30. lo omnem suam fortitudinem stare in silentio & spe: *In silentio &*
spe erit fortitudo vestra. Populus autem hac opportunitate conver-
tit silentium in querimoniam, & spem in timorem: nam timor &
querela convictum habent, sedemque fixam in ingrato: timet,
quia fraudulentus: queritur, quia avidus obliviscendi beneficium.
Maximum divinæ omnipotentiae pignus affert spes fixa in Deo:
nam qui sperat, confidit, confidens autem meretur favorem, & fa-
vor merenti non deficit divinus. Cananea ob fiduciam laudata,
Matth. 15. obtinuit à Christo quicquid expetebat. Spes in Abrahamo deti-
nuit ictum gladii, eique simul contulit meritum sacrificii. Jobus
Gen. 22. Deo fretus elusit Diabolicos ictus: & ideo felicitatem adeptus est,
quia sano usus consilio ad scopum fiduciae collimavit. Virgines
fatuæ idcirco ad cœleste regnum non fuere admittæ, quia suam om-
nem spem in alieno sociarum oleo collocarunt: cum deberent in
Matth. 20. folius divinæ misericordiae spem erigi. *Date nobis de oleo vestro.*
Quandiu paralyticus speravit salutem ab hominibus, ut manifesta-
Joa. 5. vit querulus. *Non habeo hominem.* Insanabili sua ægritudine so-
lutus non fuit. Josephus diutius in carcere moram traxit, quia
Gen. 40. suam spem reposuit in pocillatore Pharaonis. *Memento ut sugge-*
ras illi, ut educat me de carcere isto. Dimas non diu in cruce mora-
tus est, quia omnem salutis suæ spem in Christi servatoris opem
Luc. 23. contulit. *Memento mei Domine.* In Evangelio præcepit Do-
Luc. 12. minus servis ut expectarent: *Similes hominibus expectantibus.* Et
statim dixit beatos: *Beati servi illi,* quod prudenter ac benè spe-
rarent: quia in hac vita nulla potior felicitas est, quàm scitè, &
benè sperare: sed qui parum agnoscit, sperare nescit.

§. SECUNDUS.

Manfuetudo Moysis cum ingratitude sui populi.

Ad Rom.
11.
Malum bo-
no vincere
ingens vi-
floria est.

39. Tulit Moyses patienter querimoniam populi, efflagitavit-
que à Deo remedium: nam generosum cor superat ingratitude
beneficii. Suadebat Apostolus Romanis, ne se à malo superari
sine-

finerent, sed potius malum bono superarent. Nulla enim contra
malum aliquem victoria gloriosior est, quàm illum se bono supe-
rare: nam consequi victoriam reddendo bonum pro malo, victo-
riæ genus est solius Dei peculiare. Dixit Jacob ad fratrem suum
Isau in itinere obvium, eum sibi visum Deo assimilari: *Quasi vi-*
derim vultum Dei. Ex quo deprehendit Jacob talem sui fratris cum
Deo similitudinem? Quia Isau comiter & benignè exceperat ipsum
Jacobum, à quo per fraudem benedictione & majoratu fuerat spo-
liatus. In Thabore partem modicam gloriæ obsecravit Petrus,
Bonum est nos hîc esse. Et præter repulsam, quam passus est, obti-
nuit nomen nescientis: *Nesciens quid diceret.* E contra Dimas in
Calvario flagitavit paradysum, & statim voti compos fuit. *Hodie*
mecum eris in paradiso. Cur discrimen hoc? Quia in Calvario se
voluit Christus exhibere Deum. Blasphemis convitiis latro Chri-
stum laceraverat: *Blasphemabant eum.* Protulit de utroque latro-
ne sacer textus: & Christus divinitatis suæ specimen manifestius
exhibere non potuit, quàm superare beneficiis latronem blasphe-
mantem.

40. Erat Moyses Princeps à Deo electus ad opitulandum po-
pulo, mansuetus & clemens: his enim virtutibus ornari debent,
quos Deus eligit ad ferendam opem. Mansuetudo dominatur pas-
sioni, frænaturque impetum vindictæ: virtus est, humanæ naturæ
modum pacificum consequens, qua ornatus Rex primus orbem
ingressus est. Tela ex qua parenti Adamo prima vestis secta est,
perhibetur ovina pellis: manifesto documento, plurimum refer-
re, ut deposita severitate, mansuetudinem induat, quicumque
Rex vellet orbem leniter & aptè temperare. Discipulis se Christus
mitem commendavit, ut suam illis legem suaderet. *Tollite jugum*
meum super vos, & discite à me, quia mitis sum. Quia nulla lex est
tolerabilis sub Principe immodicè severo, nec lex immodicè seve-
ra sub Principe mansueti. Suavis indoles Principis reddit om-
nem legem suavem.

Retulit Philippus Nathanaëli prodigia & miracula, quæ ede-
bat Christus: hæsit dubius Nathaniël, an ille esset verus Messias,
siquidem ferebatur illius patria Nazareth, ex qua vir eximiis doti-
bus insignitus prodire nequibat: quasi dotes & virtutes natali solo
Natale solum non
significat.

forent addictæ, Verum ubi expertus est Dominum mitem, ex eo quòd conniveret patriæ se ipsum despicienti, & propriam injuriam dissimularet, statim confessus est illum Dei filium, & Regem legitimum Israël: *Tu es filius Dei, tu es Rex Israël.* Leoni in cælo victoria adscripta est; *Vicit leo.* Agno tamen qui stabat in throno coronæ oblata sunt; quamvis enim leo vincat, agnus dominatur, non quidem ex robore, sed ex mansuetudine.

Joan. 1.
Apo. 5.

Clementia
declarat
Principis
majestatem.

Luc. 11.

Luc. 5.

Matth. 5.

Joel. 2.

Gen. 2.

41. Clementia virtus adeo nobilis est, ut ex illa Principis majestas innotescat; est virtus adeo sublimis, ut qui parcat, se exhibeat innocentem in se, & erga alios humanum; in se, plus quàm alios sine culpa; erga alios, hominem cum misericordia; & cum clementia præstet id quod homines pluris faciunt, virtus est quæ plus sublimat Principes. Ejicit dæmones ab humanis corporibus Christus, & Pharisei hanc potestatem diabolo adscribunt; *In nomine Belzebuth principe demoniorum ejicit demonia.* Condonat idem Dominus peccata paralytico, & hanc potestatem adscribunt Deo: *Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?* Si utraque potestas divina est, utpote quæ in solum cadat Deum, cur miraculum excipiunt blasphemii? *In nomine Belzebuth, & condonationem laudibus? Magnificabant eum.* Quia in existimatione hominum plus est parcere, quàm miracula patrare: nam delictorum condonatio merificè conso nat divinæ conditioni, & humano remedio: etiam apud Phariseos idem valet clementem, atque divinum esse. Misericordes appellavit Christus beatos: *Beati misericordes.* Cur non appellat beatos severos? Quia licet severitas stare possit cum justitia, tamen in se virtus non est, sed effectus duræ indolis, quæ non meretur divinam benedictionem. Exuperat adeo severitatem clementia, ut quando quis parcat clemens Deum emulatur: *Quia benignus & misericors est, patiens, & multa misericordiae, & præstabilis super malitia.* Et quando punit immodicè severus, evertit Dei opificium. Deus hominem fabricatus est: Imo qui punit immodica severitate, destruens hominem, Dei ipsius effigiem destruit: *Creavit Deus hominem ad imaginem suam.* Ex quo nascitur prudentis Veniæ commendabilitas, immodici rigoris abominatio.

§. TERTIUS.

Clementia Dei cum ingratitude populi Israëliti.

42. Obsecrationem Moyfis exaudivit Deus, statimque illius votis annuit: nam divinæ clementiæ ostia semper patent: neque ulla apud divinum tribunal in causis expediendis cunctatio est. Præcepit Moyfi, ut elevaret Virgam, quam illi pro sceptro contulerat, manum deinde extenderet supra mare rubrum: quia ad Virgæ contactum aquæ in duas partes divisæ secederent, planumque iter præberent Hebræis sicco vestigio transituris, ita ut mare iterum coadunatum posset Pharaonem, & exercitum ejus temerè ingressuros obruere. Dictis paruit Moyfes, & Moyfi mare: transivit populus indemnis, Pharaon, exercitus, & omnes Ægyptii ad unum aquis obruti periere. Satis manifestavit Deus populo, virga coercendos esse superbos, pariterque levandos ingratos: Docuit Moyfen quòd pro remedio subditorum, ipsi loco sceptri virgam contulerat. Animos capiat Princeps in rebus dubiis & arduis: utatur potestate, extendat manum: sic enim subditos remedium, hostes supplicium consequetur: nam pro remedio exhibendo sceptrum in manu Principis prodigiosa virga est.

Deus volens ad succurrendum.

Exod. 14.

Virga deprimat Principes superbos, & ingratos elevat.

43. Non vulgarem mihi admirationem injicit Deum esse tam clementem erga gentem tam rebellem, & ingratham; quia parcere ingratis, est clementiam perdere. Legimus in sacro textu ignem Babylonicum refrigerasse pariter innocentes, & combussisse Chaldeos: item aquas diluvii conservasse arcam Noemi, & obruisse impios: nam justitia in Deo æquè bonos protegit, ac malos proculcat. Verum si populus rebellis & ingratus non meretur supplicium mitius quàm Pharaon superbus & audax, cur eodem tempore evadit populus sicco vestigio incolumis, & perit Pharaon aquis sepultus? Certè ingratitude non est culpa levior quàm audacia: imò gravior per obstrictum, quàm per audacem infertur offensa: audaciam decipit præsumptio ad offendendum: ingratum malitia reddit offensorem, ne solvat debitum: semper autem offensa proficiscens ex malitia major est. Dico tamen pro objectæ difficultatis expeditione & decisione, tam in præmio justorum & favore

Dan. 3.

Gen. 7.

Audacia Pharaonis.

*Beneficus
Deus ex
justitia.
Malach. 4.*

favore ingratorum, quàm in supplicio audacium suam justitiam deprompsisse Deum : nam justis solvit tanquam creditoribus suæ omnipotentiae : ingratis opitulatus est propter suam bonitatem oppigneratam : & Deus de justitia bonus est. Per Malachiam Deus mundo pollicitus est solem justitiæ, allaturum sanitatem in alis : *Orietur timentibus nomen meum sol justitiæ, & sanitas in pennis ejus.* In alis sanitas velocitatem donat : verùm si hoc est purum beneficium hominibus indebitum, cur Deus quando se exhibet beneficium, appellatur sol justitiæ? Videbatur magis consonum appellari modò sol misericordiae, & non justitiæ: Aptè dicitur sol justitiæ, quando affert salutem hominibus: quia de justitia erga homines beneficus est. Commendat David Deum ferentem miseris auxilium, & ait justitiam Dei ex hoc opere æquandam esse æternitati: *Dispersit, dedit pauperibus, & justitia ejus manet in sæculum sæculi.* Cur non dicitur quòd ejus liberalitas manens in sæculum sæculi æquabitur æternitati, siquidem liberalitatem exercens locupletavit pauperes? Quia si in Regibus terrenis benefacere est actio liberalitatis, in Rege cœlesti est obligatio justitiæ.

Psal. 111.

S. Q U A R T U S.

Justitia Dei cum Pharaonis superbia.

*Superbia
parit cul-
pas caren-
tes venia.*

44. Erga infantes Babyloniae causam suam justificavit Deus, propter quem illi acerbam necem subibant : erga ingratos Hebræos suam extulit clementiam : nam clementia divina parcat etiam ingratis : & quidem eadem opportunitate parcens ingratis, Pharaonem capitali supplicio affecit : nam erga culpas fragilitatis, qualis fuit queremonia & metus populi ingrati, utitur Deus sua misericordia : erga culpas superbiæ, suo rigore : quia per superbiam homo ignorat Deum, per fragilitatem agnoscit se ipsum : & ideo inter omnes ingrattudines superbia maxima est : Deus factus est homo, ut sua humilitate hominem recuperaret, superbus appetit fieri Deus, ut elatione ipsa Deum offendat : & hi sunt ingrati qui carent venia : siquidem duplicata malitia duplicatam benefactori suo Deo inferunt injuriam : obliviscuntur beneficia, quæ à divina manu acceperunt : & sic videntur ignorare notam creaturis omnibus

omnibus divinitatem, à qua illi ipsi hauserunt vitam, essentiam, & quidquid habent.

Predixerat Deus populo suo audaciam Pharaonis, & pro sua gloria supplicium illi infligendum : *Ego autem indurabo cor Egyptiorum ut persequantur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus.* Cum enim superbi se reputent omnipotentes, gloria omnipotentiae est, ut ei prostentur tanquam spolia. Magnis B. Virgo ornavit laudibus potentiam divini brachii : *fuit potentiam in brachio suo.* Cum verò expectarem causam hujus magnifici encomii reddendam à Virgine fore vel incarnationem verbi, vel redemptionem hominum, in quibus Deus se exhibuit singulariter potentem, illa pro causa subjunxit destructionem superbiorum : *Dispersit superbos mente cordis sui, deposuit potentes desede :* & merito : nam superbia quædam depressa est maximum divinæ potentiae encomium.

Exod. 14.

Luc. 2.

In columna nubis, quæ ducebat populum (ait sacer textus) collocavit Deus thronum suum ad regendum : nam columna illa Dei regnantis administra inferviebat ad protectionem populi, & ad punitionem tyranni : Principes enim regnant feliciter protegendo innocentiam, & domando tyrannidem ; supplicium tyrannidis reputavit Deus suam gloriam, & in protectione populi collocavit suum thronum.

Ecc. 34.

45. Obruit Deus Pharaonem undanti pelago tanquam ingratum & superbum ; quia cum Dei ipsius munere evaderet incolumis à plagis Ægypti, in deserto se voluit potentior Deo ostentare : & quidem ingratorum ac superbiorum in mundo nec cineres debent superesse. De Nabucodonosore (quem sua representabat statua) dixit sacer textus innuens illius cineres ; *Nullus locus inventus est eis.* Fuit enim adeo tumidus, ut propriam manum fragilem existimaverit omnipotentem, & Dei manum omnipotentem crediderit fragilem ; *Et quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea?* Et spectat veluti ad politicam status divini rationem coercere, ac deprimere elatos, cum superbia etiam contra Deum audeat. Connivebat Deus Benadamo Regi Syriæ in delictis idololatriæ, & permisit eum frequenter extitisse victorem sui populi ; verùm ubi primum se ille appellavit Deum vallium, & dixit Deum Israël Deum so- lum

*Superbus
omnino ex-
tinguendus
Exod. 14.*

Dan. 3.

1. Reg. 13.

Imperii fo-
cium nemo
patitur.

Contem-
ptum agrè
fertur.

Num. 16.

Gen. 4.

Exod. 7.

2. Reg. 12.

lum montium, statim ut superbus pœnam sustinuit. Quid, nonne culpa major adorare dæmonem ut Deum, quàm se nuncupare Deum vallium? Aperiam quid sentio; cum se nuncupavit Deum vallium, duplex patravit scelus Benadamus; prius fuit dividere imperium divinum, seque Deo in regimine socium adjungere; & quidem consortium in gubernando nec Deus patitur; orbem enim destrueret, qui Dei imperium divideret. Posterior scelus fuit contemptus divinitatis, ablata potestate, & titulo imminuto; nullus enim major divinitatis offensor, quàm illius contemptor. Subito interitu Datan & Abiron terræ ipsius visceribus sepulti sunt, eo quòd contempserunt Moysen. Caimus verò fratricida evadit mortem, & divina promissione firmatur ad vitam; quid? sic Deus lenis erga Caimum, sic asper & severus erga Datan & Abiron? Ita: referebat Moyses Deum ipsum, imò erat vice deus: *Constitui te Deum Pharaonis*: & cum foret culpa Deum contemnentis, illam pœna æqualis consequi debuit. Hanc à Deo politicam hausit David, quando ferro flammaque vastavit civitates Regis Hammon, eo quòd ipsius Davidis legatos despexerit. Patienter tulit offensorem Saulem, quasi offensæ læderent se privatam, non distulit pœnas fumere ab offensore Hammon, eo quòd injuria offenderet regiam majestatem: & quidem vulnera per contemptum inflicta ita debent curari, ut illorum non remaneant cicatrices, aut vestigia. Hac ratione punivit Deus Pharaonem, simulque eripuit ab illius manibus populum Hebræum: sed populus fuit adeo rebellis, ut ingratitude æquaret, vel æmularetur favores; quasi ingratus in id impudenter propendeat, ut suam ingratitude favoribus sibi impensis metiatur.

C A-

CAPUT V.

Ingratitudo populi fecit illum
rebellem.

§. PRIMUS.

Ingratitudo populi æmula divina clementia.

46. **P**rodigium Rubri maris satis non fuit, ut populus ab ingratitude resipisceret; nam super amaras aquas illius loci Marâ, defecit iterum, & verbis amarulentis detraxit Moysi; *Murmuravit populus contra Moysen.* Ingratorum satis nota conditio est murmurare, ne gratificari compellantur; item gentis sceleratæ patet factis alienis defectibus suos tegere. Murmuravit Judas, & murmuravit Phariseus, quando viderunt Magdalenam ad pedes Servatoris proclutam; Judas tanquam latro, quando illa pedes largiter unxit. Phariseus tanquam malitiosus, quando illa comiter à Domino fuit admittita. Quia Judas voluit suam cupiditatem occultare, Phariseus excusare suas culpas murmurando de alienis.

*Clementia
divina
æmula in-
gratitudo.
Exod. 15.*

*Murmura-
tio ad te-
gendas
Proprie
culpas.
Matth. 26.
Luc. 7.*

47. Cum verò Moyses ex innata mansuetudine noverit injurias oblivione superare, efflagitavit à Deo remedium pro suo populo. Deus igitur semper pronus ad ferendam opem, præcepit Moysi, ut tangeret aquas quodam ligno, quod illi indigitavit; ad cujus contactum acceperunt aquæ dulcedinem, deposito amarore; *Ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versa sunt.* Exod. 15. Duo censeo animadversione digna, alterum quòd Deus jusserit reddi dulces aquas immerso ligno quodam, & non virga illa Moysi, quæ prodigiosa erat: alterum, quòd tulerit tam festinam opem genti tam fastinantè querulæ, ac tam properantè rebelli? Utrique satisfaciam. Voluit Deus aquas dulcedinem capere à ligno, & non à virga, duplici ex causa. Prima, quia cum virga loco sceptri haberetur, non poterat dulcedinem impertire: sceptrum enim cum suo apte ingenio sunt insipida, ea apud omnes conflagrant invidia, ut potius instillare amarorem, quàm dulcedinem præsumantur. Comperio fuisse præsignificatam crucem Christi in S. pagina:

*Principum
potestas
invidiam
parit, &
odium.*

E

Factus

Isai. 9. Factus est principatus super humerum ejus. Et non arundinem, quam per ludibrium manu gestavit: cur majori plausu crux, quam arundo excepta, cum utraque Domino fuerit dolori, & improprio? Quidquid alii sentiant, ego judico discrimen esse, quia ex cruce sperabant homines aliquod sibi emolumentum, ex arundine utpote sceptro nullum sibi promittebant: Secunda, ideo aquæ receperunt dulcedinem à ligno, ut significaret Deus populo ligna, & lapides habere virtutem afferendi remedia, quando populus carebat animo gratificandi pro remediis acceptis. Nam cor ingratum lapidibus durius est. Quando in Christi funere acerbissimus dolor fregit lapides, Judæi tanto prodigio in id solum impulsu fuere, ut pectus quaterent: *Revertentur percutientes pectora sua.* Percutiebant, sed non frangebant, quia erat populus ingratus: & cor ingrati, quamvis foris timore quatiatur, intus tamen non frangitur vero dolore subactum. Christi morte fracti sunt lapides, & Judas Christo ipso ad suos pedes provoluto magis obduruit, certè durior ipsis lapidibus: quia fortitus fuerat cor à populo ingrato.

48. Festinum Deus populo suo, etiam ingrato, adhibuit remedium: quia remedii valor & æstimatio consistit in celeritate, amoris decus in patientia. Dubius hæsit Thomas de Christi resurrectione, & Dominus ut medelam afferret incredulitati, januis clausis cænaculum ingressus est. Non expectavit moram aperiendi ille idem qui sponsam, sanctam animam quærens pro suo levamine, pulsavit ad ostium, & lentam expectavit apertionem. Qui erga Thomam tam festinus, erga sponsam cunctabundus? Ita: quia in Thoma quærebat Christus Apostoli remedium, in sponsa quærebat proprium levamen, & amor purissimus, ac ferventissimus, qualis Christi sicut volat ad remedium suorum, ita patitur dilationem proprii levaminis. Seraphini Isaïæ volabant duabus alis ad thronum Dei: *Duabus volabant.* Quando autem unus illorum divertit ad prophetam, sex alis volatum explicuit: nam iter ad thronum dirigebatur ad propriam gloriam, iter ad prophetam, erat pro illius remedio: & seraphinus talis in amando proditur, quando magis festinat ad alienum remedium, quam ad propriam gloriam. Summa amoris perfectio est, habere alas ad ferendam opem ingratum: sic Deus amator suo populo, sic Christus Thomæ opem tulit.

Ingratitudinis durities.

Luc. 23.

Celeritas Dei in operando.

Joan. 20.

Cant. 5.

Amor festinat ad ferendam opem.

Isai. 6.

lit. Postquam Moyse fatis conquestus ingratitude populi erga Deum, conatur manifestare amorem Dei erga populum: ideo amorem illum æquiparat pupillis oculorum, & sic æquiparatum confert, & assimilat aquilæ. *Custodivit quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum.* Quid? non fatis erat æquiparatio cum oculis ad extollendum amorem? Credidit Moyse non sufficere: quando enim non vidit amorem alatum pro ferenda ope, non intellexit perfectum.

49. Extinxit populus aquis sitim, sed non ingratitude, ut pote manentem beneficiis ipsis vivaciorem: scribebat enim beneficia in aquis, quæ solum pollent lingua ad murmurandum, ita ut quò magis accipiunt, eò magis murmurent. Rebellebat tertiò populus contra Moysem & Aaronem: & conquestus est se ereptum à servitute Ægypti, ut in solitudine periret fame: *Cur eduxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem fame?* Ingratitudo reddidit populum rebellem, & rebellio insolentem: quia in angustiis non sollicitabat remedium, nisi murmurationibus, & querimoniis. Deus autem se adeo mitem & benignum exhibuit, ut murmurationi & querimoniis satisfecerit castra implendo coturnicibus, eadem die, & sequenti, manna cœlesti. Inquirò modò, si Deus erat opem allaturus populo querulo, non fuit fatius intercipere egestatem, ne accideret? Non fuit: quia volebat Deus populum egestate reddi gratum: siquidem apud homines potentior est dependentia, quam beneficium. *Ut tentem eum* (dicebat Deus Moyse) *utrum ambulet in lege mea an non.* Quò non pertingit vis rationis, quæcunque illa sit, dependentia perficit, & absolvit. Nam dependens cuicumque subjicitur. Christus assimilavit canibus Cananeam, quæ cum appeteret cibum, tulit patienter similitudinem, quæ videbatur injuria. Dependentia sustinet omnia, personæ depressionem, & honoris detrimentum. Tres Reges, scilicet Judæa, Israël, & Edom se alacres itineri accinxere ad invisendum Elisæum, pressi defectu aquarum, pro extinguenda siti exercitus: *Descendit ad eum Rex Israel, Josaphat Rex Judæa, & Rex Edom.* Quid? ad invisendum Elisæum, virum detentum cultura suorum agrorum, se depri-munt tres præclari Reges, quin majestas gressum præpediat? Cur

Deut. 32.

Ingratitudo parit rebellionem.

Exod. 16.

Benignitas Dei.

Dependentia quantum possit.

Exod. 16.

Patientia ex dependentia.

4. Reg. 3.

non potius jufferunt acciri Elifæum ad curiam? Erat Elifæus vir Propheta, è cujus arbitrio pendebat auxiliū suæ calamitatis pro aqua cœlitus obtinenda: Ubi autem intervenit dependentia, etiam Reges propriæ detrahunt authoritati. Restitit Petrus lavacro pedum in nocte cœnæ: ubi tamen servator ei minatus est: *Non habebis partem mecum.* Confestim se totum subdidit, à pedibus usque ad caput: quàm enim dependentiam non intellexerat antea, ex Christi verbis cognovit, & momento eodem quò se vidit dependentem professus est subditum. Si tamen Petrus se Deo gratum subjici, cur populus in ingratitudine mansit rebellis! Quia tanta præditus erat ingratitudine, ut nec dependentia possit relipiscere gratus, proindeque subditus fieret.

50. Egestate premens Deus populum suum, ad scopum duplicem collimabat, alterum, ut necessitate compulsus sollicitasset remedium tanquam dependens, alterum ut tali sollicitudine & labore illud mereretur: ille enim favor honorat, qui meritis est. Egre dicitur Judas ad vendendum Christum, eique necem machinandum, & tunc tempus mortis vocat Dominus tempus gloriæ suæ: *Nunc clarificatus est filius hominis.* Et non sic appellat tempus resurrectionis: per mortem enim gloriam adeptus est. In cruce supra Christi caput Regis titulus collocatur: scimus eundem titulum Regis loco satis inferiori positum vidisse Joannem in gloria: *Et in femore ejus scriptum: Rex Regum.* Cur in cruce & in cœlesti gloria magnificus ille titulus fertur locum tam dissimilem? Cœlestis gloria denotat quietem, crux secum portat laborem, & merita: nomen præclarum Regis titulus est honoris, qui eò magis fulget, quò majora in conspectu habet merita. Hoc in causa fuit, cur Romani olim noluerunt quòd fieret ingressus ad Templum honoris, nisi per templum virtutis, ut innotesceret nullum posse comparari magnum, & legitimum honorem, nisi prævia Virtute, quæ genuina meritum parens est.

51. Nihil tamen satis fuit ne populus in sua rebellionē duraret: in solitudine enim Raphidim quarta vice defecit: *Cur eduxisti nos exire de Ægypto* (dicebat ille ad Moysen) *ut occideres nos, & liberos nostros, ac jumenta siti.* Omnis aqua murmurat, & omnis populi sitis murmuratio erat. Sed interrogo, de quo murmurat populus

pulus, & cur quæritur se sequi Deum tot prodigiis per solitudinem ducentem, quando olim Reges ac dynastæ per confraga & aspera montium sequabantur alacres insignem illam peccatricem Babylonicam. In promptu causa est, scilicet ipsa hominum rebellio & ingratitudo, ex qua pullulat non minor alacritas & pronitas ad sequendum mundum, quàm difficultas & cunctatio ad sequendum Deum. Ad ostium sponsæ pulsavit Deus, & illa renuit aperire, obtendens quietem lectuli non interturbandam: *Expoliavi me tunica mea.* Jacebat Samuel in lectulo, & ter surrexit existimans se vocari ab Heli: *Cucurrit ad Heli, ecce ego.* Cur Samuel toties interrumpit somnum, & Sponsæ nec semel vult deserere quietem? Quia Samueli visum est vocari ab Heli, Sponsa intellexit vocari à Deo: & quidem ad vocem Dei sumus tardi, ad vocem hominum, & creaturarum prompti accurrimus, etiam nostro impendio. Ad vendendum servatorem, paruit Judas diabolo ad nutum: *Cum jam Diabolus misisset in cor, ut traderet eum Judas.* Mandatum portandum dedit, quasi dedignaretur diabolus personaliter ingredi infame cor proditoris ingrati: & satis fuit mandatum, ut Judas confestim obediret. Lavare pedes Petri voluit Christus, & Petrus non se subdidit, nisi Domino minaciter imperanti: *Non habebis partem mecum.* Cur tam facilis Judas, & tam difficilis Petrus? Quia ferè semper vitium amplectimur ad nutum, & Deo vix paremus, etiam ad repetitum mandatum.

52. Non solum conquestus est populus hac opportunitate sequendi Deum per solitudinem, sed eò rebellionis devenit, ut Moysen interrogaret, an populus haberet Deum, qui opem ferret. *Est Deus in nobis, an non.* Videbant quotidiana miracula, quæ patrabat Deus in eorum auxilium, & dubitabant, an Deus esset, eo quòd ipsos ferebat: & quidem solus Deus talem populi ingratitudinem poterat sustinere. Ignorantia maxima Deum negat. *Dixit insipiens in corde suo non est Deus.* Ingratitudo maxima Deum ignorat hæsitanter: *Est Deus in nobis, an non!* Ingratus enim nec Deum cognoscit, nec à Deo cognitus est. In solitudine ignoravit populus Deum, & adoravit vitulum. *Hi sunt dii, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Et Deus eodem tempore dixit Moysi, *Peccavit populus tuus, quia videns ingratum, nescivit tanquam alienum.*

Ignorat Deus ingratos, quia abominatur & reprobatur ingratitudinem: ignorant ingrati Deum, quia abominantur suum benefactorem, ita ut quod plus accipiant, eò plus beneficiorum immemores fiant, sicut populus Hebræus.

53. Illud tamen non possum non maturè animadvertere, fuisse populum tam immemorem, cum beneficia forent à Deo tam multiplicata: & quod Deus sic multiplicaret beneficia, cum populus esset tam immemor. Ut de hac re pro meo captu feram sententiam, plana ac trivialis imprimis gentis ingratae oblivio est, sicut gentis gratæ memoria. Ex quo provenit, ut sicut viro grato beneficium unicum apparet multiplex, ita ingrato multiplex videatur nullum. Refert sacer historicus miraculum, quod in muto paravit Christus, & tanquam gratus unicum, ut multiplex prædicat: *Surdos fecit audire, & mutos loqui.* Per innumera propè miracula auxiliatur Christus Judæis, & hi quasi nullum vidissent, miraculum petunt. *Magister volumus à te signum videre.* Cum enim forent ingrati, miracula innumera reputabant nullum, atque adeo in calamo scriptoris grati unicum beneficium crescit in multiplex, in ore ingratitudinis multiplex evanescit in nullum. Ratio discriminis solum petenda est ex fœda conditione ingratitudinis. Ingratus enim pro comperto habet, quod plus accipit, eò sibi plus deberi: & sic beneficium sibi collatum reputat debitum solutum, & cum donationem loco solutionis ponat, nunquam fatetur se obstrictum, sed semper manet immemor. Postquam populus se contulit in deserto ad colenda idola, dixit Deus Moyfi: *Vade, descende de loco isto, non enim ascendam tecum.* Cur Deus vult deserere populum suum, cui se promiserat assidere in deserto? Quia volebat illum videre auxilio destitutum, ut experiretur beneficiorum memorem: nam ingratus quod plus debet, eò plus obliviscitur, & majora beneficia compensat majori oblivione, ita ut multiplicet ingratitudines, quando debuerat multiplicare grates.

54. Multiplicabat Deus beneficia erga populum immemorem: nam Dei propensio innata est sustinere, & beneficiis cumulare ingratum, donec gratus fiat: item dissimulare injuriam propriam, ut malo alieno medeatur. E tribus divinis personis carnem nec assumpsit Pater, nec Spiritus sanctus, sed tantum Filius: & incarnatio

Ingrato
multiplex
beneficium
videtur
nullum;
grato au-
tem appa-
ret multi-
plex.
Marc. 7.
Matth. 13.

Exod. 33.

Beneficia
Dei erga
ingratos.

natio videbatur spectare ad Patrem tanquam opus in quo maximè potestas viguit, vel saltem ad spiritum sanctum tanquam opus, in quo amor mirificè efferbuit. Filius tamen incarnatus est ob salutem hominum, ex eo quod fuerit illorum ingratitudine directè offensus tanquam sapientia Patris, contra quam ausus Adam peculiariter deliquit: *Eritis sicut dii scientes.* Assumptio carnis in Filio data est pro redimendis, ac reparandis ingratis, ut eos gratos redderet: & quidem eò devenit ardor & vis amoris, ut quando vehementer urgebat ratio, ut detestaretur nos, injuriam dissimularet, ne deesset remedio. Eadem nocte qua homines Christo intulere maximam injuriam, illique fuere ingratiissimi, contulit illis Christus donum maximum: & quo tempore homines volebant ex odio Christi sanguinem ebibere, & carnem mordicè laceratam devorare, piissimus Dominus ex amore suam illis carnem comedendam, & sanguinem ebibendum tradidit: *Ego enim accepi à Domino (inquit Apostolus) quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem.* Cur in hac potius, quam in alia opportunitate? Quia tunc maximè Christi corpus obvolutum sacramento requirebatur homini ad alimentum vitæ spiritualis in hoc mundo, & ad pignus æternæ vitæ in coelo: quamvis ergo injuria foret ingens, non permisit amor ingentior ut denegaretur hominibus beneficium, quo summè indigebant, ut grati fierent.

Gen. 3.

Amor dis-
simulat in-
jurias.

Bonum pro
malo red-
dit amor.
1. Ad
Cor. 5.

§. SECUNDUS.

Docuit Deus Moysen quomodo allaturus esset remedium ingratis.

55. Documentum aliud simile dedit hac opportunitate Deus Moyfi: nam videns populi ingratitudinem suæ clementiæ æmulam, dissimulavit rebellionem; & præcepit Moyfi, ut opem ferret pro sedanda siti, qua ardebat populus. Illi injunxit, ut capta manu virga, cum senioribus populum anteiret, & deveniens ad petram Horeb, cum virga tangeret confestim erupturam in juges aquarum scaturigines, pro universorum castrorum siti restinguentem: & certus esset, se præsentem miraculo patrando exhibiturum. Duo sunt, quæ mihi in hac re pariunt dubitationem: alterum,

Remedium
pro ingra-
tis.
Exod. 17.

terum, cur voluerit Deus solos populi seniores fuisse miraculi testes, cum omnes conquesti fuerint, & illius evidentia convinci possent? Alterum, cur, cum demandaret Moyse patracionem miraculi, voluerit præsens adeste, in quo vel suam deprimebat majestatem, vel diffidebat Moyse miraculum patraturus?

56. Imperavit Deus Moyse comitatum seniorum, quos adhibiturus erat in testes miraculi; *Sume tecum de senioribus Israel.* Duplici ex causa. Prima est, quia neque iudicio, neque testimonio populari stare debemus ad examinanda, & probanda miracula: populus enim solet esse pronior ad affirmandum vitia, quam ad confirmandum virtutes. Populum Hierosolymitanum aluerat Christus per miracula: quibus ille ingratus non solum fidem non fecerat, sed illorum authorem videns in hostium manus traditum postulavit ad crucem, & in cruce suspensum falsis testimoniis irritavit. Examen ac probatio miraculorum à solis viris probatæ vitæ exigenda est, in quibus genuinæ reperiuntur, ac probantur virtutes.

Quando mulieres Christum resurrexisse nunciaverunt discipulis, eis delirasse visæ sunt: *Visum est sicut deliramentum.* In hac tamen veritate certi ac firmati manserunt, cum Dominus apparuisset Petro, idque Apostolus retulisset: *Surrexit Dominus, apparuit Simon.* Nam veritas eadem quæ in ore mulierum reputatur deliramentum, in ore seniorum, qui optimi sint, qualis Petrus, veritas est.

57. Secunda causa fuit, velle Deum, ut Moyse documento edoctus intelligeret, ad vitandum errorem in adhibendis remediis, debere seniores sibi comites, & consiliarios adjungere. *Sume tecum de senioribus Israel.* Nam Princeps gubernans, audito prudentiorum consilio, miraculosus est. Viginti quatuor seniores vidit Joannes assidentes agno in cælo: *Viginti quatuor seniores.* Si Dominus, tum quia innocens, tum quia puer, vocatur agnus, cur non habet sibi assidentes agnos, scilicet coetaneos ministros? Quia est Princeps & Rex in throno collocatus: *In medio throni:* item adeo sollicitus de bono subditorum, ut plurimos habeat oculos in eorum beneficiis detentos: *Habentem oculos septem Dei missi in omnem terram.* Sic ad patranda miracula in conferendis beneficiis, seniores soli juvabunt, utpote prudentiores. Ex supermundana regione ad con-

Exod. 17.
Testimonium populi
Lare non
pluris faciendum.
Joan. 6.

Miraculorum probatio.
Matth. 27.

Luc. 24.

Veritas in ore seniorum reputatur deliramentum.

Exod. 17.
Princeps quos debet habere consiliarios
Apoc. 8.

Seniores consiliarii esse debent.
Apoc. 5.

ad concilium status in Thabore celebrandum accivit Christus Moysem, & Eliam, quorum ille jandiu mortuus fuerat, hic ex longo tempore vivebat; & sic ætate experti poterant maturè consulere de rebus gravissimis, ad bonum ac remedium hominum spectantibus. Non acquievit Moyse potestati virgæ, donec ei Deus Aaronem consiliarium, & Prophetam adjunxerit, quo adjuncto, habens potestatem cum prudentia comite, sibi felix ac miraculosum promisit regimen, & sic accidit.

58. Faciamus satis dubitationi alteri, quam proposuimus, nempe cur voluerit Deus miraculo præsens adeste? *En ego stabo ibi coram te.* Fuit hoc sublime documentum ex penu divinæ sapientiæ depromptum. Princeps remedium suorum subditorum nulli alteri demandare debet, nisi ipse remedio adhibendo præsens assistat. Opportunitate altera commisit Deus curam sui populi Angelo, quo audito populus ubertim ploravit: *Audiens populus sermonem hunc pessimum luxit.* Quid? non è re erat, populivē ferebat utilitas administrari per Angelum, cum Deus Angelos custodes hominum fecerit, ac designaverit? *Angelis suis mandavit ut custodiant te.* Ita: sed non placebat velle Deum demandare alienæ industriæ sui populi remedium. Voluit Christus pascere in deserto turbam fame oppressam, & non commisit discipulis ex integro remedium, sed ipse capiens panes dispersit. *Acceptit Jesus panes, & distribuit discumbentibus.* Et ex hac partitione eum agnoscentes turbæ voluerunt acclamare Regem. Angelus erat minister piscinæ, & tamen opus fuit, quòd Christus adestet, ut paralyticus haberet sanitatem, quam triginta & octo annis non comparaverat.

Ex ratione duplici movente debet impelli Princeps, ut suorum remediis intersit: altera petenda est ex benivolentia & amore, quem præsens à suis omnibus colligit, altera ex nomine & gloria, quam sibi comparat: vassalli enim solum agnoscunt & venerantur magnum, ac magnificum Regem illum, qui suorum remedium alienæ industriæ non committit; imò magnitudine credunt destitutum, qui in rebus arduis ac dubiis suos propria præsentia destituit. Moysem Deus appellavit Deum & populus quando ille se recepit in montem, vocavit hominem: *Moyse viro isto.* Ille qui in ore Dei Deus, in ore populi homo est, quia, cum se populo

Luc. 9.

Exod. 4.

Præsentia principis urget.
Exod. 17.

Exod. 33.

Remedium ex sola principis præsentia.
Joan. 6.

Exod. 32.

subtraxerit, & pro ferenda ope in angustiis difficillimis que rebus fratrem Aaronem substituerit, apud suos divinam existimationem perdidit ex præsentia subtracta, & amore imminuto.

59. Patravit miraculum Moyſes in lapide Horeb, quo levavit populi miseriam, reſtinguendo ſitim. Quia in divina palæſtra addiſcitur bonum pro malo reddere, & ex corde acceptas injurias condonare. Et quidem hominum in veritate ac luce Chriſtianæ fidei degentium opprobrium eſt, ſuccumbere odio ad vindictam, quando Cyrus & Auguſtus in tenebris idololatriæ caligantes majorem gloriam adepti ſunt exhibita clementia, quàm propagato imperio. Principem ex debita tali muneri lenitate vocant ſacræ litteræ medicum, & patrem, quia nemo medicum, vel patrem rectè agit, niſi depoſita ſeveritate: Princeps igitur ex munere ſibi injuncto tenetur & medelam adhibere tanquam medicus, & condonare offenſas tanquam pater. In deſerto oblatus fuit Chriſto Regis titulus; quem ipſe renuit fugiens in montem. Eundem titulum acceptavit in cruce, nec permisit auferri, etiam procurantibus ablationem Judæis. Nam acceptare titulum in deſerto, erat recipere compenſationem pro beneficio alendi homines: in cruce acceptare Regis titulum, erat recipere obligationem parcendi hominibus. Eſt conditio, ſeu obligatio hæc tam addicta regiæ dignitati, ut ſacer historicus narrans de die illa magna, quando Chriſtus reddet unicuique juxta ſua merita, non illi Regis titulum adſcribat, quando deſignat ſupplicia, ſed quando dividit præmia: *Tunc dicet Rex his, qui à dextris ejus erunt: venite benediſti.* Quia longè plus magnificat Principem actio conferendi præmium, quàm infligendi ſupplicium. Baptiſtam proteſturus exhibuit Deus integram manum: *Manus Domini erat cum illo.* Balthazarem puniturus oſtendit ſolos digitos: *Apparuerunt digiti quaſi manus hominis.* Cur illic manus exporrecta & tota, hîc contracta & diminuta? Quia illic ſe geſſit beneficium, hîc punitorem: & quando Deus punit, apparet minor ſe benefico. Manus illic pertinebat ad Dominum: *Manus Domini*, hîc manus ſpectabat ad hominem: *quaſi manus hominis*: imò referebat ſimilitudinem manus hominis. Nam Deus beneficia conferens Dominus eſt, ſupplicia infligens homo videtur.

Bonum pro malo reddendum.

Clementia & benignitas quantum debeat Principem.

Isai. 3.
Eccl. 4.

Joan. 6.

Veniam dare Regis eſt.

Matth. 25.
Beneficia plus magnificant Regem quam ſupplicia.
Luc. 1.
Dan. 5.

§. TERTIUS.

Preceſſionum armis liberavit Moyſes populum, quando hic ſe magis ingratum gerebat.

60. Hebræus populus erat adeo ingratus, ut ad menſuram beneficiorum ingratitude creſceret. Quinta vice rebellavit in deſerto Raphidim querulus, ac formidans Amalecitas inſequentes animo cædendi, abolendique penitus ex odio hæreditario, quod hauſerant ab avo Eſau: nam odium in homines etiam hæreditas eſt. Erexit, confirmavitque Moyſes rebus ſuis diſſidentem populum, præcepitque Joſue, ut obviam hoſti procederet, & illi ſuam adſtrinxit fidem, promittens in conflictu ſe laturum auxilium, ſiſ ad Deum precibus in monte Sinai. Quid prælium offert Moyſes hoſti potentiori? Ita: nam Amalec erat Rex impius, Moyſes pius, & electus à Deo ad principatum: & facilius eſt debellare hoſtes virtutibus, quàm viribus, & potentia armorum. Trecentis viris expugnavit Abrahamus quinque Reges, eorumque numeroſos exercitus cæcidit. Quia Abrahamus ſuis virtutibus obtinuit Deum proteſtorem, & contra Reges Sodomæ pugnarunt ſua ſcælera. Sanctum appellavit Chriſtus parentem æternum, quando ab eo poſtulavit auxilium: *Pater ſancte ſerva eos, quos dediſti mihi.* Cur poſtulans deſenſionem contra hoſtes vocat ſanctum, & non potius fortem? Quia potentior eſt ſanctitas quàm fortitudo, ut nos ab hoſtili impetu tueatur. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum.* Appellabant Angeli Deum. Quid ſanctum vocant, quando Deum exercituum? Cur non validum, non fortem, quæ duo magis juvant ad bellum? Pro debellandis hoſtibus longè major eſt vis ſanctitatis, quàm valoris, & fortitudinis: certè cum Deus ſit exercituum Dominus, qui fuerit præditus ſanctitate, habebit pro ſe ipſum Deum, & omnes exercitus.

61. Paruit Moyſi Joſue, & hoſtem fortiter aggrediens in conflictu ſuperavit: verum ſacer textus manibus Moyſis adſcribit victoriam. *Cumque levaret Moyſes manus, vincebat.* Nam manus Principis ſunt quæ victorias aſſequuntur: & quidem ſublatae ad

Exod. 17.

Odiſum eſt etiam hæreditas.

Victoria comparatur ſanctitate potius quàm potentia.
Gen. 14.

Sanctitas confert victoriam.
Joan. 17.

Isai. 6.

Principis manus vincunt.
Exod. 17.

Oratio vincit hostes. Apoc. 7. Deum sunt potentiora arma pro domandis hostibus. Vidit Joannes quosdam cœli aulicos gerentes in manibus palmas: *Et palmae in manibus eorum.* Et alios prædixit signandos signo Dei: *Quousque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.* Cur quosdam videt jam ornatos palmis, & alios sola spe gerendi signum Dei? Quia priores orabant sine intermissione: *Palmæ in manibus eorum, & clamabant dicentes: Salus Deo nostro.* Ubi audiuntur orationis voces, statim auditur plausus triumphi, & ubi cessat oratio, fortitudo quantunvis potentissima non assequitur victoriam. *1. Mach. 5.* Celerius vincebat Judas Machabæus corde in Deum erecto, quàm arrepto manu gladio. Nam Deus nostris precibus compulsus, est qui corda roborat, animos erigit, impendit triumphos: & quicumque novit orare, novit vincere. Oratione Daniel extinxit flammam, lenivit beluas, prostravit milites. Oratio Deo pro sacrificio est, orantibus pro præsidio, & hostibus pro flagello. Continetur in oratione honor, & utilitas: honor erga Deum, utilitas erga hominem: quando enim recognoscimus omnipotentiam Dei, de illius bonitate rectè sentimus: proindeq; nostra obligatio nostræ utilitati inferitur. At si rationi consonum est, quod orationis arma expugnent omnia: quia Deus pro orantibus pugnat: quod defendant ingratos rationi videtur absolum: ingrati enim non merentur auxilium Dei? Dicam paucis. Arma orationis duas habent qualitates robur, & clementiam: robore omnia superant; clementia omnibus parcunt: & qui parcat omnibus, etiam ingratos defendit.

§. QUARTUS.

Movens bellum injustum tanquam ingratus irritat Deum.

Brod. 17. 62. Subacto Amalec, dixit Deus Moyse se omnino extincturum in orbe memoriam Amalec: *Delebo memoriam Amalec:* Nam perversorum vult Deus superesse tantum supplicium pro memoria. *Bellum injustum punit Deus.* Quæro, si Amalec audax nimium fuit aggrediendo populum divina virtute protectum, nonne satis fuit punitus, parta contra ipsum victoria, quæ pro supplicio principibus esse solet? Non fuit hæc punitio satis: iterum puniri debuit: *Delebo memoriam Amalec:*

malec: Quia bellum injustum populo intulit. Est Deus author vitæ & pacis: bellum ambitionis, & crudelitatis parens est: & ideo ægrè fert ipse Deus ambitione vel odio violari pacem ac perire vitam: bello ipso punit moventem, & prospero eventu belli solet confirmare dominatum in legitimo domino. Jubet Nabuchodonozor denunciare bellum omnibus provinciis, quæ se imperio suo non subjiciant, & cum omnes mandato renitentes tale detrectarent imperium, jurat se esse defensurum ab illis omnibus: *Juravit per sceptrum suum facturum quod in se est, ut defenderit se. Jud. 1.* Putabam fore ut juraret se tales provincias subjugaturum, vel expugnaturum: & ille juravit se defensurum: nam ex cupiditate, & appetitione alieni orta fuit necessitas se defendendi ab illis, quibus injustè bellum denunciabat. Formidavit supplicium Amalechi, quod subivit.

63. Duo vellem monitos esse Principes ut haberent Deum in bello propitium, alterum nempe ut intelligant bellum non esse deliberationem gladii, sed esse oppignationem justitiæ: *Sit autem fortitudo nostra lex justitiæ.* dixit Rex sapiens. Gerendum est bellum necessitate, & non voluntate: ideo efflagitabat à Deo David: *Dissipantes, quæ bella volunt.* Alterum, esse bellum prudenter gerendum, ut illius eventus respondeat optatis: ideo finxit antiquitas Bellonam è Jovis cerebro profiluisse. Cum enim innumera mala & calamitates bellum parturiat, necesse est quod illi Deus exoratus assistat, ut vitentur mala, & prudens interveniat gubernatio, ut exitus felix contingat. Davidem fecit Deus supplicii electorem, ut nempe septem annos famis, vel tres menses belli optaret: *Aut septem annis veniet tibi fames in terratua, aut tribus mensibus fugies adversarios tuos.* Quid? æquali lance ponderat Deus tam longam ac diuturnam famem, & tam breve ac compendiosum bellum? Adeo grave malum bellum est, ut trimestre bellum adæquet septennem famem. Notent obiter Principes, exiguum esse quodcunque præmium collatum militibus per multos annos se benè gerentibus in bello: siquidem tres menses belli adæquant septem annos famis. Acerbissimum supplicium, quo Deus terruit populum suum, fuit bellum, quo labefactaretur. *Faciám caelum æreum, & terram ferream.* Terra ferrea, quos poterit fru-

Bellum qualiter gerendum. Sap. 3. Justitia in bello.

Prudentia in bello. Psal. 67.

Bellum est fame pejus. 4. Reg. 24.

Levit. 26.

Pax optanda ut optima.

2. Reg. 18.

Luc. 2.

Luc. 21.

ctus producere, nisi arma, quibus homines pereant. Quando Deus exacerbatus sceleribus hominum, eos vult punire majori ferveritate, permittit, ut arma capiant, & inter se bello dissideant, seque mutuis funestent cædibus: quando placatus jam vult conferre vitam hominibus, pacem confert. Scire cupiebat David, an incolumis rectè valeret Absalon vita fruens, & interrogat, an haberet pacem? *Estne pax puero Absalon?* Nameadem est pax, atque vita hominum. Non major effulsit Augusti gloria & felicitas, quando suos bello fregit hostes, sed quando eo extincto, Mavortis templi clausit januas: nam eo tempore cœli fores apertæ sunt & descendit pax in homines: *Et in terra pax hominibus.* Est tantum, bonum pax, ut æquiparetur cœlesti gloriæ, est tantum malum bellum, ut toti orbi sit finem impositurum: *Pugnabit gens contra gentem.* Æquum igitur fuit, ut in orbe aboleretur memoria Amalec, quia voluit inferre bellum, & bellum injustum: *Delebo memoriam Amalec.* Bellum injustum est pessima ingratitude, & quæ magis irritat Deum: ratio est, quia cum ipse homini præstet vitam, ut ea conservata homo suo conditori benefico deserviat, vitam eandem homo adducit in manifestum discrimen, suscipiens bellum ex ambitione & odio, cum gravissima tanti benefactoris offensa: & reddere pro eximio bono acerbum malum, pessima ingratitude est.

Exod. 17.

Supplicii memoria decet.

Psal. 57.

3. Reg. 1.

64. Verum si Deus vult extinguere omnino memoriam Amalec, cur præcepit Moyse, ut litteris exararet in libro victoriam, eamque instillaret auribus Josue? *Scribe ob monumentum in libro, & trade auribus Josue; delebo enim memoriam Amalec.* Item si præcipit referri in librum victoriam hanc, cur non prius scribendam injungit victoriam, quam reportavit populus de Pharaone utpote magis gloriosam? Dicam paucis: non placet Deo extinguere memoriam dispectuum, nisi post audaces sepultos: Pharaonem maris rubri fluctibus sepelivit: Amalec voluit scribi in libro, ut post supplicium obtineret simile sepulchrum. Vult Deus nullam aliam impiorum superesse memoriam, præter supplicium, ad exemplum: hoc enim bonos admonet, malos refrænât. Dixit Propheta lavandum esse justum in sanguine peccatoris: *Letabitur justus cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris.* Quid, peccatoris sanguinis habet vim lavandi? Hoc Christi sanguinis peculiare

liare est: *Lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Uterque sanguis ille lavat, sed effectu dissimili sanguis Christi lavat reddendo homines sanctos: sanguis peccatoris lavat reddendo homines cautos: lavat ille ad sanctitatem, lavat hic ad cautelam. Patet hoc in eventu Pharaonis, ubi submersis penitus Ægyptiis, incolumes Hebræi timuerunt: *Timuit populus Dominum.* Quid? timore correpti Hebræi, quando debuerant esse impavidi, destructis ad unum suis hostibus? Timent Hebræi in alieno supplicio proprium: vident alienas culpas punitas, verentur proprias puniendas.

Supplicium unius ad cautelam multorum.

Exod. 14.

Exod. 17. Fides est auditu.

65. Rectè habet, quod in libro scriberetur victoria ad puniendum Amalec, & excitandam memoriam beneficii in populo ingrato, quando iterum rebellasset in solitudine: sed cur jubetur tradi liber auribus Josue: *Trade auribus Josue.* Nonne Josue habebat manus, quibus traderetur liber: & certè manus validas, quibus librum servare ac tueri posset? Ita: sed cum populus extiterit semper infidelis, voluit Deus significare populo fidem Josue, quæ illi obvenerat ex auribus semper arrectis in Deum, & ipsius prodigia: nam per aures ingreditur fides, & cum populus caret auribus ad hauriendum divina miracula & portenta, semper evasit infidelis: quia sine credulitate nec fides, nec lex dari potest. Quæro tandem quis obthuravit aures populi, ne audiret? Ingratitude: hæc enim ex incredulitate congenitam rebellionem, & ex rebellionem infidelitatem sortita est.

CAPUT VI.

Ingratitudo populum fecit idololatram.

§. PRIMUS.

Ingratitudo & infidelitas semper consociatæ.

65. **P**ostquam Hebræus populus queruli, murmuratoris, & rebellis notam subiit, statim idololatra redditus est: nam ex uno vitia pullulare solent plurima, & ingratitude peperit infidelitatem, cujus parens, & individua semper comes fuit. Ascenderat

Ingratitudo comes infidelitatis.

derat Moyses ad montem Sinai quæsitum legis tabulas: cum verò quadraginta diebus cum Deo moraretur, populus seditione ingenti concitatus postulavit ab Aarone, ut sibi conficeret Deos, qui multitudinem regerent: quia ignorabant quid evenisset Moyli: *Fac nobis Deos, qui nos præcedant; Moyse enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid accideret.* In hac postulatione se gessit populus ingratum, & illius prætextu falsum: ingratum, quia voluit deserere Deum ex cunctatione Moylis, & deserere Moysen, quia erat cum Deo, qui ipsum ab Ægyptiaca servitute eripuerat per prodigia, & ducebat per solitudinem non sine miraculis: falsum, quia probè noverat Moysen esse cum Deo, & quandiu erat cum Deo, non abesse populo suo. Verùm semper falsa fuit populi ingratitude. Hierosolymis petebant à Christo miraculum, quasi nullum usque ad id tempus vidissent: *Magister volumus à te signum videre.* Et suo habito concilio fatebantur plurima: *Iste homo multa signa facit.* Hoc posterius fuit timor invidiæ, prius fuit effectus mendacii: sed quia erat populus ingratus, se exhibuit in utroque falsum: in priori, quia non postulabat miraculum ad Christum cognoscendum, sed occidendum: in posteriori, quia iudicabat commodum esse consiliariorum occidere Christum ob id quòd miracula edebat. *Expedit vobis, ut unus moriatur homo.*

66. Ulteriùs inquirò cur olim deseruit populus Deum fatigatus sperandi Moysen trahentem moras quadraginta diebus, & nondum est fatigatus sperandi Messiam quadraginta sæculis? Defectus credendi utriusque disparis eventus causa est: desperavit in solitudine, quia non credidit Moyli, sperat adhuc infatigabilis Messiam, quia non credit Deo. Est illius spes interminabilis, quia nulla ducitur certa fide, qua terminetur. Ex hoc multum offendit divinam liberalitatem, & veracitatem, quæ multis abhinc sæculis Messiam contulit promissum: quasi longa hæc & vana spes falleret collatum jandiu beneficium. Discipulos, qui ibant Emaus desperati: *Nos autem sperabamus* objurgavit Christus quasi destitutos fide: *tardi corde ad credendum.* Ibant desperati, & vocantur à Christo infideles: cum enim nescirent credere, non poterant in sperando scopum attingere. Errarunt quidem discipuli illi ex eo quòd fuerint tardi ad credendum, sed magis errant hodie Judæi tardi in sperando, ex eo quòd tandiu sperent.

Exod. 32.

Ingratitudo semper falsa.

Matth. 11.

Joan. 11.

Joan. 11.

Spes populi Hebræi, vana & falsa.

Infidelitas Hebræorum ex vana spe.

Fidei defectus parit desperationem.

Luc. 24.

67. Compertum satis est influxus qui veniunt à longinquo, non esse admodum utiles subditis, qui Principis ipsius præsentia valde indigent. Brevis illa mora, qua Christus in horto secessit à discipulis, satis fuit, ut illi se somno immergerent: *Invenit eos dormientes.* Absente Principe somnus in subditis capit vires, debilitato amore. Planeta, qui telluri plus dominatur, est luna, utpote sole ipso nobis propinquior. Quanvis sol luminum perhibeatur monarcha, tamen longissimo intervallo à terra distat, utque assideat omnibus, gyro perpetuo veritur ab uno ad alium tropicum, & quando ipse abest, incubante ac persistente nocte, patrant homines sceleriora scelera, ipsæque beluæ sævissimè prædantur. Lux, & non sol mundi vocatur Christus. *Ego sum lux mundi.* Quia sol deficit in occasu, lux semper manet. Sit Princeps sol beneficentia illuminandi, dummodo sit etiam lux permanentia assistendi.

Absentia Principis nocet.

Matth. 26.

Psalm. 103.

68. Cæterùm absentia Moysis, qui erat cum Deo in monte pro ipsorum Hebræorum emolumento, non peperit rebellionem illam. Defecit populus ex ingratitude, quia noluit subesse tali Deo, & tali Principi, quibus impensè obstrictus debitor erat: recusavit subjectionem, ut negaret debitum. Verùm, si debita libertatis, & miracula, quibus parta fuerat, tam erant perspicua, & in conspectu omnium, quomodo populus voluit ea denegando tegere? Quia pessima ingratorum conditio hæc est, habere beneficia in conspectu, eaque delere in memoria. *Quis ostendit nobis bona!* Interrogavit populus: & juxta Prophetam Deus eum bonis terrenis locupletaverat: *A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt?* Quid? habent bona præ manibus & inquirunt illorum authorem? Ad conspectum beneficiorum obliviscuntur benefactorem? Quòd præterita beneficia è memoria exciderint, temporis diuturnitas poterit excusare: at oblivisci præsentia! Ingrati nunquam sunt memores beneficiorum: scribunt favores in aqua, fluit aqua, & evanescit scriptura.

Rebellio ex ingratitude.

Oblivio ingratorum.

Psalm. 4.

69. Postulavit ab Aarone populus, ut faceret sibi Deos, qui per solitudinem ductores essent: *Fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Infana rebellio: Deum ejicere, & postulare ab homine Deos ipsius hominis manu, & ad ipsius libitum factos! Quàm pauci habent Deos, & quanto suo impendio, si homo Deos faceret. Ingratitudo fecit

Ingratitudo appetit Deum esse facturam hominis.

Exod. 32.

Exod. 5.

fecit hominem authorem peccati, & rebellio populi voluit hominem facere authorem Dei, cum Deus sit per se, & ex se *Ego sum qui sum* hominis, & rerum omnium creator.

Hebræus
populus au-
daciore.
Gen. 3.

Major fuit cum Aarone audacia populi, quàm dæmonis cum Eva: nam dæmon persuasit primis parentibus se posse Deo similes evadere: *Eritis sicut Dii*. Et populus voluit persuadere Aaroni, se posse Deos facere: *Fac nobis Deos*. Et quidem longè graviores populus Deo intulit injuriam persuadendo superioritatem, quàm dæmon persuadendo similitudinem. Voluit populus multiplicare divinitatem: *Fac nobis Deos*: dæmon persuasit Evæ posse illam imitari: *Eritis sicut Dii*. Et Deus plus offenditur à multiplicante suam divinitatem, quàm ab affectante suam scientiam. Dæmon ausus fuit contra divinam scientiam, populus contra ipsam divinitatem: Dæmon fefellit Evam, sed non negavit Deum: populus decepit Aaronem, & negavit Deum. Rejecit populus Deum, & expetivit Deos manu factos, ut è manu facillè dimitteret, si ex votis non evenirent, vel ad libitum non gubernarent. Hæc fuit motrix ratio, ob quàm Hebræi Hierosolymitani legationem expedierunt ad Baptistam, offerentes ipsi Messias dignitatem, quæ ad solum Jesum Christum pertinebat: *Ut interrogarent eum, tu quis es*. Nolebant Messiam Dominum Jesum, & volebant Baptistam, quia Dominus Jesus erat Messias ipsa natura, Baptista faciendus erat per electionem: & ideo intendebant facere ad libitum, quasi suo libito obsequuturum, & relinquentes verum Messiam in frequenti populo miracula patrantem, quærebant in deserta solitudine illum per quem nullum miraculum patratum acceperant: cæca obstinatio populi rebellis nullum reputare legitimum Messiam, nisi illum, quem sibi perversa voluntas designasset.

Messias ad
libitum
populi.

Joan. 1.

70. Hæc gesserat cum Deo populus: & quid Aaron cum populo? Exegit à populo omnes fœminarum inaures, ut ex eis formaret illis deos pro eorum libito. Quid? non exprobrat illis fœdissimum scelus, & postulat inaures? Ita: quia supplicium maximum populo fuit auferri ab illo aurum, quod populo semper fuerat inter idola præcipuum, cui proinde æterna damnatio addicta est. Deum in manu sinistra habere aurum & divitias, Rex sapiens dixerat: *In sinistra illius divitia*. Cur potius in sinistra, quàm in dexte-

Divitia
damnan-
tur, quod
damnant.
Exod. 32.

Prov. 3.

dextera? Quia ad sinistram erunt damnati in suprema die, accepturi ab ea parte maledictionem, in æternum suorum scelerum supplicium: *Oves quidem statuet à dextris, hædos autem à sinistris*. Ad locum igitur damnationis rejicit Deus aurum. Ex eo quòd Judas suum magistrum ac Dominum venditurus esset, triginta maledictiones illi imprecatur David. Cur solum triginta, cum videatur tantum flagitium nullo maledictionum numero æquandum? Quia triginta denarios pro Christi venditione à Pharisæis acceperat: ideo maledictionum numerus denariorum numero respondet. Hoc igitur documento voluit Aaron manifestare Hebræis, ex idololatria, & auro adorato maledictiones esse populo eventuras.

Aurum in-
ter idola
præcipuum
Matth. 25.
Psal. 108.

71. Formavit Aaron ex in auribus vitulum, quem ut populus aspexit, proclamarunt Hebræi, adesse ibi Deos illos, qui populum ab Ægyptiaca servitute eripuerant: *Hi sunt dii tui, qui te eduxerunt de terra Ægypti*. Quid? unus est vitulus, & vocantur multi dii? *Hi sunt dii*. Ita: quia est idolum aureum: & adorare aurum, seu divitias, est recipere omnia idola, quæ humana cæcitas excogitavit. Divitiarum amorem intemperatum nuncupavit Apostolus idololatriam: *Avaritia, quæ est idolorum servitus*. Nam idololatria, quæ veneratur divitias, omnium superstitionum, & universæ idololatriæ seminarium est. Adscripsit populus adeptam libertatem idolo aureo: *Qui te eduxerunt de terra Ægypti: & quidem ægrè poterat aurum liberare eos, quos in captivitate semper detinet: verum cum esset populus ingratus, infidelis fuit, oblitus suum assertorem*.

Exod. 32.

Idolum
multiplex
est aurum.

Ad Coll. 3.

Avaritia
ingens ser-
vitus.

Prodigioso convivio excepit Christus turbas in deserto, & post editum miraculum dixit se illud patravisse, ut in ipsum crederent: *Hoc est opus, ut credatis*. Cui populus respondit, interrogans de tali miraculo, quasi se ipsos latente. *Quod tu signum facis ut videamus, & credamus*. Quid? heri patravit Christus miraculum, panibus prodigiosè multiplicatis in omnium conspectu: *Cum vidissent quòd Jesus faceret signum: & hodie affirmant se nullum vidisse miraculum? ita: hæc est enim pessima ingratorum conditio: ut obliviscantur beneficia, ad negandum benefactorem*. Ignoravit populus hac opportunitate Deum suæ libertatis authorem, idque attribuit suis idolis: quia cum foret ingratus, factum est ingrati-

Ingratus
oblitus.

Joan. 6.

Joan. 6.

dinis & infidelitatis consortium, ut negaret Deum, & adoraret vitulum.

Exod. 32. 72. Adoratum vitulum, & acclamatum liberatorem excepit populus sacrificiis & conviviis. Usque ad illud tempus murmurabat populus, & vehementer querebatur se per Moysen fame sitique enectum, modò cum suo vitulo lautissimum celebrat splendide convivium: quia cum ingratitude, & infidelitas sociarentur, gula etiam ingluviesque idololatriæ conjuncta est, quæ duæ culpæ sunt individuae comites, altera sacrilegium mentis, altera opprobrium carnis. Ex sacrificiis profecta sunt convivia, & ludi, in quibus populus depravatus est: *Caperunt ludere.* Habent vitia inter se connexionem, & incedunt quasi concatenata, ita ut habens unum fordescat reliquis. *Venite* (ajebat Samaritana) videte hominem, qui narravit mihi omnia mea peccata: *Qui dixit mihi omnia quaecunque feci.* Et Christus illi solum concubinatum aperuit: nam vitia alia ex aliis nascuntur, & uno infectus contaminatur omnibus, præsertim si ingratitude flagitiorum omnium sentina, ac teterrimo parente contabescat. Ad manum in acclamatione vituli hoc assumptum firmare possumus optimo documento. Nam Israëlité vitulum illum non appellarunt Deum, sed Deos: *Hi sunt dii tui.* Si unus est, cur vocant plures? Quia ad plura idola se prosternit, qui unum adorat: unum enim est gradus ad plura. Qui scelere uni pandit fores, sceleribus omnibus relinquit patentes. Deliquit Adamus in paradiso, quem cum ejecisset Deus, collocavit ad ostium cherubinum pro custode, ut impediret Adamum conantem ingredi. Quid? ad paradysum, ubi delinquens Adamus periit, regredi conabitur? Ita, quia homo semel peccans solet alia atque alia accumulare peccata, quærens frequenter eandem occasionem peccandi. Ex ingrato factus est populus murmurator, rebellis, infidelis: nam de uno vitio fit transitus ad alia: & ingratitude simul ac infidelitas sunt vitiorum omnium parentes.

Gula cum idololatriæ.

Vitia inter se catenata.

Joan. 4.

Occasio peccati quaritur.

§. SECUNDUS.

Moyses prudentia cum ingratis ad documentum ministrorum.

Rebellione indignatur. 73. Rebellione populi Deus exarsit plurimum, dixitque Moyse deli-

deliquisse populum illum, quem in libertatem asseruerat à servitute Ægyptiaca, se proinde deleturum omnino esse talem populum, facturumque Moysen Principem gentis melioris: *Peccavit populus tuus.* Quid? Deus summè mansuetus, mitis, ac temperatus sic excandescit? Ita: nam tolerare omnia remissio, vel debilitas est, & quando deficit justitia, misericordia reputatur crudelis. Verùm si Deus tanto populi facinore exacerbatus justissimè intentat minas, cur Moyses adversatur illius dictis & iracundiæ? *Cur homine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna, & manu robusta?* quia fidelis ac probus minister debet, quantum in se fuerit, Principis indignationem sedare, ne executioni mandetur, si sit furor immodicus, vel si sit justa indignatio, & justitia, ne videatur furor injustus.

74. Divinæ indignationi se opposuit Moyses, & flagitavit suppliciter veniam pro illo populo, revocans in Dei memoriam beneficia, quæ contulerat. *Quem eduxisti de terra Ægypti.* Et videtur postulasse nimium, & allegasse perperam. Nam postulavit pro ingratis, quibus omnis favor indebitus est, & allegavit beneficia à Deo collata, quæ culpam rebellionis augebant. Judico tamen rectè petiisse, & disertè allegasse. Petiit rectè flagitando plurimum, quia divinæ largitati consonum valde est impendere omnia. Postulavit olim Moyses à Deo, ut sibi faciem suam detegeret, quando illum familiariter alloquebatur, tanquam amicus amicum; *Ostende mihi faciem suam.* Annuit petenti liberalis Deus pollicitus manifestationem totius boni; *Ostendam tibi omne bonum.* Quid? Moyses petit visionem solius vultus, & Deus se totum videndum promittit? Voluit Deus corrigere Moysis petitionem; Moyses enim petebat partem, & Deus se totum impendit; Deus in nostrum emolumentum non solet dimidiare beneficia communicando sui partem, sed nobis se totum, & integrum communicat.

Subtili animadversione dignus est sermo, quo olim suos discipulos Christus servator monuit, expediens non esse, ut quis lucem sub modio absconderet: *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio.* Quid? sermo de luce tam obscurus? Non ita: satis lucidus est oculis perspicacibus. Lux sub modio est lux mensurata, & per partes impertienda: si homines in suis conventionibus solent

Exod. 32. Princeps à ministris placandus quando irascitur.

Petitio qualiter à Deo facienda. Exod. 32.

Liberalitas Dei.

Exod. 33.

Beneficia sine mensura conferenda.

observare numerum, pondus, & mensuram: Deus sua beneficia non metitur, imò damnat metientes: est Deus lux, quæ tanquam immensa sine ulla mensura ac limitatione effunditur: hoc igitur documento instructus Moyses rectè petiit flagitando plurimum.

Beneficentia summi conditoris.

Conservatio & non destructio à Deo.

Job. 10.

75. Similiter allegavit disertus collata populo beneficia, ne illum Deus everteret: nam Deus veluti oppigneratus ex fabricatione hominis, hominem peccantem non destruxit, sed redimens suo profuso sanguine reparavit. Est enim summi opificis ingenua conditio reparare, & non destruere, quem fabricavit. Apud Deum querebatur Jobus se illius manuum facturam subito quasi destitutum perire. *Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me, & sic repente præcipitas me? Cur invicta Jobi patientia queritur Deum? Nonne poterat Deus quem suis manibus struxerat, suis etiam manibus destruere? Non solet Deus fabricare ad destruendum, sed ad conservandum. Luto, seu creta servator oculos cæci hominis curavit: *Linitit lutum, & posuit.* Cur potiùs luto, quàm materia alia? In Adamo & Eva summi artificis structuris potiores partes fuere oculi: hos invasit, & fregit everfor Diabolus. *Vidit quod esset pulchrum ad vescendum.* Hac de causa sanavit Christus cæcum luto: nam cæcus tali defectu referebat Adamum, quem Diabolus obcæcaverat: igitur destructa erat structura Dei in parte nobiliori, scilicet fractis oculis: hinc servator Christus instar figuli reparantis vas fractum, opus suum luteum, sanatis luto oculis, reparat. Ea namque fertur Dei conditio, proprium opus conservare, sicut è contra hominis conditio est proprium opus destruere. Joabum*

Jonn. 9.

Gen. 3.

Opus proprium destruere hominis est.

3. Reg. 1.

3. Reg. 11.

Est. 7.

David vita spoliavit, quem suis exercitibus præfecerat. Samolon illius filius ablegavit Jeroboamum, quem constituerat supremum regalium redituum præsidem. Assuerus in patibulo suspendi iussit Aman eadem die, qua apud Regem plus gratia valuerat. Dei est opus suum conservare ac perficere, hominis frangere ac destruere. Indignationem sedando, Dei probitatem ministri Moyses ostendit: & Deus suam probitatem infinitam populum ingratum conservando.

§. TERTIUS.

Clementia Dei erga populum ingratum pro documento Principum.

76. **D**Eprecatio Moysis pro populo ita summo conditori arrisit, ut mitissimus ipse Deus sententiam, quam tulerat, extinguendi populum, revocaverit: non enim ex voluntate absoluta, sed ex conditionata provenerat, ut sic locus esset clementiæ in supplicio. Duo in hoc eventu hausit Moyses à Deo præceptore documenta, alterum nullam esse Principis magis naturalem & dignam actionem, quàm injurias sibi illatas condonare: alterum, nullum esse subditum adeo sceleratum, cui Princeps nequeat ex sua prudenti clementia ignoscere. Primum liceat firmare. Pendentem in cruce servatorem agnovit Centurio tanquam Dei filium, æternitatis Principem: *Videns quia sic clamans expirasset, ait, verè hic est filius Dei.* Christi servatoris divinitatem, Principis supremi excellentiam non deprehendit videns collisos inter se, confractosque lapides, & solem ipsum intempestiva ac diuturna merfsum caligine, sed audiens clamantem voce illa, *Pater ignosce illis.* Non tam ex conspectis prodigiis, quàm ex audita voce ignoscendi hostibus, & condonandi injurias, reputavit Deum, ac supremum rerum Dominum, quasi nil aliud plus indicet ac manifestet Principem, quàm clementia.

Clementia Deo placet, & virtus Principum est.

Matth. 27.

In prima rerum molitione summus conditor singulis rebus à se productis impertiit benedictionem: secunda tamen die, qua produxit aquas, à benedictione abstinuit. Quid vidit Deus in secunda die, ne benediceret, vel laudaret, sicut in reliquis? Vidit productum elementum aquarum, quibus universali diluvio, tanquam divinæ justitiæ instrumentis puniturus erat sceleratum orbem: cum verò tale elementum futurum esset suæ iracundiæ flagellum pro hominibus verberandis, non multum piissimis Dei clementis oculis arrisit. Tria signa dedit Deus Moyse potestatis, quam demandaverat ei constituto legato. Primum fuit mutua conversio virgæ in serpentem, & serpentis in virgam. Secundum inferere manum in sinum, eamque abstrahere leprosam; & iterum inferendo purifica-

Severitas non tam digna Principe quàm clementia.
Gen. 1.

tam:

Exod. 4. tam retrahere. Tertium, quòd percuteret virga aquas, easque vertisset in sanguinem. Scimus priora duo signa expertum fuisse Moysen, & suspendisse prolusorium tertii experimentum. Si tria signa data sunt ad satisfactionem Moysis, cur experitur duo tantum, omisso tertio? quia tertium erat signum prænuntium supplicii, quo Pharaon erat plectendus, duo alia solum spectabant ad ostensionem gloriæ Dei: fit igitur experimentum in his duobus, & omititur tertium, utpote spectans ad supplicium, quia oculi clementis Principis ægrè ferunt etiam prolusionem ad supplicia.

Venia delictorum in Principe.

Omnipotentia ex clementia apparet.

Sap. 11.

Ad Heb. 4.

Peccata contra religionem non sunt dissimulanda.

Iracundia Principis durante supplicium non est exequendum.

77. Quod attinet ad secundum, Regia indoles, & conditio postulat injuriarum, & delictorum condonationem, ita ut nullum sit tam immane & atrox flagitium, quod Principis clementiam exuperet. Nam clementem esse, ita pendet & egreditur à voluntate, ut eam reddat vivam omnipotentia similitudinem. Quod poterat committere populus majus scelus, quàm esse ingratum, & infidelem, post murmurationem & rebellionem? Hæc omnia condonat Deus, ut doceat Moysen, nullam posse excogitari culpam, quæ excedat Principis clementiam: ita ut quò magis parcat, eò se potentio rem manifestet. Ignoscit Deus (inquit Salomon) non tam quia misericors, quàm quia omnipotens est: *Misereris omnium, quia omnia potes.* Venia delictorum, quam Reges subditis indulgent, eos declarat non tam mites, quàm potentes. *Adeamus* (inquit Apostolus) *cum fiducia ad thronum gratiæ.* Cur vocat thronum gratiæ, & non potius majestatis & gloriæ, quæ duo posteriores excellentiæ videntur throno peculiariùs competere? Quia Deus tunc se magis exhibet magnificum & gloriosum, quando mitis ac clemens majores delinquentibus dispertitur gratias. Ideo Deus tam largiter populo indulget, ut Moysi ac reliquis Principibus largam misericordiam, & clementiam suaderet.

78. Verùm cur indignatur Deus contra populum, si revocaturus est sententiam, & supplicium? Quia ipsa indignatione docuit Moysen culpas contra religionem non esse dissimulandas: sensum de illis pietatem, indignationem zelum esse: in revocatione docuit, statutum supplicium non esse mandandum executioni, quando iracundia non deferuit: iracundia enim efferuescens non audit rationem, & damnat frequenter innocentiam. Ira correptus est

est Saul contra Pontificem Achimelec, eo quòd Davidi opem tulerit: ex quo ratio & innocentia subiit pœnam. Nam iratum iudicium damnat omnia. Theodosius Imperator legem tulit, ne mandarentur executioni sententiæ, nisi diebus triginta elapsis: suo enim malo expertus est turbatam aquam nullo alio plus clarescere, quàm interposito tempore. Resipiscentiæ plurimæ, & dolores diuturni non potuerunt reparare quod præceptis ira momento uno labefactavit. *Quandiu vixit David non punivit Semey, & morti propinquus commendavit filio illius punctionem.* Cur distulit supplicium ad mortis tempus, quod veniæ potius, quàm vindictæ aptius est? Intellexit supplicium illud justum ac necessarium esse, & ideo voluit per filium infligi, ne videretur ab offenso & irato Rege descendere, & sic ab ira potius, quàm ratione emanare. Nam punire ex subita iracundia magis sapit vindictam, quàm supplicium. Sic se gessit David cum Semey & Deus erga populum in adoratione vituli sic se gessit, ut revocavit sententiam destructionis, quam pronuntiaverat, nam divinæ conditionis est sceleris pœnam præmittere, & ingrato parcere.

CAPUT VII.

Zelus & prudentia Moysis in puniendo populi idololatriam.

§. PRIMUS.

Princeps rectus non dissimulat culpas ingrati tudinis in fide.

79. **R**evocata sententia, Moyses afferens legis tabulas descendit de monte, & cum unà cum Josue iter dirigeret ad castra, visum est Josue se audire clamorem bellicum, quod cum significaret Moysi, hic respondit sonum illum non esse alium, quàm musicum concentum. Magnum discrimen inter utriusque auditum: at si ritè perpendatur, uterque sonum eundem hausit, & sano suo modo interpretatus est. Nam mundi hujus illecebras ac voluptates frequenter multiplex dolor, & repetitus mæror con-

Exod. 32. Voluptas hujus mundi dolor & bellum est.

sequuntur. Voluptates instar concentus musici oblectant sensum, & instar luctuosi belli expugnant animas. Voluptas enim quam capimus, est bellum exitiale, quod nobis inferimus.

Gen. 21. In S. pagina dicitur Saram vidisse Isaacum cum Ismaële ludentem, seu gaudentem: & Apostolus ait quòd Ismael insectabatur Isaacum. *Ad Gal. 4.* Utrunque rectè consonat: nam lusus, & voluptates mundi, sunt insectationes spiritus. Somniabat architeclinus Pharaonis se capitis sui vertice portare omnes terræ delicias, & oblectamenta: & somnium hoc interpretatus Joseph, mortem illi prædixit: *Auferet Pharaon caput tuum.* Somnium ostendit voluptates, & Joseph dicit imminere mortem? Ita: nam mundi deliciæ in somniis apparent voluptates, & in rei veritate sunt mortes, & infortunia, quæ vitam auferunt.

Verùm ubi primùm Moyfes devenit ad castra, viditque populum lascivientem, ac in improba vituli solemnitate detentum, fregit legis tabulas, combussit idolum, objurgavit Aaronem, præcepitque Levitis, ut arreptis districtisque gladiis quencunque in castris obvium absque ullo ætatis, sexusve discrimine jugularent: mandata executioni cædes est, cecideruntque viginti & tria millia Hebræorum. *Excideruntque in illa die quasi viginti & tria millia hominum.*

80. Hoc tamen supplicium menti ingerit difficultatem: nam si Moyfes impetraverat à Deo culpæ veniam, quomodò pœna afficit condonatos? Dicam imprimis, verum quidem est quòd Deus retractaverat sententiam extinguendi omninò populum, non tamen reliquit culpam impunitam: unde si Moyfes in monte egit oratorem, ut suos ab indignatione divina extinguendos eriperet, in castris egit Principem, ut illatas Deo injurias ulcisceretur: nam in culpis religionis inerus supplicii executor Princeps est. *Dei enim minister est vindex in ira ei, qui malum agit.*

Religionis culpa puniende à principe.
Ad Rom. 3. Præterea ob ingratitude mansit populus omni venia indignus. Qui enim non gratificatur, ipso beneficio crescit ac firmatur in ingratitude: & quidem punire ingratos semper actio justissima est. Debitum universum remisit Dominus ille famulo suo, quando illud severè exegit: *Misertus est Dominus servi illius, dimisit eum, & debitum dimisit illi.* Et quidem rectè cum severitate exegit,

egit, videns ingratum ex crudelitate, qua socium conservum suum vexavit: nam parcere ingratis est conflare invidiam clementiæ, eamque odiosam reddere: summa autem ingratitude est infidelitas, qua denegamus honorem supremo conditori, à quo vitam hausimus, & quidquid sumus ac possidemus.

Fateor Moyfen justissima punitione affecisse populum, eo quòd adorasset vitulum: sed, cur affecit incensus ira: *Iratus est Moyfes.* præsertim à Deo jam edoctus sedata & deposita indignatione punitionem exercendam? Neque ira, neque indignatio, sed zelus sanctus est qui à ratione proficiscitur: in execrandis injuriis Deo illatis omnis ira & indignatio justa, laudabilisque censetur. Jobus æquè meruit indignabundus, atque patiens: tulit patienter injurias sibi ab amicis illatas: sed non dissimulavit blasphemias uxoris, in quam ira succensus vehementer excanduit: *Quasi una de stultis mulieribus locuta es.* Peccata enim contra religionem nec licet tegere, nec oblivisci: nam Deum offendunt in honore, qui magis illi cordi est. Peccata adulteræ scripsit Christus in pulvere: *Digito scribebat in terra:* & Angelus peccata Balthazaris exaravit in pariete: *Apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis in superficie parietis.* Quæ nam tanti discriminis ratio in utraque scriptura? Peccatum adulteræ mulieris violavit justitiam, & temperantiam, peccatum Balthazaris religionem: illud fuit commissum ex fragilitate, hoc ex contemptu: ideo illud scribitur in pulvere, ut statim ad primos spirantis auræ flatus evanescat, hoc in lapideo pariete, ut semper permanens oculis ac memoriæ obversetur. Moyfes punivit incensus ira, sed punivit ingratos, quorum supplicium etiam ex indignatione justissimum est.

81. Duo prudenter observavit Moyfes in infligendo supplicio, ob quæ Deus appellavit illum Deum: *Constituo te Deum Pharaonis:* nam clementia rigorem moderatus, & rigore clementiam temperans pauciores ad exemplum multorum punivit. Pendens in cruce inter duos sceleratos latrones Christus alterum venia donavit, alterum æterno supplicio affecit. Clementia rigore temperata justitia est, rigor immodicus, tyrannis. Donandum est multum humanæ fragilitati, multum agnitioni sceleris, donanda omnia respicientiæ: ingratis tamen nihil de supplicio remittendum: nam

Indignatio & ira quandoque sancta. Exod. 32.

Job. 2.

Peccata contra religionem non dissimulanda. Joan. 8. Dan. 5.

Severitas est temperanda lenitate. Exod. 7. Exod. 32. Luc. 23.

ingrati venia fiunt peiores, ideoque illorum integra & omnimoda punitio, iustissima actio est. Exemplo nobis prævit magnus ille paterfamilias: bis misit famulos suos, qui in utroque eventu interfecti sunt: & quia in primo non punivit ingratos: in secundo opus fuit agere de vindicta, & certè pervenit ad extremum supplicium: *Perdidit homicidas illos.* Nam pro beneficio reponere injuriam, culpa est quæ gravius vulnerat, & omni supplicio digna.

Matth. 22.

Populus incompotitus sine lege. Exod. 32.

Princeps dissimulans culpam, est illarum particeps.

Matth. 19.

Ingratorum & superborum lapsus. Exod. 32. Matth. 26. Num. 2. Matth. 26.

Peccatum in homine veluti naturale. 2. ad Cor. 5.

82. Fregit Moyses tabulas legis: Quia æquum non erat, ut divina præcepta innotescerent inter adorationes falsas cujusdam vituli: gens enim rebellis non servat legem. Incompositus lasciviebat, & bacchabatur populus, in tumultu autem, seu populari licentia nulla lex est, neque tam sancta, neque tam religiosa, quæ non violetur. Æquissimè Moyses abjurgavit Aaronem, eo quod populo nequiter postulanti detulerit: cum enim esset obligatus punire culpam, ut Pontifex, dissimulavit ut particeps: *Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum.* Imputavit illi scelus, quod tanquam Princeps non coërcuit: qui enim ex munere obligatus est punire, & dissimulat, approbare censetur. Remissio in Principe est subditis pro libertate & licentia ad culpas: item permissio habetur pro lege. Permisit Moyses repudium Hebræis pro ipsorum duritia, & ipsi permissionem acceperunt ut præceptum, & sic reputabant: *Moses mandavit dare libellum repudii.* Maturo consilio deliberet Princeps ad permittendum & dissimulandum: nam dissimulatis erroribus approbationem, peccatis auctoritatem videtur impendere.

83. Liceat mihi hoc loco expendere culpas Aaronis, & Petri, utriusque Pontificis, & electi à Deo: nempe cur permisit Deus suos illos electos incidisse in grave crimen, cum electionis suæ dedecore? Fuit justa & æqua talis permissio: quia uterque fuit ingratus, & elatus. Aaron quando detraxit Moysi. Petrus quando negavit suum Magistrum, postquam inaniter extulerat suam fidelitatem. Et Deus ut tumores & elationes deprimeret, permisit scelera, suo ipse adventu in orbem factus humilis: Nullus mortalium potest scitè arbitrari se immunem esse à crimine: nam eo ipso quod homo est, culpis manet obnoxius. De Christo protulit Apostolus, *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Cum vellet

testari

testari Christum esse hominem, declaravit hominem per peccatum: sic testatus veritatem hominis, ex peccatoris similitudine.

Aaron & Petrus ex quadam elatione se ipsos commendarunt, & Pharisæi suadebant Pilato, ne in titulo crucis scriberet, *Rex Judæorum*: sed quia ipse dixit *Rex sum Judæorum*. Existimantes sufficere ut crederetur Christum non esse Regem, si scriberetur illum dixisse se esse. *Laudet te alienus, & non os tuum.* Monuit Salomon. Imò veritas ipsa Christus protulit de seipso, testimonium proprium esse suspectum, & solum verum quod profert alius in ordine ad gloriam Dei. *Si testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum: alius est qui testimonium perhibet de me, & gloriam Dei quaerit.* Qui igitur tantum sibi arrogat, ut sui commendator existat, Deo permittente, culpam subeat, ut se fragilem esse verè agnoscat.

84. Combussit Moyses idolum, & redactum in cineres aquæ injectos, populo ebibendum propinavit, ad sempiternam memoriam ingratitude infidelis: nam ingratitude infidelis solo punitur igne in favillas ac cineres redigente. Apparuit Deus Jeremiæ, à quo rogavit, quid in hujusmodi apparitione conspiceret: *Quid hic vides?* Respondet Propheta: *Virgam vigilantem ego video.* Et quasi non contentus Deus hoc responso, instat repetita eadem interrogatione: tunc quærenti reddidit Jeremias: *Ollam succensam ego video.* Cur Deo non plenè satisfaciente primo responso, placuit secundum? Quia volebat Deus significare, quo supplicio ingrata perfidia Hebræorum coërcenda est: illa enim tanquam obstinata punitur aptius ignis flammis, quàm virgæ ictibus. Virga enim apta est ad puniendum illum, de quo concipitur spes correctionis, ignis supplicium magis opportunum obstinatis in infidelis ingratitude, utpote severius refrænans & quandoque extinguens vitium, quod Deum plus offendit, & plus hominem dehonestat.

§. SECUNDUS.

Supplicio & amore sui populi ostendit se Moyses Dei ministrum.

85. Supplicio jam executioni mandato, postulavit Moyses à Deo veniam suo populo, ea vi & conatu, ut erumperet in hæc

H 3,

verba:

Laus in ore proprio nulla manet. Joan. 19.

Prov. 17.

Joan. 5.

Infidelitas igne punienda.

Fer. 1.

Exod. 32. verba: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut si hoc non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti.* Admirabilis postulatio, & deliberatio Moysis, ut è duobus alterum optet, & velit obtinere, vel populi veniam, vel propriam damnationem! nam abolitio nominis de libro vitæ, adjunctam habet mortem æternam. Humano iudicio expositulatio huiusmodi videbitur licentiosa, & damnabilis libertas: divino tamen fuit observantia erga Deum, & amor erga populum. Fuit observantia erga Deum, quia cum scelus populi violaret religionem, Principis muneri deesset Moyses, si non puniret omnes delinquentes: cum verò potior pars maneret impunita, exigebat divinam condonationem: nam solus Deus offensam, ac violationem religionis potest condonare. Gloriam crucis dicebat Christus se alteri non impensurum: *Gloriam meam alteri non dabo.* Cur tam parcus gloriæ crucis, qui tam effusè impendit cœlestem? Quia in cruce condonavit omnium maximum sacrilegium: *Pater ignosce illis.* Sic autem ignoscere tam peculiaris Dei gloria est, ut sola, & tota ad Deum pertineat.

Observantia erga Deum est punire culpas contra religionem.

Gloria tota Dei solius est ignoscere.
Matth. 27.

Amor subditorum in Principe.

86. Exhibuit se Moyses in petitione amantem populi: quia noluit apparere gloriosus, subditis ignominiose damnatis. Deus pro salute hominum, non solum factus est homo, sed pro illis in cruce dolores, opprobria, & mortem passus est. Cum verò Moyses ex divino convictu, & consuetudine haulisset à Deo omnem charitatis excellentiam, petiit, ut vel populo cum venia æternam vitam conferret, vel se precatorem æterna vita privaret. *Dele me de libro tuo.* Fuit charitas excellentissima, quia volebat carere summo bono, quando non vidisset suos subditos à summo condemnationis malo exemptos. Et eò magis effulsit charitas, quò erga populum magis ingratum, & rebellem: nam si punire ingratos iustissima actio est, tamen conservare subditos, prudentissima censeatur in Principe, qui piè æmulatur Deum in præcipuo amore, & beneficio, quo se gessit erga homines.

Prudentia in infligendo supplicio.

87. Inquirendum tamen est, quam ex duabus actionibus Moyses egit majorem Dei ministrum, in puniendo, an in precando? Maximam exhibuit Moyses clementiam in infligendo supplicio: exercuit enim clementiam sine detrimento iustitiæ: esse autem iustum in clementia, & clementem in iustitia, est ad vivum Deum expri-

exprimere. Nulla actio postulat maturius iudicium, & ingenium perspicacius quàm supplicium: nam misericordia iustitia naturalis est, supplicium iustitia inventa, & cum hoc inventum humanum sit, necesse est excedere hominem, pro rigore temperando. Constituit Deus Moysen Principem sui populi, & sic ad principatum evehctum ex innata mansuetudine & prudentia, voluit ad puniendos subditos instituire duplici documento. Primum fuit, quando Moyse injunxit, ut virgam projiceret in terram, quæ projecta versa est in serpentem, & hic manu arreptus cum esset, in propriam naturam virga rediit: *Versa est in virgam.* Cum enim serpens prudentiæ symbolum sit: *Estote prudentes sicut serpentes.* Et virga severitatis: *Vultis veniam ad vos in virga* indicavit Deus Moyse severitatem sine prudentia esse tyrannidem. Secundum documentum fuit, quando præcepit illi ut manum in sinum suum infereret: *Mitte manum tuam in sinum tuum.* Ut eam retrahens, ac leprosam conspiciens propriam miseriam agnosceret, & disceret levare alienam.

Princeps qualis in puniendo.

Exod. 4.

Severitas cum prudentia.

Matth. 10. 1. Ad Cor. 4.

Exod. 4.

Quando Principes puniunt, exploratum habere debent, se dignitate reputari Deos, natura tamen esse homines perquam similes reliquis, ut sic induant æquè majestatem, & humanitatem, tanquam humani cogitent culpas, tanquam divini mitigent pœnas, sicque omnibus subditis opitulentur. Pro erudiendis Principibus videamus qualem se gesserit Deus erga homines. Voluit prius eos redimere quàm judicasset, & quidem redemit non nisi dira & probrosa morte: *Neque enim Pater judicat quenquam.* Ut sic disceret compati tanquam Deus homo, & foret redemptor tanquam homo Deus. Moyses igitur erga suum populum imitatus est Deum, tanquam homo compassus pluribus remisit culpam, tanquam Dei minister punivit pauciores ad totius populi exemplum: punire autem ad emendam potius remedium, quàm supplicium est, & plus lenitatis continet, quàm rigoris. Voluit corrigere populum actione maximè iusta, quæ est punire ingratos: punivit paucos ad multorum correctionem.

Supplicii infligendi modus.

Joan. 5.

88. Fateor tamen Moysen in sua illa deprecatione se exhibuisse majorem Dei ministrum: quia proprio bono alienum sui populi bonum prætulit: noluit felix esse cum infelicibus & damnatis subditis. *Aut si hoc non facis dele me de libro tuo.* Testatur sacer textus

Prelatus optimus qui sibi suos præfert.

Exod. 32.

de

Ecol. 49. de Enoch nullum similem inventum in terra: *Nemo natus est in terra quasi Enoch: nam & ipse receptus est à terra.* Ideo illi S. Pagina tantum detulit, quia se privavit cœlesti gloria, quandiu expectaret in orbe usque ad novissima tempora, quibus homines tueretur ab hostilibus incurribus, quo tunc erunt magis truculenti ac formidabiles. Postquam servator Christus in Thabore gloriosus effulsi-
Luc. 9. fit, ejus mors visa est excessus Moyfi & Eliæ: *Dicebant excessum, quem completurus erat in Hierusalem.* Cum enim illum conspicerent gloriosum, instar solis fulgentis radiantem, summè arduum ac difficile reputarunt tantam gloriam deferere, ut hominibus opem ferret, & sic præferre Thaboris gloriam Calvarii doloribus, & ignominiis. Hoc gerere pro salute hominum, fuit non solum charitatis exaggeratio, sed excessus totius exaggerationis. Voluit Christus pro hominibus violentam, diramque mortem subire, & ut tantum excessum compleret, suum corpus privavit gloriosis dotibus, quas illi beata anima erat connaturaliter impensura: Moyfes ex amore sui populi quo æstuabat, voluit in æternum privari cœlesti gloria: *dele me de libro tuo.*

Amor in inferno comparatus. Cant. 8. 89. Composuit Salomon ardentissimam dilectionem morti, seu inferno: *Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus emulatio.* Videbatur amor aptius conferendus paradiso, cum amor sit quies, quæ non in inferno, sed in paradiso reperitur. Quid igitur movit Regem sapientem, ut conferret amorem maximum cum inferno? Oportet advertas summum malum inferni consistere in pœna duplici: altera vocatur pœna sensus, & est dolor, seu tormentum multiplex, quo sensus torquentur: altera dicitur pœna damni, & est carentia Dei visionis, qua damnati non fruuntur. Hanc igitur pœnam non videndi Deum, quæ in Inferno summum est supplicium, reputat ardentissimus dilector pro præmio. Qui autem summè dilexit Deum sicut Moyfes, non veretur se exponere tam dirò tormento, imò hoc reputat proprium lucrum, dummodò serviat Deo in proximorum emolumentum. Mirabilis excessus amoris, & necessarium documentum pro Principibus frigidè amanti-
 bus suos subditos. Verum Moyfes ad talem amoris excessum non pervenit, donec supplicio coercuerit rebellis populi ingratitude-
 nem: nam punire ingratos justissima actio est.

CAPUT VIII.

Populus ingratus etiam murmurat

de ipso Deo.

§. PRIMUS.

Vitia linguæ igneum postulant cauterium.

90. **P**Epercit Deus populò, & populus sua rebellione & mur-
 muratione Deo ipsi non pepercit: *Ortum est murmur populi dolentium pro labore contra Dominum.* At quodnam istud querulum murmur infanientis populi contra Deum? Queritur se à servitute Pharaonis ereptum, & ductum prodigiosis miraculis in terram promissionis. Veneniferum animal populus est, semper promptus ad scelera: quidquid approbat, malum: quidquid reprobat, bonum: quidquid cogitat, vanum: quidquid loquitur, falsum. Compescuit Deus igne murmurationem: ignis enim instrumentum valde accommodum est vitio infami puniendo: & quidem murmuratio adeo infamis est, ut etiam de virtutibus detrahat: *Accensus in eos ignis domini devoravit extremam castrorum partem.* Murmuratio est malum quo aër inficitur, ac corrumpitur, & aër corruptus solo igne purus redditur: nec vitia linguæ alio medicamine curantur, nisi igneo cauterio. Isaiam jussit Deus curari igne admoto, eo quòd laborabat vitio linguæ. *Vir pollutus labiis ego sum.* A Lazaro avarus exposcebat aquam ad refrigerium linguæ. Quid? in sola lingua sentiebat ardorem? Omnia illius membra igne torquebantur: sed quia in lingua se præbuerat Deo magis ingratum, ibi major ardebat ignis: & ingrattudines linguæ, quales populi Hebræi, vel igne curantur, vel incendio, unà cum ingratis delentur.

91. Immodicus tamen videtur rigor linguam igne compescere: vel enim remedium est nimis violentum, vel supplicium nimis infame. Existimo non esse rigorem immodicum, sed justitiam nimis æquam. Nam lingua maledica est peior homicida truculento.

Lingua
nequitia
& damna.
Ecc. 28.

Psal. 119.

Lingua per-
versitas.

Marc. 15.
Accusator
pravus.

Lingua de-
tractoris
pejor Dia-
bolo.

Maledici
vident cri-
mina acu-
tius Diabo-
lo.

Dixit Spiritus Sanctus per Salomonem, mortem, quam maledicus infert, esse pejorem Inferno: *Mors illius mors nequissima, & utilis potius quam Infernus.* Magna exaggeratio! Si Infernus locus est ad torturam scelerum omnium designatus, cur illi maledica lingua antefertur? Infernus ne violentia nocendi pravæ linguæ vitus cedit? Ita: nam infernus torquet solos malos, lingua maledica etiam bonos: Infernus cruciat igne peccatores: lingua prava verbis pessimis, tanquam carbonibus desolatoriis infamat etiam justos. Quænam damna (interrogat David) sunt, quæ infert prava lingua? *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam!* Respondet esse ictus multarum sagittarum: *Sagittæ potentis acutæ.* Satis non est, quod lingua una sagittæ unius munus obeat? Necessè est quod lingua una nocendo agat sagittas multas, & has excussas à potenti manu? Ita est, quia sagitta quantunvis validè excutiatur, non habet vim interficiendi nisi hominem unum: at lingua prava unico ictu prolati verbi plurimos vulnerat, & interficit.

92. Res adeo perversa est lingua prava, ut pejor sit Diabolo ad detrahendum, & quando detrahit, nec ipsi Deo parcat. Diabolus non potuit deprehendere, vel excogitare de quo Christum accusaret, aut criminaretur: *Venit Princeps hujus mundi, & in me non habet quidquam.* Et tamen Judæi sacerdotes scivere multa crimina excogitare, de quibus Christum ad capitale supplicium insimulabant. *Accusabant eum summi sacerdotes.* Reperiunt maledici culpam, ubi Diabolus, nec vestigium imperfectionis deprehendit. Acutiùs videt Diabolus per oculos maledicorum, quàm per proprios, ad sugillandum & criminandum innocentiam, tanto intervallo, quanto distat nullum crimen à multis criminibus. Una eademque lingua Pilatus Christum damnavit capite: & tribus linguis inscripsit titulum crucis. Cur? quia damnatio dirigebatur ad Christum tanquam ac criminofum: titulus crucis declarabat Christum innocentem, pro reparatione dedecoris: ad reparandum verò damnum quod intulit unica lingua, multiplices linguæ postulatur: tantum malum est lingua prava. ut ad infamandum satis una sit, ad reparandam infamiam vix sufficiat multiplex. Tandem lingua prava adeo tabifera pestis est, ut honori detrahens, alienamque famam,

mam denigrans ac deturpans nec ipsi Deo parcat: & hac ratione vitia linguæ igneum postulant cauterium.

§. SECUNDUS.

Detractio infame, & abjectum vitium est.

93. In proximè dicta detractio multæ se exercuerunt linguæ, cum murmuraverit universus populus: *Ortum est murmur populi.* Num. 11. Et tamen sola extrema castrorum pars combusta fuit: *Devoravit extremam castrorum partem.* Deliquerunt plures, & poenam subijere pauciores: sed ideo peccata erant multa, quia supplicia erant pauca: nam supplicio decrefcente crescunt scelera. Aliud tamen animadverto, nempe supplicium illud affecisse minores & inferiores: *Extremam castrorum partem.* Sic in mundo evenire solet: alia tamen mens & consuetudo est Dei, qui cum aliquando populus adorasset idola, injunxit Moyfi, ut omnes populi Principes suspenderet versis in solem vultibus. Cum enim scelere forent præcipui, voluit ut poenam præcipuam sustinerent, ipsorumque infamia pateret orbi manifestior: peccatum enim magnatum præter offensam & malitiam, continet aliud valde nocuum, exemplum. Punivit Deus Balthazarem, quod in usus prophanos transferret vasa sacra: *Divisum est regnum tuum, & datum est Medis.* Dan. 5. Quæro, nonne plurimi aulici unà cum Rege bibentes prophabant vasa sacra: cur, omissis omnibus, punitur solus Rex? Quia Rex præcessit exemplo, quo aulicorum, & subditorum culpam, sibi propriam ac peculiarem fecit. Sunt Principes totius populi anima, & soli animæ peccatum adscribi solet.

Cur igitur non sic evenit in murmurationis, sicut in idololatriæ supplicio, cum Principes ex eo quod sua autoritate majorem fidem faciant, sua detractioe magis noceant? Re vera sic evenit, & Principes populi, in ipsius murmuracione sustinuerunt poenam: sed quia vitium murmuracionis crimen infame est, Principibus illis nomen indidit abjectissimorum: nam ipsomet crimine infami procerum honestissimorum nobilitas extinguitur. *Devoravit extremam castrorum partem.*

*Nobilitas
ad benedi-
ctionem.
Deut. 33.*

94. Ad maledictionem suæ familiæ delegit Moyses filios Balæ & Zelphæ servos, filios autem Liæ & Rachelis ingenuos ac nobiles, ad benedictionem suæ posteritatis. Actio prior utpote vilis spectabat ad servos, actio posterior utpote nobilis, pertinebat ad liberos & illustres. Sic Deus ad pœnam murmurationis exigit gentem popularem ac vilem, qualis ex murmurationis vitio abjectissimo facta fuerat: est enim murmuratio vitium peculiare servorum & subditorum. Voluit Angelus pravus uti lingua contra Adamum, & usus fuit lingua serpentis: *Sed & serpens erat callidior.* Cur non potius lingua propria Diabolus usus fuit? Quia serpens erat subditus Adamo, & non Angelo: ut autem gravius dominum vulneret, nulla est promptior, & aptior, quam lingua servi & inferioris. Similiter Diabolus ut Jobum fauciet, in illum uxoris ejus linguam vibrat: *Dixit autem illi uxor sua.* Ut ejus pecora destrueret, Chaldæos, & cœlestem ignem imploravit: illaturus malum per linguam, nullam potuit reperire aptiorem, quàm linguam uxoris, utpote subditæ Jobo, ut ipsum gravius & nocentius feriret. Est lingua servi, & cujuscunque inferioris gladius acutissimus ad fauciandum dominum. Est murmuratio peccatum vile, & gentis abjectæ, & ingrata: siquidem ingratitude etiam de Deo. supremo rerum domino murmurat.

*Servorum
lingua con-
tra domi-
nos.
Gen. 3.*

*Lingua
que aptior
ad necan-
dum.
Job. 2.*

§. TERTIUS.

Lingua ingrata, quò obstrictior eò ad murmurandum liberior.

Num. 11.

95. Caetero igneo linguam Hebræorum Deus coërcuit, & sic medelam adhibuit: cum tamen esset lingua ingrata, nescivit medelam. Expetivit populus vilissimas escas Ægypti, & conquestus est à Deo sustentari in deserto cœlesti manna: *Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi manna.* Fastidivit cœlestem cibum captum in libertate inter divinos favores, & desideravit Ægyptiacas cepas, quas solebat edere in captivitate inter sævam Pharaonis tyrannidem: quia etiam appetentiam & voluptatem ciborum depravaverat ingratitude.

*Appetitus
deprava-
tus ex in-
gratitudi-
ne.*

Verùm si manna multiplicem reddebat saporem, pro multiplici appe-

appetitus varietate, ita ut uniuscujusque palato morem gereret: *Ad quod unusquisque volebat, convertebatur.* Cur non singulis reddebat saporem cepearum, quas appetebant? Volunt aliqui varietatem saporum solis justis, utpote cœlestium favorum dignis fuisse impensam. Hæc tamen sententia non cohæret cum sacro textu, proferente communem omnibus talem varietatem: *Ad quod unusquisque volebat.* Unde ex depravato appetitu fastidium illud promanavit. Cum enim in manna semper idem odor, color, forma, & aliæ qualitates permanerent, appetiit populus varietatem, instar delicatiorum hominum, qui non fatiantur inferendo cibos quoscunque per os, sed ulterius appetunt implere oculos, manus, nares, phantasiam, ita ut quo sapor nequit pertingere, saltem color & odor perveniat.

*Delitie in
saporibus
& odoribus.*

96. Satis nota conditio mortalium est fastidire delicias cœlestes, & appetere terrenas. Sine nausea comedebat Elias cibum, quem corvi afferbant, ut tamen vesceretur edulium, quod attulit Angelus, ita mansit deses, ac somnolentus, ut necesse fuerit bis ab Angelo excitari. Imposito præcepto compellit Deus homines, ut edant panem cœlestem, nempe sacramentum altaris: *Nisi manducaveritis, non habebitis vitam in vobis.* Omnes homines sua sponte quærunt panem, & ut accedant ad sacramentum coguntur præcepto? Ita; est enim eucharistia panis cœlestis; *Panem de cælo:* & homines rapti natura ipsa impellente ad terrena, effugiunt cœlestia, ad quæ non impulsu voluntatis, sed violentiæ accedunt, non ex desiderio, sed ex obligatione: quorum omnium ratio capitalis est ingratitude; cum enim sint ingrati, maximum bonum à summo largitore collatum declinare intendunt, ut minus obstricti videantur.

*Fastidium
cœlestium
cum appetentia terrenorum.
3. Reg. 17.
& 29.*

Jonn. 6.

97. Erat Hebræus populus ingratus æquè & cupidus; tanquam ingratus murmurabat de cœlesti edulio, ac divino dono manna, & appetebat Ægyptiacas cepas; tanquam cupidus, afferens secum innumeros greges, & armenta pecorum, desiderabat Ægypti carnes; *Quis dabit nobis ad vescendum carnes.* Quia ingratorum æquifissimum supplicium est, non frui possessis, & appetere quod deteriorius est. Frater senior prodigi fruebatur omnibus bonis paternis, & appetebat hædum; erat hoc aptum suæ ingratitude supplicium;

Exod. 12.

*Avaritiæ
& cupiditatis qualis
supplicium.*

Luc. 15.
Appetens
alieni avarus.
3. Reg. 21.
cium; habere omnia; *Omnia mea tua sunt* & nullis frui. Hoc etiam aptissime punitur avarus cupidus, dum scilicet non contentus proprio, appetit alienum. Quis potentior, & locupletior Rege Achab? Et tamen bonis propriis infatigatus desideravit aliena, vilissimoque appetitu cujusdam vineæ proculcavit innocentiam Naboth.

Luc. 9.
Appetens
alienorum.
Gen. 37.
Apparuerunt Moyses & Elias cum Christo gloriosi in Thabore, *Visi in majestate.* Cur gloria & majestate illa Christus perfudit & ornavit Moysen & Eliam, & non suos tres Apostolos? Quia voluit in Apostolis amorem seu aviditatem gloriæ accendere: & sic accensa non foret talis aviditas, si Apostoli fruenter gloria tanquam propria, illam non vidissent in aliis, & cogitassent tanquam alienam: etiam cœlestis gloria pluris fit cogitata tanquam aliena, quàm possessa tanquam propria. Somniavit Joseph se à sole, luna & stellis adorari: indignantur parentes, & dicunt: *Nunquid Rex noster eris?* Cur sic æstimant bona illa Josephi, quæ tandem bona somniata sunt? Quia sunt bona conspecta in alio, & bona aliena etiam somniata excitant cupiditatem hominum, ut ea sibi desiderent.

*Possessio rerum tem-
poralium
parvi fa-
cienda.*
Matth. 26.
Nihili faciunt homines felicitatem propriam, & faciunt plurimi alienam: quia cum felicitas hujus mundi dolosa admodum sit, illius desiderium excæcat, & possessio fraudem detegit. Ex cupiditate Judas suum vendidit magistrum, & ubi primum recepit, statim a se abjecit pecuniam: *Projecit triginta argenteos.* Antea pecuniæ aviditas eum decipiebat, postea ejusdem possessio dolum aperuit, simulque illi manifestavit quidquid antea appetebat, nihil omnino esse, proindeque possessione indignum. Similiter populo Hebræo cum possessio indicaret se frui cœlesti manna, vehementer appetiit vilissimas escas Ægypti, non tam quia vellet, quàm ut murmuraret: nam ingratus de maximo beneficio detrahit, & etiam de ipso Deo murmurat, ne se fateatur debitorem.

C A

CAPUT IX.

Fatetur Deo Moyses suos humeros ingrati esse impares populi regimini.

§. PRIMUS.

Summum onus, est regere ingratos.

99. **A**Udivit Moyses populi sui querimoniam, & hæc illi tam *Regiminis
difficultas.* injusta & infana visa est, ut omnino spem abjiceret, fore ut populo illi à tanta nequitia revocato sanam mentem injiceret: nam ingrato querulo nihil fit satis: ideoque Moyses deprehensa palam veritate certus, obfirmatoque animo Deum precatur, ut se tam duro regendi populi onere levet, vel saltem interficiat, quasi minus sentiret mori, quàm gubernare gentem ingratham: *Non pos-
sum solus sustinere hunc populum, quia gravis est mihi: sin aliter tibi
videtur, obsecro, ut interficias me, & inveniam gratiam in oculis tuis.* *Num. 11.* Digna sanè animadvertione est hujusmodi Moysis impatientia. Sustinet ille tot populi murmuraciones, & rebelliones, in proprii ipsius Moysis honoris detrimentum, & non dissimulat querelas, quas fudit populus fastidians manna? Non: quia cum vidisset *Ingratitudo quando
insanabilis.* populum appetentem vilissimas Ægypti escas, quas comederat in servitute, & respicientem cœleste edulium, quod cum libertate edebat, insanabilem credidit hujusmodi rebellionem, quasi videret populum suæ ingratitude captivum. Erat manna figura eucharistici sacramenti: & huic tanto sacramento bona terrena præferre, ingratitude talis est, quam nec sustinet vir tam lenis & mansuetus ut Moyses: longè melius mori est, quàm videre tale deliramentum. Optavit Moyses affectus dolore potius subire mortem, quàm pati ingratitude: & talis dolor fuit laudabilis: qui enim tolerat sine sensu doloris, nihil meretur: imò qui omnia tolerat, vel dissimulat, non videtur Princeps: quia ut sic Principatum vertit in servitutem. Habetur in S. Pagina per mortem Sansonis mansisse Hebræam rempublicam sine Principe à quo regeretur:

In

Jud. 17. *In diebus illis non erat Rex in Israël.* Et tamen Heli successit in principatu Sanfoni, & rempublicam annis quadraginta administravit. Meritò tamen denegatum est illi nomen Principis regentis: quia gubernavit quin puniret, omnia tolerans sine ullo sensu doloris: qui autem sic gubernat, tyrannus est potius, quàm legitimus Princeps: nec minor tyrannus est omnia crimina condonare, quàm omnia punire: omnia namque punire est tyrannis crudelium, omnia dissimulare est tyrannis remissorum: supplicium coercet malos, remissio damnat bonos.

Tyrannus est qui nihil punit, & qui omnia punit.

Regimen onus ingrati.

Num. 11.

Joa. 19.

1. Reg. 13.

Ingrati difficiles ut regantur. Isai. 22.

Consultat adhibeat Principes.

99. Postulat Moyses obnixè à Deo assessores & comites Hebræi regiminis: & miror sic postulantem, cum Deus delegerit gubernatorem unicum Moysen, ob singularem ipsius probitatem, & prudentiam: *Non possum solus sustinere hunc populum, quia gravis est mihi.* Difertè tamen efflagitavit à Deo socios regiminis: quia in uno homine dari nequeunt humeri pares oneri regiminis populi ingrati, & murmuratoris. Christus Dei filius ubi primùm in cruce regnare cœpit inter murmuratores, & ingratos, caput inclinavit: *Inclinato capite tradidit spiritum.* Saulem elegit Deus in Regem populi Hebræi, quia procerò corpore excedebat reliquos homines Israëlitas ab humerò sursum: *Altior fuit universo populo ab humero, & sursum.* In quo non obscure significavit humeros validos requiri pro sustinendo onere regendi ingratos. Polliticus Deus per Isaiam dare regnum Davidis, ejus filio, sic ait: *Dabo clavem David super humerum ejus.* Per clavem hoc loco intelligitur gubernatio juxta id quod Christus dixit Petro, quando illi gubernationem Ecclesiæ promisit: *Tibi dabo claves:* cur igitur non promittit clavem tradendam manibus, vel appendendam cingulo, sed imponendam humeris? Ut significaret imperium, quo gens ingrata, qualis populus Hebræus regendus erat, onus esse ita grande & grave, ut pro eo sustinendo, non sufficiat quæcunque fortitudo, sed ea sola quæ datur in humeris.

100. Postulavit Moyses socios assessores regiminis, ut moderaretur populum ingratum: item quia dari nequit Princeps adeo sapiens & prudens, qui se solo, sine ullis ministris & consiliariis populum suum rectè administrare possit. Darius sibi adjunctum habuit Danielelem, Pharao Josephum, David Joab, & Salomon Zabud.

Imò

Imò supremus Imperator, & rerum conditor Deus, cum sit totius sapientiæ fons & origo, utitur suis hierarchiis superioribus ad illustrandas inferiores, & his ad gubernationem hominum, & ipse cum natura unus sit, ad gubernandum trinus est. Non acceptavit Moyses regimen, nec liberatoris titulum, donec ei promissit Deus daturum Aaronem regiminis focium, & adjunctum: tunc acceptavit & paruit: antea diffidebat sibi, postea societati Aaronis ita confusus est, ut in eo majorem spem figeret, quàm in virga, sibi habens persuasum, fore ut rectius gubernaret uno Aarone sociatus, quàm virga prodigiosus.

101. Verum si Moyses precatur à Deo socios in regimine, cur in eadem oratione mortem petit? *Obsecro ut interficias me.* Quia habere socios in regimine, etiam ingratorum adeo durum est, ut morti æquiparetur. Societatem nescit, oditque imperium, nec majestas dividi patitur. Omne pretiosum esse debet rarum, & singulare. Quod regimen uni tantùm impenditur, honor est, quod pluribus, mors reputatur. Ubi primùm Eleazarum conspexit populus ornatum sacerdotalibus insignibus sui parentis Aaronis, luxit ut mortuum, sibi persuadens vita carere eum, qui in regimine pontificatus focium admiserit. Omnibus societas in periculo, amori, in imperio, odio est. Dominatio exigit unitatem. Cum separatione manus dexteræ & sinistræ postulavit uxor Zebedæi à Christo gubernationem cœlestem suis duobus filiis. *Unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo.* Cur ambobus uti fratribus, vel solam dexteram, vel solam sinistram non postulavit? Quia intellexit eos in regimine socios non posse vivere, & gaudere: secus, si regerent separati. Obtulit se in Thabore Petrus ad fabricandum tria tabernacula, unum Christo, duo Moyfi & Eliæ. *Faciamus hic tria tabernacula, tibi unum Moyfi unum, & Eliæ unum.* Cur tabernaculum unum non reciperet duos, Moysen ac Eliam? Quia visi fuerunt magnifici, & tanquam Principes: *Visi in majestate:* Majestas in throno non patitur consortium.

102. Quòd Moyses postulaverit comites ad gubernandum gentem ingratham, jam vidimus rationi consonum: quòd tamen innuat esse minus malum mori, quàm regere ingratos, videtur nimia exaggeratio. *Obsecro ut interficias me.* Scimus enim homines æquè

K

affectare

Societas in regimine mors est, & non toleratur.

Num. 11.

Num. 20.

Matth. 20.

Luc. 9.

Gubernatio morte ipsa durior.

Num. 11.

affectare regimen, atque detestari mortem. Nihilominus solida nixus ratione locutus est: Siquidem nihil gubernator reperit in ingratis præter querimonias, detractiones, prodiones, falsitates: illas Moyfes expertus est in populo, & suis fratribus, David in filiis, Christus in discipulis. Addo gubernantem homines, gubernare ingratos, & sic vitam degere æqualem multiplicatis mortibus. Fatebatur Themistocles malle se duci ad sepulturam, quàm ire ad senatum: quia in senatu, seu regimine vita cum labore transigitur, in sepultura mors cum quiete perseverat.

Cathedra
& sepulchrum re-
currunt.
Joan. 2.1.

Ubiprimum Christus suæ ecclesiæ regimen commisit Petro, statim illi prædixit mortem, quam pro Dei gloria erat subiturus: *Alius cinget te, & ducet quò tu non vis: hoc autem dicebat significans quàm morte esset clarificaturus Deum.* Quid tiara, & purpura Pontificia cum ferali amiculo, & cathedra cum sepulchro, ut Christus faciens mentionem de uno, in memoriam revocet aliud? Voluit Christus ut Petrus rectè perciperet regiminis onera, & sic intelligeret esse idem regere atque mori. Discipulos suos misit Christus

Matth. 10.

per orbem tanquam oves inter lupos: *Ecce ego mitto vos tanquam oves in medio luporum.* Et tamen non legimus excussisse ab illis metum tam difficilis aggressionis. Discipulis iisdem manifestat eos ab

Timor re-
gentis.
Matth. 10.

Æterno parente Reges esse constituendos, & prius nititur timorem ab illis depellere: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Non ab illis inter lupos ituris, sed regnaturis metum excutit: quia majus subit periculum quis inter purpuras, quàm inter feras. Non moriuntur Reges tam ægotantes, quàm regnantes. Moriebatur Saul innixus hastæ suæ: *Saul*

1. Reg. 24.

incumbebat super hastam. Nam hasta fuit loco sceptri Regibus Israël, & voluit Deus significare esse in sceptris quid lethiferum, quod occidit Reges. Causa mortis, quam Christo intulit Pilatus, fuit quia erat Rex: *Erat causa scripta: Jesus Nazareus Rex.* Sceptrum Christi, nempe crux, fuit gladius quo vita illius fuit erepta: qui enim arripit sceptrum ad regnandum, distringit gladium ad se percutiendum.

Mors in re-
gimine.
Joan. 19.

103. Probata jam hæc veritas firmetur iterum, & imprimis eodem filio Dei. Quærebant Judæi Christum, ut eum interficerent, & Dominus fit illis obvius: *Quem queritis, ego sum.* Quærebant, ut fa-

ut facerent Regem, & Dominus subterfugiens se recepit in montem: *Fugit iterum in montem.* Cur ad mortem se exhibet, & ad regnum se abscondit? Quia regnare est degere vitam mille necibus æquipollentem. Quando illi duo discipuli fratres petierunt à Christo loca præcipua in suo regno, Dominus illis obtulit calicem suæ mortis: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum.* Petunt regimen, & impetrant mortem, votis quidem, sed non petitioni dissonam: mortem enim sibi quærit, qui affectat, & procurat regnum. Sine hoc durissimo onere neque datur thronus, neque Rex: quia ne membra politici corporis pereant, caput in omne discrimen adducitur. Rex optimus ad servandum à letho subditos, non vereatur profuso sanguine occumbere. Hæc fuit in Christo Rege excellentia, quæ à Joanne magnopere commendatur; *Primogenitus mortuorum, & Princeps Regum terra lavit nos in sanguine suo.* Vocavit Regem, imò Principem Regum, quòd nos vassallos suos proprio sanguine laverat, & propria morte ab æterna morte eripuerat.

Joan. 6.

Matth. 20.

Rex pro
subditis oc-
cumbens.
Apo. 1.

104. Nec decipiantur mortales obcæcati ambitione imperii; quia hoc non tam est onus, quàm servitus. Rex Antigonus filio suo Principi suadebat, ne deceptus putaret regnum esse aliud, quàm splendidam servitutum; & quidem judicio centurionis Romani dominium erat subiectio; siquidem declarando se Principem, recognovit se subditum; *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus.* Quando Pharaon constituit Josephum Principem, & gubernatorem Ægypti, catenam auream illius collo iniecit: *Et collo torquem auream circum posuit.* Quid in tali opportunitate insigne illud collo appensum? quamvis aurea materia honorem, forma collaris ligantis, & constringentis designat subjectionem, & servitutum. Christum appellavit Isaias agnum imperatorem: *Mitte agnum dominatorem terra.* Apostolus dixit servum factum: *Formam servi accipiens.* Quod valde cohæret cum verbis ejusdem Domini: *Non veni ministrari, sed ministrare.* Quid? Dominus est, imperator est, & servus? Ita: quia nemo plus servit, quàm qui plus imperat: in idem recidit capere imperium, & subire servitutum: siquidem imperans non tam proprio, quàm alieno subditorum commodo inservire debet.

Principatus est servitus splendida.

Matth. 2.

Gen. 41.

Isai. 16.

Ad Phil. 2.

Matth. 20.

Regimen
fugien-
dum.

Gen. 9.

105. Si gubernatio est onus, & servitus, cur qui sic oneratus & serviens benè gubernat, pro gratificatione non in honore & pupillis omnium est? quia rectè imperans hominibus, servit ingratis. Post universale diluvium nemo æquè meruit mundi imperium, ac Noëmus: cum Deus Noëmum tanquam iustum elegerit pro mundi conservatione, & Noëmus ipse elegit potius aratrum, quàm sceptrum: *Cæpit Noë vir agricola exercere terram.* Quia terra illi paritura erat fructus ad sustentandam vitam, gubernatio dolores ad accelerandam mortem: qui enim regit homines, servit ingratis. Jacob plus dilexit Josephum, quàm reliquos filios, & tamen detulit sceptrum Judæ, & non Josepho, ne hujus offenderet amorem, illi injungendo durissimum onus gubernandi gentem ingratham, seu Hebræam. Si tamen regimen mors est & servitus, cur homines hæc mala ita appetunt, & ambiunt, ut pro iis obtinendis penè exanimantur? quia cum ambitio hominis fuerit causa peccati, radixque proinde scelerum omnium, mansit pro durissimo, ac perenni supplicio homines esse ambitiosos: & adeo ambitiosos: quod cum sit minus malum mori, quam gubernare ingratos, omnes ambiunt etiam ingratos gubernare.

§. SECUNDUS.

Qui detrectat regimen ipso regimine dignissimus est.

Imperio di-
gnissimus
qui illud
recusat.

Apo. 5.

Regimen
detrectan-
dum.

Exod. 7.

106. Non annuit Deus Moyfi principatum detrectanti & renuncianti, qui enim adeo animosus est, ut recuset imperium, dignissimus imperio est, & de regimine optimè meritus: dignitates insequi debent fugientes, & non offerri quærentibus: eas quærere, ambitio est, fugere, magnanimitas. Seniores qui assistebant agno, auferentes de capitibus coronas, mittebant ante thronum: & tunc dixit Joannes suas esse: *Mittebant coronas suas ante thronum.* Et meritò: quia quando à se projiciebant coronas, eas magis merebantur, faciebantque proprias. Deus non contulit dominatum super Pharaonem: *Constituo te Deum Pharaonis.* Aaroni, cum esset senior, sed Moyfi juniore fratri: quia Moyses despexerat Pharaonis domum, & dominatum: *Moses grandis factus*
nega-

negavit se esse filium filie Pharaonis. Idcirco imperium meritus est, & obtinuit, quòd despexerit. Honor enim instar est umbræ, quæ insequentem fugit, & fugientem insequitur. Antequam Jacobus moribundus benedixisset Josepho, commemoravit illi benedictionem, quam à Deo acceperat: *Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est in terra Chanaan, benedixitque mihi.* Meminit de benedictione, quam ipsi Deus impenderat, & benedictionem sibi ab Isaaco parente collatam tacet? Ita: nam benedictio, quam Deus dederat Jacobo, illum quæsit, Deo apparente & offerente: *Deus omnipotens apparuit mihi in Luza.* Benedictio, quam impendit Isaac Jacobo fuit quæsitæ & procuratæ industria & dolo ipsius Jacobi: *Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam.* Erat benedictio, majoratus quidam annexus sacerdotio, proindeque dignitas præcipua inter veteres Patriarchas: & ideo è re visum non fuit meminisse de honore qui fuerat quæsitus, sed de honore qui fuerat oblatus. Honor enim quærere debet personam, & non persona honorem.

Sauli obtulerat Samuel coronam Israël, & ille non solum se abscondit: *Ecce absconditus est domi.* Sed etiam inventus se corona indignum confessus est: *Num quid non filius Femini ego sum de minima tribu Israël?* Opportunitate alia Samuel eidem Sauli intimavit ex præscripto Dei privationem coronæ: & Saul quando se peccatorem recognoscere, & abjicere debuerat, instantè petiit à propheta, ut se honoraret, & coram regni senioribus majorem cultum deferret. *Nunc honora me coram senioribus populi mei.* Notabilis actionum disparitas! quando Samuel quærit Saulem, ut illi sceptrum & coronam porrigat, Saul fugit, absconditur, seque fatetur regno indignum: quando Samuel eundem regno privat, hoc ægrè ferens instantè honorem exigit? quando merebatur regium honorem, erat Saul temperatus; quando non merebatur, ambitiosus; ideo quando dignus subterfugit; quando indignus procurat, est perfectio humilitatis, subterfugere, est vitium ambitionis procurare; nam apud probos minima imperii, virtutis est maxima ratio; & ideo qui detrectant regimen ipso regimine, dignissimi sunt.

Ad Hebr.
II.
Honor non
quæsitus,
sed oblatus
magis fit.
Gen. 49.

Gen. 7.

Honorem
fugit qui
illo dignus
est.
I. Reg. 13.

I. Reg. 18.

§. TERTIUS.

Regimen ingratorum plus quam omnes indiget consilio.

107. Injunxit Deus Moyfi, ut eligeret septuaginta consiliarios de populo, qui essent sapientes & experti, quati tales plurimam illi opem essent laturo pro sustinendo regiminis pondere. *Congregamibi septuaginta viros, quos tu nosti, quod senes populi sint, ac magistri.* Notabilis Dei præcipientis ordinatio? Promittit Moyfi & Aaroni propriam assistentiam in regimine populi: *Et ego ero in ore tuo, & in ore illius: & ostendam vobis quid agere debeatis.* Et præcipit adhibendos consiliarios? Ad quid humanum & fallibile consilium, ubi divina sapientia affestrix erat? Ex causa duplici præcipit Deus adhiberi consiliarios. Prima. Ut frequens murmuratio populi per multos despertita, minùs læderet Moysem, & ex hac radice magis levatus maneret; nam qui de omnibus marmurat, nullum offendit: quia nemo illi fidem adhibet. Secunda. Ut ita justificaret regimen consiliariis, quod nulla esset causa murmurandi detractoribus; nam administratio quæ nititur consilio, etiam claudit os detractorum; quia omnis gubernatio (ut docet Rex sapiens) consilio optime probatur; *Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.* Christus infinita, & infallibilis sapientia adhibuit Philip-pum consiliarium in deserto, ut multitudinis esurientis cibo aliquo famem depelleret. Petrus magister ac Princeps Ecclesiæ spiritu sancto illustratus vocavit Apostolos, ut de eorum consilio, ac suffragiis in locum proditoris Judæ Apostolum aliquem sufficeret. Josue, qui; cum Deo res omnes suas gerendas communicabat expectans, & accipiens omnes directiones & ordines ad expeditionem Hay, tamen audiebat duces seniores, quos habebat ad latus. Quia etiam Deus vult suum regimen probari & justificari consilio. Prudens consilium quærit, ignorans & fatuus despicit: ille alieno fervatur consilio, hic sua perit superbia. Consilio mundum Deus fabricatus est: sic exponunt interpretes illud, *Faciamus hominem.* Ita se gessit Deus, ac si consilium caperet, ut nos hoc edoceret, gubernare cum consilio esse Deum imitari, & non errare in regimine.

Consiliarii
in regimi-
ne.

Num. 11.

Exod. 4.

Prov. 13.

Joan. 6.

Actor. 1.

Consilium
semper au-
diendum.

Gen. 1.

108. Non exhorruit David Abfalonis arma, & petiit à Deo, ut consilia Aquitophelis confunderet: *Infatua, queso Domine, consilium Achitophel.* Quia ubi abest consilium, timor omnis abesse debet: verum ubi vigent sana maturaque consilia, arma sunt potentiora. Josue miserat sub potestatem, diviseratque promissionis terram, antequam populi hæreditatem, & tamen hæc Moyfi adscribitur hæreditas: *Legem præcepit Moyses hæreditatem multitudinis.* Cum enim Moyfes fanis consiliis plurimum juvaret ad obtinendum quidquid Josue armis subegit, sacer textus judicavit hæreditatem plus deberi consiliis, quam laboribus. Non est apud Principes, & magistratus potior justificatio, ut linguas detractorum eludant, neque accommodatius medium ut in regimine errores declinent, quam nihil sine consilio statuere: nam qui cum consilio aliorum gubernat, etiam si erret, prudenter agit: qui sine consilio, semper errat, etiam si ad veritatis scopum collimet: quia temerè & imprudenter operatur: ille enim & non hic mediis accommodis utitur ad assequendam veritatem. Regnanti & imperanti agno assidebant veluti consiliarii regii viginti quatuor seniores: *Et super thronos viginti quatuor seniores sedentes.* Cur viginti quatuor seniores, nec plus, nec minus? Ut ostenderet Regem nullum debere sine consilio tempus transigere: Viginti quatuor sunt diei naturalis horæ, totidem illis respondeant consiliarii, ut nulla sine consilio elabatur.

109. Aequissimum decretum Dei fuit justificare gubernationem Moyfis adjunctis consiliariis, quia consilio probatur regimen. Si vero illi injunxit quod adhiberet sapientes, & expertos: *Senes populi sint, ac magistri:* Cur non adjunxit quod essent boni publici zelo ducti, siquidem talis zelus optimi regiminis anima est? Imprimis exegit in consiliariis sapientiam & experientiam, ex quibus qualitatibus componitur prudentia, quæ universo probo regimini alimentum præbet. Deliquit Adamus, & quando Deus illum ob peccatum conabatur destruere, se quasi opponens Filius dixit: *Ego feci, ego feram.* Id est sustentabo. Cur qui fecit, promittit conservationem? Filio in divinis peculiariter adscribitur sapientia & prudentia, est enim verbum, mentis actus: quod igitur facit ratio, sola prudentia sustentat.

2. Reg. 15.
Consilium
est poten-
tius armis.

Deut. 33.

Apo. 4.

Zelo ducti
sint consi-
liarii.

Isai. 49.

Zelus ad bonum regimen necessarius.

Non exegit zelum, nec de illo meminit Deus, quia totum sibi reservavit, utpote bono regimini omnino necessarium, & hominum opinionibus valde dolosum: nam frequenter apparet zelus id quod re vera ambitio est. Zelum Deus sibi reservatum indicavit Moyfi, quando promisit se illius spiritum distributurum in omnes consiliarios: *Auferam de spiritu tuo, tradamque eis.* Cum vero Moyfis spiritus zelo foret plenus, idem in omnibus consiliariis mansit zelus, & unione unus, idemque spiritus: parum enim referebat plurimos esse gubernatores, si in regimine nec unionem, nec uniformitatem fervassent. Quatuor animalia illa mystica Ezechielis, cum essent quatuor spiritus, uno eodemque dirigebantur: & cum viderentur regredi (ait sacer textus) semper progrediebantur: *Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec revertentur cum ambularent.* Quando unus idemque probus spiritus in multis gubernatoribus & consiliariis est, quanvis res videantur regredi, notos facient progressus. Quando personæ tres divinæ considerantur ad intra, seu in ordine ad ipsum Deum, non uniuntur in operationibus, quas Theologi vocant notionales, quando considerantur ad extra, seu in ordine ad creaturas, statim omnes tres personæ in operando ita uniuntur, ut eadem actione creent, conservent & orbem administrant. Duo tandem in hac materia vellem monitos eos qui gubernant: alterum, agere omnia cum consilio, ut regantur sapientia: alterum omnia naturæ opera conservari reciproca unione, ita ut hac deficiente illa deficient: nam etiam concordia sustinet Deus suam totam monarchiam cœlestem: *Potestas & terror apud Deum est* (inquit Job) *qui facit concordiam in sublimibus suis.* Et ideo qui consilio ac concordia administrant, etiam ingratorum murmurationes infrænant.

Num. 11. Unio in regimine.

Ezech. 1. Concordia in regimine.

Job. 25.

S. Q U A R T U S.

Appetitus proprius ingratum punit.

Appetitus aliquando pro punitione.

110. Formato jam novo regimine satisfecit Deus appetentiæ populi, implendo castra coturnicibus, ut appetitus ipse foret illi pro supplicio. Nam solet aliquando nos Deus punire rebus ipsis, quas

quas appetimus. Invitati à Domino ad cœnam Euangelicam, renuerunt, & Dominus hanc inurbanitatem punivit ipsius convivii & epularum destitutione: *Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.* Illi nil aliud magis appetebant, quàm non gustare talem cœnam, siquidem ad illam noluerunt ire: & tamen ipsa illius privatione puniti sunt: quia nullum durius est supplicium, quàm pravi appetitus satiatio: Rixosus & iracundus invenit sui delicti pœnam in appetitu vindictæ, superbus in ambitione honoris, avarus in cupiditate divitiarum, lascivus in oppigneratione affectionis. Quàm appetens successione Rachel postulabat filios è Jacobo, tam ardens desiderio, ut diceret se vita privandam illorum defectu: *Da mihi liberos, alioquin moriar.* Habuit Josephum & Benjaminum, & statim mortua est. Implevit desiderium, & simul annos vitæ: *Mortua est ergo Rachel.* Divina providentia dispositum est, ut secum afferat pœnam humanus appetitus. Nam immanis ingratitude est in homine sequi proprium appetitum: ratio est quia Deo condecoranti hominem libero arbitrio, ut apud ipsum mereri posset, & conferenti mentem, ut bonum agnosceret, & malum declinaret, ingratus adeo est, ut agnoscens bonum, sequatur suum appetitum, amplectendo malum; & ideo ipsomet appetitu punitur homo.

Id experimento infelici multi de populo hac opportunitate censerunt: Deus enim eos extinxit ac sepelivit eo loco, ubi illi extinxerunt, vel potius satiarunt suos pravos appetitus. Et huic loco, Deo jubente impositum est nomen, *Sepulchrum concupiscentiæ.* Ut intelligerent homines se propria voluntate in eadem formare sepulchrum.

Ad turpem lectulum myrrha & aloë delibutum invitabat olim quædam foemina peccatrix: *Aspersi cubile meum myrrha, & aloë, & cinnamomo.* Ad prophanas voluptates invitat, & simul declarat mortuorum unguento aspersum esse cubile ac lectum: nam alio simili unguento unxit Josephus Christum sepulchro mandandum: *Ferens mixturam myrrhæ, & aloës, quasi libras centum.* Præter intentionem edocuit coincidere inter se locum mortis & concupiscentiam carnis: idem esse quærere turpem voluptatem, ac parare sibi sepulchrum. Nullum vita & anima fortitur hostem infestorem.

Voluptas cum morte & sepulchro. Prov. 7.

Joan. 19.

Hic Alexandrum honore, Holofernem capite, & Balthazarem vita spoliavit.

Verum cur Deus ingratos detractores sepelit in sua concupiscentia? quia detractor ingratus semper ignorat beneficium quod recipit, quandiu non fatiatur ejus appetitus, & hic quanvis videatur cessare in sepulchro, hic adhuc non fatiatur, quia murmurator vivus detrahit, & sepultus appetit. Sepultus erat populus in sua ingratitude, & adhuc appetebat cepas Ægyptiacas, quando fruebatur cœlesti manna. Ideo ob tam stupendam ingratitude recusavit Moyses regimen, judicans minus malum esse mori, quam gentem ingratam gubernare.

CAPUT X.

Ingratitudo livida seu invidiosa reddidit Mariam & Aaronem murmuratores.

§. PRIMUS.

Supplicium invidiosi est aliena gloria.

I I I. Ingratitudo malum contagiosum est, siquidem infecit Mariam & Aaronem, ut detraherent Moyse, quin recordarentur debitorum, quibus illi obstricti erant: nam qui plus debet, minus recordatur, & plus murmurat: *Locuta est Maria & Aaron contra Moysen.* Videbant illum multum à Deo fautum & honoratum, & illius uxorem Æthiopissam in honore præcipuo apud populum, ideo non tulerunt excellentiam fratris, sed ita conquesti sunt alienum favorem, ac si propria vita spoliarentur: nam idem est quosdam erigere, atque occidere reliquos. Exaltavit Moyses in deserto serpentem, & confestim reliqui serpentes interierunt: unius exaltatio fuit gladius, qui extinxit vitam aliorum. Nullum acerbius tormentum est invidio, quam aliena gloria. Fatur Paulus sibi tanquam cruci mundum affixum esse: *Mihi mundus crucifixus est.* Cur sic cruci affixus mundus? quia Paulus vivit gloriosus, seu in gloria crucis: *Abstulit mihi gloriari, nisi in cruce.* Valde assimilis est:

Invidia est loco supplicii.

Num. 12.

Invidie tormentum aliena gloria.

Ad Gal. 4.

est invidia ophthalmiæ morbo oculorum, qui offenditur luce, & rebus splendidis, ita ut eò plus crescat in oculis cæcitas, quò plus augetur in sole splendor. Ægritudo est adeo sæva, ut nec parcat fratribus: occidit Abelem, vendidit Josephum, detraxit Moyse. Malum est adeo tabiferum ac venenosum, ut naturam induat viperæ, quæ sicut matris rumpit ventrem, ut nascatur, sic invidia livida rumpit ac torquet mentem, quando nascitur.

I I 2. His præhabitis: tria sunt consideranda in Mariæ & Aaronis ingratitude livida seu invidiosa: Primum quòd invidia adeo cæca est, ut malit propriam gloriam minui, quam augeri alienam. Secundum, quòd cum valde appetens lucri sit adeo delirat, ut nesciat esse quæstiosa, etiam quando magis inhumana. Tertium, quòd invidiæ tenebræ infectantur semper lucis splendores. Probatum primum, quia cum certum sit, quòd respectu Moyse confectione opinionem Moyse, minuebant proprium favorem: sed adeo cæca est invidia, ut malit propriam gloriam minui, quam augeri alienam. Somniavit Josephus se adorari à fratribus suis tanquam stellis, & statim per illos Ismaëlitis venditus est, *Vendiderunt eum Ismaëlitis.* Cur inciderunt in tale deliramentum, si illi juxta somnium fulgere debuerant tanquam stellæ? quia intellexerunt Josephum fore ut splenderet tanquam sol, & ideo recusarunt fulgorem stellarum utpote inferiorem, eligentes vivere sine ulla luce, & in obscuro potius quam videre Josephum fratrem magis gloriosum, & tanquam solem se ipsis stellis fulgentiorem: invidus enim plus dolet augmento alieno, quam detrimento proprio.

Invidus rejicit propriam gloriam, ne augetur aliena.

Gen. 37.

Gen. 37.

Enixè postulat dives avarus ab Abrahamo, ut mittat Lazarum in infernum, quò ipsum gutta frigida aquæ levet ab incendio Gehennali: *Mitte Lazarum.* Si dives ille infelix mitigationem incendii solum expetit, cur potius Lazarum mittendum in infernum, quam se portandum in sinum Abrahæ postulat? quia Lazarus per missionem in infernum collocabatur in loco tormentorum, dives ipse per portationem in sinum Abrahæ collocabatur in loco quietis, & ille majori invidiæ incendio ardens potius volebat infelicitatem propriam, quam felicitatem alienam. Ploravit Saul quando certò cognovit Davidem regnatorum: *Levavit vocem suam,*

Bono alieno plus dolet invidus, quam malo proprio.

Luc. 16.

1.Reg.24. *suam, & flevit: nunc scio verè quod regnaturus sis.* Prædicit Samuel
 1.Reg.28. Sauli ipsum, & ejus filios esse brevi morituros: *Cras tu & filii tui
 mecum eritis.* Nec legimus Saulem plorasse hoc tristissimo nuncio.
 Cur igitur non plorat certus de propria morte, & plorat certus de
 regno Davidis? quia Saul invidia tabescens magis ægrè ferebat fe-
 licitatem alienam, quàm infelicitatem propriam: nam infelicitas
 propria corpus, felicitas aliena vulnerabat animam.

Invidus
 præfert lu-
 cro proprio
 malum a-
 lienum.

113. Secundum ostenditur quia murmuratio invidiosa Mariæ,
 & Aaronis multo magis offendebat illos, quàm fratrem suum Moy-
 sen, tum quia detractio infame & abjectum vitium est: tum quia
 detrahebant fratri suo Moysi, de quo summus conditor dicebat:
At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est.
 Et ideo murmurare de fratre suo, erat de se ipsis murmurare, &
 etiam de ipso Deo, sed invidus ingratus adeo delirat, ut nesciat
 esse quæstuosus, etiam quando magis inhumanus. Promisit Hero-
 des dimidium regni sui filiæ Herodiadis in præmium cujusdam
 saltationis. Dignum præmium tali ministerio: & quidem regna
 terrena adeo mobilia sunt, ut rectè dari possint in præmium mobi-
 litatis in saltando. Suasit mater filiæ, ut peteret caput Baptistæ:
 & hujus caput maluit quàm regni dimidium: elegit potiùs homi-
 cidæ esse, quàm Regina. Nam regnare erat bonum proprium, oc-
 cidere erat malum alienum: quicumque flagrat invidia præfert bo-
 no proprio malum alienum. Decrevit Balthazar vita spoliandos
 multos ac præcipuos sui imperii sapientes: rex enim idiota subdi-
 tos odit disertos, ac eruditos. Omnes tamen evasere periculum
 Danielis favore & industria: hi omnes postea conspirantes contra
 Profetam decreverunt illum interiisse in lacu leonum. Non miror
 eos beneficii oblitos: nam beneficium in corde ingrati parit obli-
 viones, tanquam fructus præcipuos. Solum miror quod non ve-
 reantur aliam occasionem, qua egeant gratia & favore Danielis ad
 iram Regis placandam. Causam innuit sacer textus: *Porro Da-
 niel superabat omnes.* Excedebat omnes Daniel tum magnitudine
 & maturitate judicii, tum profunditate scientiæ, & ideo ardentes in-
 vidia malebant carere Danielis protectione, quàm pati illius ex-
 cellentiam.

Marc.6.

Dan.6.

114. Tertium patet ex eo. Splendebat Moyses inter alios, quia
 ex con-

ex consortio Dei vultus illius instar solis fulgebat: & idcirco Ma-
 ria & Aaron de illo murmurabant, & reliqui Hebræi ex invidia cœ-
 perunt eum insectari, non tam quia Deo & virtute plenus in se sol-
 erat, sed quia fulgens irradiabat: nam lucis semper patuere invidi-
 diæ, & insectationibus. Infortunium est, quod ab ipso nascentis
 mundi exordio illas comitatur: tam enim longo tempore inter lu-
 cis splendores, & invidiæ tenebras bellum geritur. Attoniti Ange-
 li dicebant se videre sanctam animam castris armatam ac terribi-
 lem, quando circumfusam splendoribus: *Quæ est ista quæ progred-
 itur tanquam aurora consurgens: pulchra ut luna, electa ut sol, ter-
 ribilis ut castrorum acies ordinata.* Idem non legimus dixisse quan-
 do viderunt eandem animam ascendentem per desertum virtutibus
 præditam, ac hocupletem: *Quæ est ista quæ ascendit per desertum si-
 cut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris?* Cur Angeli non
 demirantur, nec vident castris armatam, quando ascendit per de-
 sertum, sed quando splendoribus irradiat? quia invidia non odit
 tantum virtutes, quantum lucis: invidus non tam solet insectari
 virtutibus præditum, quàm splendoribus fulgentem. Cœpisti ful-
 gere instar lunæ vel solis; arma te & præpara contra insectationes.
 Servator Christus appellavit suos discipulos lucem, & simul civi-
 tatem positam supra montem, quasi vallo & muro ipsius montis
 circumseptam, & munitam. *Vos estis lux mundi. Non potest civitas
 abscondi supra montem posita.* Qui enim eo devenit, ut tanquam lux
 fulgeat, ne invidiæ ictibus & expugnationibus extinguatur & cor-
 ruat, sit civitas naturæ situ & arte munita. Nescio quo fato lux,
 cum sit inter omnes res creatas pulcherrima, ad mensuram gratiæ
 ac venustatis, patiatur ab invidis persecutiones. Ubi primum Si-
 meon Christum declaravit lucem gentium: *Lumen ad revelationem
 gentium* statim illi adversitates prædixit: *Ecce positus est hic in ruinam,
 & resurrectionem multorum in Israel: & signum, cui contradicetur.*
 Apparet Deus Moysi inter splendores, & pro loco eligit spinosum
 rubum, ut nobis ostendat, eos qui plus cæteris fulgent, spinis esse
 debere circumseptos, vel quia invidia illos suis vulnerat ac pungit
 spinis, vel ut illi spinis armati sese ab invidis tueantur. Parum lu-
 ceat qui invidiæ persecutiones ac tenebras declinare velit: cum vi-
 deamus passim celestes lucis à terrenis vaporibus obscurari.

Invidia lu-
 cem odit &
 persequi-
 tur.

Cant.3.

Cant.3.

Lux mul-
 tum patet
 invidia.

Matth.5.

Luc.2.

Exod.4.

*Invidia
nunquam
potest celi-
ri.*

1.Reg. 19.

115. Rogo tamen, si valde expediebat Mariæ & Aaroni fratrem suum Moyſen esse glorioſum, Deoque acceptum, cur non tegunt, vel diſſimulant invidiam ſaltem ex convenientia propria? Invidia vitium eſt, quod latere nequit: reliqua vitia ſaltem ad tempus latent: invidia ubi primùm cor ingreditur, ſtatim foras prodit, & in colore vultus deprehenditur: *Ego loquar de te ad patrem meum* (dicebat Jonathas Davidi) & *quodcumque videro nunciabo tibi*. Quasi diceret, quanvis Saul me ex amicitia ſuſpectum judicet, ubi primum laudes Davidis audierit, ſtatim invidia manifeſtabit in vultu quidquid in corde latuerit: itaque ero tibi nunciuſ non tam de auditu, quàm de viſu: quia invidia ſe ſtatim in conſpectum dare ſolet.

*Cognitio
invidiæ fa-
cilis.*

Gen. 27.

Secum ſtatuerat Eſau ſe poſt Iſaaci parentis ſui mortem, occiſurum Jacobum, ut ſumeret vindictam de injuria erepti ſibi majoratus, & vix in corde fratricidium decreverat, quando Rebecca id cognovit: *Dixit in corde ſuo: occidam fratrem meum, nunciata ſunt hæc Rebecca*. Si in pectore & corde ſuo tacituſ ſtatuerat, quomodò ſcivit ſtatim Rebecca, præſertim quia non conſtat id revelatione divina accepiffe? Erat malum invidiæ, quod Eſau contra gloriam fraternam conceperat, idcirco ab intimis cordis penetralibus debuit in vultum aſcendere, ibique tanquam in patenti cordis fenestra ſe prodere. In vultu & oculis cernuntur omnes animæ affectuſ, ſed prior qui ſe oculis uſurpandum præbet, eſt invidia. Hæc enim occultari neſcit: & quidem quæ ſibi non parcit, quomodò parceret aliis.

116. Duo tandem invidioſoſ moneo: Primum quòd qui tabeſcit invidia ſordidam exhibet vilitatem. Secundum quòd ex aliis vitiis poteſt capi lucrum aliquod vel falſum, vel apparens, at ex invidia nullum quoad primum dignum animadverſione eſt, quod fratris Joſephi, illi glorioſo non cœperunt invidere, quando lucidi inſtar ſtellarum cœleſtium, ſed quando deteriores inſtar manipulorum agreſtium, quibus collati fuerant: *Invidebant ergo illi*. Quid ſi primo hoc ſomnio illoſ invaſit invidia; cur non in ſomnio ſecundo? In hoc ſecundo ſe conſiderarunt nobileſ, generoſoſ inſtar ſtellarum tantùm diſtantium à ſe ipſiſ primo ſomniatiſ, quantum diſtat à manipulo agri ſtella firmamenti; quando igitur ſe viderunt

Luci-

Lucidoſ ac conſpicioſoſ non putuerunt ſe exhibere invidioſoſ: quando autem ſe intellexerunt ruſticoſ manipuliſ agreſtibuſ comparatoſ, cœperunt ægrotare invidia, morbo abjectiſſimo. Agreſte munuſ diſtat, inquit ſervator Chriſtuſ, frater prodigi: *Erat filiuſ ejuſ ſenior imago*. Quid referebat ad hitoriam, fratrem illum ſenioreſ detineri rurali exercitio? ſe declaravit inviduſ feſti illiuſ conviviſ, quo frater prodiguſ fuerat acceptuſ: & ſic expediebat declarari ruſticuſ. Inter ſe valde cohærent inviduſ, & ruſticuſ, ſeu vilanuſ eſſe. Nam invidia vilitaſ magna eſt.

117. Magna eſt invidiæ vilitaſ: maxima invidioſi, inſcitia: nam ex aliſ vitiſ lucrum aliquod capi poteſt, vel falſum vel apparens, ex invidia nullum: ultor ex vindicta capit ſatiſfactionem injuriæ, ſuperbuſ æſtimationem propriam, luxurioſuſ voluptatem, latro poſſeſſionem & uſum rei furtivæ: at ex invidia nullum reportatur emolumentum etiam apparens, vel proprium, vel alienum: invidia enim qua talis nemini nocet, niſi ipſam habenti. Omne aliud vitium amat bonuſ ſive veruſ, ſive apparens, & odit quidquid tali bono adverſuſ: invidia amat maluſ proximiſ, & odit propriuſ bonuſ. Quodcumque aliud incumbit conſervationi propriæ, & adverſarioſum deſtructioni: invidia ut alienuſ bonuſ deſtruat, ſibi inferet perniciem. Invidebat Saul Davidi, & quando furoriſ morbo corripiebatur, nullum aliud habebat levamen præter Davidiſ citharam, & tamen lancea Davidem trajicere conatuſ eſt. Quid ita, ſi nece Davidiſ privabatur Saul morbi ſui remedio? Hoc ipſuſ invidiæ genuſ eſt, ut parato ſibi malo in propriuſ exitiuſ ruat, dummodò proximuſ deſtruat. Peſtilentia ardebat Paleſtina ob iniquam retentionem arcæ Dei. Cur ad vitandam extremam pœnam, Dei arcam non reſtituunt? Quia ea eſt invidioſoſ malitia, ut ſe ipſoſ potiùſ damnent ad capitale ſuppliciuſ, quàm ad videnduſ in proximis ſuiſ incolumitatem & quietem aliquam.

Veruſ cur ſic amico foedere coeunt invidia & ingratiſtudo, ut omniſ inviduſ ſit ingratuſ, & e contra, omniſ ingratuſ inviduſ, ut habemuſ ſatiſ compertuſ in Maria, & Aarone? Ratio hujuſmodi reciprocæ conjunctioniſ in eo ſita eſt, quòd utrunque hoc vitium ortuſ habuerit cum homine: ingratiſtudo illum reddidit immemoreſ,

*Invidia
vitium eſt
damnoſuſ
etiam ſibi.*

1.Reg. 18.

1.Reg. 4.

morem, ut pro se toto à Deo condito gratias haberet: invidia illum reddidit ambitiosum, ut insanè aspiraret ad scientiam divinam. Cum verò humananatura in pœnam criminis, manserit ingrata & invida, sunt homines ex innata propensione ingrati, ne gratificentur bono accepto: & invidi, ut alienum bonum averferentur: Unde optima ratio est, ut invidiosi aliena puniantur gloria.

§. SECUNDUS.

Princeps qui Deum imitatus fuerit, erit justus in puniendo.

Invidia sui ipsius supplicium est. 118. Vidimus in Maria & Aarone malitiam invidiæ, quæ in ipsam adeo sæva est, ut nec propriæ naturæ parcat. Discamus à Deo, quale nam sit invidorum supplicium magis aptum, & consonum. Ubi primum Deus Mariam & Aaronem audivit murmurantes, statim accersivit, & coram ejus summis laudibus extulit Moysem, illius maximè commendans fidelitatem, & manifestans favores, quos illi impendebat: *At nontalis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei.* Coram detractoribus invidis commendavit Moysem, ut illos eadem sua invidia tanquam opportuno supplicio torqueret. Æquum etiam est, ut quantum homines detrahendo minuunt de fama justorum, tantum Deus laudando augeat. Tribus in occasionibus, quibus Magdalenæ detractum fuit à sorore Martha, Phariseo, & discipulis Christus se opposuit, eamque defendit, ut ostenderet, quando murmuratores justos ac probos denigrant, Deum condecorare. Mariam Deus infecit lepra morbo tabifero supplicio culpæ illi foedissimæ peraccommodo.

Deus honorat quos detractor denigrat. 119. Non punivit Deus populùm, quando suæ divinæ providentiæ detraxit, & punivit, quando Maria & Aaron detraxerunt Moyse servo suo. Fuit optima politica Regis cœlestis, quam terreni Reges æmulari debent. Æquè enim suam Principes ostentant magnitudinem puniendo injurias suis ministris illatas, ac condonando proprias offensas. Tulit Deus alapam, quam filio suo unigenito servus vilissimus inflixit, at non dissimulavit cum Jeroboamo volente percutere Prophetam, cum statim elatam manum arefecerit: *Exaruit manus ejus, quam extenderat contra eum.* In dissimu-

Princeps non tam proprias, quam suorum injurias puniat

simulanda propria injuria nos edocuit patientiam, in plectenda illata Prophetæ, docuit Principes sollicitudinem, quia injurias suis illatas ministris ulcisci debent. Maledixit Deus Caimo, quando interfecit Abelem: *Maledictus eris super terram.* Et non maledixit, quando deteriores fructus in sacrificium obtulit: nam in occisione offendit proximum, in sacrificio immediatè Deum. In omnibus actionibus David (inquit Sacer textus) justè se gessit, excepta nece Uriæ: *Non declinavit ad dexteram, nec ad sinistram, excepto sermone Uriæ.* Cum multa alia David peccata commiserit, cur Spiritus sanctus illi tantum imputat homicidium? quia in omnibus aliis Deum solum offenderat, at homicidio læsit Dei ministrum: & Deus magis ægrè fert injurias nobis suis ministris, quàm sibi tantum illatas.

120. Duo fratres detraxerunt Moyse: & Deus, cum solum Aaronem increpaverit, Mariam punivit lepra: *Maria apparuit candens lepra quasi nix.* Si in virò est gravior culpa, quæ in foemina non nihil excusatur ob libertatem linguæ: mulierum enim linguæ sunt propria illarum arma, & de culpa aliquantulum minuitur, quando fit læsio armis propriis: cur Aaron fuit solum sigillatus, & non punitus, præsertim non obstante provocatione Mariæ: nam Eva provocavit Adamum, & uterque punitus fuit? Quavis eandem commiserint culpam Maria; & Aaron, tamen gravius deliquit Maria inductione exempli, quo prævit murmurando: *Locutaque est Maria & Aaron* Et æquum est, ut gravius sit supplicium, ubi culpa prævit: non enim tunc sola punitur culpa, sed etiam exemplum culpæ: sit igitur supplicium exemplare, ubi culpa fuit exemplum.

Deus etiam quasi dissimulans lenius punivit Aaronem, ne, si eum lepra inficeret, videretur maculare tiaram Pontificiam, & reprobare electionem: & quidem in tribunali divino proclivius est tege- re delinquentem, quàm infamare. Deliquit populus Israëliticus in adorando idolo, & Deus occultavit nomen, quando ad Moysem de rebellionem questus est: *Peccavit populus tuus.* Moyses verò hoc à Deo ita facile documentum haulit, ut culpam populi bachantis festo vituli texerit Josue: *Vocem cantantium ego audio.* Quavis enim culpa illa ita foret publica, ut solum latuerit Josue brevi

Gen. 4.

3. Reg. 15.

Supplicium à Deo justum.
Num. 12.

Exemplum malum puniendum.

Prelati servato decore puniendi.

Prelatus tegat culpas subditorum.
Exod. 32.

cogniturum, tamen Moyses ita se gessit, ac si occulta foret. Prudentia est subditorum culpas tegere, & Dei politica dissimulare. Dixit Christus Joanni culpam Judæ, & Joannes ait illam à nemine fuisse cognitam: *Hoc autem nemo scivit discumbentium, ad quid dixerit ei.* Culpæ alienæ sic tractari debent, ut etiam ab illis, quibus dicuntur, ignorari videantur: & ea cautela dicendæ, ut ante prolationem omnino tegantur, & post prolationem quasi ignorentur. In Evangelio omnino tacetur nomen divitis cujusdam, *Homo quidam erat dives.* Et manifestatur nomen pauperis, *Mendicus quidam nomine Lazarus.* Quid? nominatur egenus peculiari nomine, & non dives? Ita: in domo Dei non potentes & locupletes, sed soli mendici ac miseri nomen habent. Ibi tamen mysterium speciale fuit, nam de paupere erant proferendæ virtutes, de avaro divite defectus: quando autem ad vitia & defectus manifestandos impellit ratio, vult Deus, ut tacitis personarum nominibus, proferantur. Hanc à Deo Principes doctrinam hauriant, ut justè puniant. Aaronis culpa fuit secretò murmurare de Moyse: & quando culpa Pontificis secreta est, vult Deus ut pro supplicio sufficiat objurgatio: si enim hæc satis non fuerit, ut corrigatur, infamatio non sufficiet ad emendam.

Culpæ alienæ occultanda.
Joan. 18.

Luc. 15.

Infamatio non emendat.

Sacerdotes honorandi.

Num. 6.

Exod. 30.

121. Sed cur aliter circa Mariam gestum est, & processum ad acerbam punitionem? Maria ad culpam prævit exemplo: Aaron sacerdos erat, & Deus præcipit ut sacerdotibus deferatur honor tanquam magnatibus suæ personæ: *Sic benedicetis filiis Israël, & dicetis: Benedicat tibi Dominus. Si Deus est qui benedictionem impendit, cur injungit sacerdotibus, ut benedicant? quia ea sacerdotii dignitatis celsitudo est, ut quandam veluti divinitatis umbram contineat: unde non ut res humana, sed ut divina tractari, & adorari debet. Prohibet Deus Moyli ne homines in sacerdotes ungat: & statim præcipit, ut Aaronem, & ejus filios ungat in sacerdotes: Caro hominum non ungetur ex eo: Aaron & filios ejus unges.* Quid! sacerdotes non habent humanam carnem? non constant ex humana natura? significavit Deus sacerdotes ex officio & dignitate, qua funguntur, esse supra homines, ut illis habeamus debitum honorem, & reverentiam tanquam magnatibus coram Deo.

122. Causa alia cogitari potest, ob quam Deus impunitum requirit Aaronem, nempe, quia vel puniret spoliando dignitate, vel conservaret in eadem post supplicium publicum: spoliare dignitate esset poena publica, quam infligere ob detractionem secretam, videbatur immodicus rigor, post tot annos, quos Aaron in divinis obsequiis transfegerat: & Deus non obliviscitur præterita obsequia, imò semper habet præsentia ad remunerandum: pro momentaneo obsequio condonat scelera multorum annorum: homines è contra sunt qui obliviscuntur, ita ut quandoque non sufficiant multiplicata obsequia multorum annorum, ut parcant delicto momentaneo. Satis fuit momentum, ut Christus latroni condonaret scelera totius vitæ. Et obsequia totius vitæ satis non fuerunt, ut David non puniret Joabum ob culpam momentaneam.

Prælati quomodo puniendi.

Luc. 23.

3. Reg. 2.

Punire Aaronem poena publica, ita ut post eam inflictam maneret in Pontificatu, esset tali supplicio Pontificiam dignitatem comminuere, & obscurare illum, qui ex officio lux esset. Ut Paulus suaderet Romanis Christum supremum fore judicem sententiam de universo mundo laturum, prius de summa illius sanctitate certos fecit: *Nunquid iniquus est Deus! absit, aliquin quomodo judicabit Deus hunc mundum.* Qui alios judicaturus est, debet esse integræ illæque famæ, & reputari ab omni scelere immunis. Parum verentur poenam subditi, si iisdem sceleribus suo Principi assimilantur.

Judex sit sine crimine.

Ad Rom. 3.

Verum si ingratitude invidiosa nemini parcat, cur pepercit Deus Aaroni lapsio in talem culpam? Non pepercit Deus Aaroni: imò duplici eum supplicio affecit, altero quando reprehendit, altero quando Moysen coram eo laudavit. *Non talis servus meus Moyses.* Et certè affici nequit graviore supplicio ingratus invidus, quàm si audiat alienas laudes. Duos olim Magdalenæ detractores invidos, qui etiam ex invidia in blasphemias contra Christum erruperant, alter Judas coarguens prodigalitatibus: *Ut quid perditio hac.* Alter Pharisæus coarguens ignorantiam: *Hic si esset Propheta sciret.* Apertissimo supplicio coercuit idem Dominus, laudibus scilicet, quibus Magdalenam extulit. Et quidem si invida ingratitude nemini parcat, justus judex Deus etiam in hac vita non patitur impunem: idcirco Princeps qui Deum immitatus fuerit, erit justus in puniend.

Num. 12.

Laude aliena puniatur invidus.

Matth. 27.

Luc. 7.

CAPUT XI.

Moyſis magnanimitas regia, erga
ingratos.

S. PRIMUS.

Princeps ille qui magis ſuſtinet, magis Princeps eſt.

123. **D**etractores punivit Deus, & Moyſes plus doluit de punitione, quàm de detractone contra ſe facta: *Clamavitque Moyſes ad Dominum, obſecro ſana eam.* Nam ſupplicium, quod in ſubditorum corporibus mandatur executioni, probum ac benignum Principem ita afficit, ut illius animam vulneret: *Fac tibi cultros.* Dixit Deus Joſue ut circumcideret filios Iſraël: vulnera circumciſionis infligenda erant populo, & tamen Deus dicebat cultros fabricandos contra Joſue: *Fac tibi* nam vulnera ſubditis inferenda, in probo Principe, qualis Joſue, excipi debuerant. Plus doluit Moyſes de ſupplicio, quàm de murmuratione: nam Princeps optimus ſicut nec aſſentatoriis laudibus obſtringitur, ita nec mordacibus detractoneſibus ſuperatur. Arcadius & Honorius ſuis legibus ſtatuerunt, ne detractones illæ punirentur. Et Salomon illas judicavit utiles auribus Principis: *In auris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit ſapientem, & aurem obedientem.* Nam detractones Principem probum monent, pravum puniunt: & plus deſerendum eſt punitioni, quàm laudi: punitione enim docet, laus blanditur. Egere videntur Principes murmuratoribus, qui ipſos pungant, pro reparandis damnis aſſentatorum, qui illis adulantur. Si verum eſt, quod detractores proferunt, emendatio corrigit: ſi falſum, veritas ipſa omnino diluet. Secum aſſert ſenſus indignationem, eamque in Principe plus ira, quàm murmuratio accendit: nam murmuratio non lædit, niſi quando ſentitur, & ira quanto minus ſentitur, plus lædit, atque adeo Principi indignabundo plus nocet. Indignatus Caiphas contra Chriſtum, ſcidit veſtimenta ſacerdotalia, quali præſagus ibi eſſe finiendum ſacerdotium. Nam ubi-

Num. 12.
Princeps
optimus do-
let de ma-
lis ſubdito-
rum.
Joſ. 5.1

Detractio
de Princi-
pe ipſi in-
terdum u-
tilis.
L. I. C.
Prov. 25.

Ira nocet
Principi.

Marc. 14.

ubiprimum immoderata excanduit iracundia, viſus eſt ſe dignitate privare, ſi non effectu executionis, ſaltem veritate prophetiæ.

Suſtinere debet Princeps, ut talis ſit, & reputetur: *Vos vocatis me Magiſter, & Domine, ſum etenim.* Poſt lotionem pedum diſcipulorum ſe Chriſtus commendat Dominum: cur non ſic poſt Euchariſtiæ institutionem? quia inſtituens ſacramentum, ſi altera manu ſuum corpus manducandum tradidit: *Accipite & manducate.* Altera indigitavit proditorem: *Qui intingit mecum manum in paropſide.* At in lotione pedum omnino diſſimulavit injuriam venditionis, quam Judas corde ſuo moliebatur: & tunc maxime innotuit Dominus, quando diſſimulans proditionis injuriam patienter tacuit.

124. Dubium eſſe poteſt, ſi detractio eſt vitium infame, præfertim ex invidia pullulans, cur Moyſes compaſſus eſt detractoribus invidis, quantumvis fratribus? *Clamavitque Moyſes ad Dominum, dicens: Deus, obſecro, ſana eam.* Quia ſuſtinere ingratos, eiſque opem ferre, genium & indoles Principis eſt. Expoſcunt Phariſæi à Chriſto miraculum, ut ipſum Meſſiam ac Regem ſuum agnoſcant, quibus Dominus reddidit, nullum aliud ſignum, ut ipſe dignoſcatur Rex, illis dandum, niſi Jonam à Balena devoratum, in eaque triduo manentem: *Signum non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ Prophetæ.* Quia cum Jonas à Balena devoratus eſſet figura Chriſti triduo conditi in ſepulchro pro hominum remedio, nullum dari poterat maniſteſtius ſignum, ut ingrati Phariſæi ipſum agnoſcerent Meſſiam ac Regem.

Mortuus eſt Deus, ut nobis beneficeret, & vivit ex ipſa beneficentia. Condidit Deus orbem ſex diebus, ſpondente interim divina liberalitate ſecum exceſſus, ſiquidem nullum alium habere poteſt competitorem: adveniente die ſeptima ceſſavit ab operando: *Requievit die ſeptima.* Cur potius in hac die, quàm in aliqua ex reliquis? Prævidit Deus venturo tempore ſe quodam ſabbatho mortuum, ac ſepultum, noſtrorum ſcelerum violentia, ideo primo illo ſabbatho ceſſat à benefaciendo: uno ſabbatho ſuſpendit favores, alio ſabbatho eligit ſepulchrum, ut ſic oſtendat idem eſſe ſuam ceſſare beneficentiam, atque ipſum jacere in ſepultura. Dixit S. Paulus nos eſſe Dei hæredes: *Hæredes quidem Dei.* Locus hic intel-

Princeps
talis ſit pa-
tientia.
Joan. 13.

Matth. 26.

Num. 12.
Ingratis
opitulari.
Principis
eſt.

Matth. 12.

Beneficen-
tia Deum
vivificat.

Gen. 1.

Ad Rom. 8

intellectu difficilis est: quia hæreditas solum confirmatur, ac devolvitur morte testatoris, de jure secundum eundem Apostolum, proindeque ad hunc finem supponitur testator moriturus: quid igitur testator Deus morietur, ut homines hæreditatem adire, & capere possint? Observa, quando justii omnes perfectam bonorum æternorum, ac cœlestis gloriæ possessionem adepti fuerint, cum non amplius egeant aliquo, quod à Deo petant, & impetrent, Deus vita ipsa per essentiam se quasi mortuum reputabit, cum in eo idem sit cessare à benefaciendo, atque cessare à vivendo. Quando Deus misit in mundum filium suum, ut hominibus beneficia conferret, se reputabat vivum: *Sicut misit me vivens Pater.* Quando opus jam non fuerit beneficia conferendi, Deus ipse sibi videbitur defunctus, quasi illi vita sit ipsa beneficentia. Talis igitur cura fuit Moyfi æmulari Deum in benefaciendo, populoque suo opem ferendo.

Joan. 20.

Pauperes
& miseri
querendi
sunt ad re-
medium.

Venia dan-
da etiam
ingratis.
Matth. 15.
Matth. 27.
Joan. 4.

1. Reg. 21.

125. Verùm quòd Moyfes imitaretur Deum in beneficentia, & remedio adhibendo, Deum ipsum beneficum exprimebat: quòd verò Deum quæreret, ad ipsumque exclamaret pro obtinenda venia ingratorum, videtur excessisse figuram, & repræsentationem: Deus enim populum ingratum graviter punivit! Non excessit Moyfes in quærendo Deo, ad ipsumque clamando ad obtinendam ingratorum veniam: si enim in regendo populo gerebat vices Dei, tamen mansuetudine & clementia repræsentabat Christum Dominum, qui ingratos quæsit ad veniam & remedium. *Missus sum ad oves, quæ perierant de domo Israël.* Invocavit Patrem clamans ad illum, ut ignosceret: *Patet ignosce.* Lassatus quæsit Samaritanam sitibundusejus salutis, qua inventa & sanata invenit quietem, & extinxit sitim. Quærere autem miseros ad opitulandum, est charitas divina, ab hominibus magni æstimata: Divina, quia Deus quæsit ingratos, ut succurreret: æstimata plurimi, quia plus est quærere ad benefaciendum, quàm quærenti benefacere: alterum excessus est, alterum reputatur solutio. Infectatus David à Saule, & pressus fame venit in domum Aquimelech, & hic illi obtulit panes templi, quibus acceptis David famem sedavit. Non tamen legimus quòd pro accepto beneficio grates referret. Alia opportunitate, cum David fugeret Absalonem filium suum, à quo vita

sceptroque quærebatur spoliandus, ei venit obviam Siba, obtulit que panem copiosum, cui statim David in remunerationem tradidit divitias omnes domini sui Miphiboseph. Quid amplius deprehendit David in obsequio Sibæ, quàm in munere Aquimelech, ut illud statim remuneraretur, & pro hoc nec gratias haberet? Aquimelech solum exhibuit promptum animum in opitulando, quæsitus à Davide: at Siba quærens Davidem, exhibuit sollicitudinem in succurrendo, & hæc pluris fit ab hominibus: quærens enim subit onus petendi & sollicitandi, quod valde difficile & arduum homines judicant. Petitio, quam in horto Christus fudit ad Æternum parentem, illi stetit sudore sanguineo. Petitio matris pro discipulis stetit dura objurgatione: *Nescitis quid petatis.* Petere est se vel reprehensioni, vel morti exponere. In cruce Christus prius petivit quàm moreretur: sed ubi petivit, statim mortuus est: ait enim Evangelista eum sitis refrigerium petiisse, & expirasse: *Di-*

Petere est
quid diffi-
cile.

Luc. 22.

Matth. 20.

Joan. 19.

§. SECUNDUS.

Liberare pœna offensorem ingratum, divinitatis actio est.

126. Maximam parit admirationem mansuetudo Moyfis, ex eo quòd condoleat Mariæ, à qua offensionem ingratitude acciperat: ea enim conditio & propensio hominum est, ut imprecantur, & inferant omne malum suis offensoribus ingratis. Certe sic homines, qui homines sunt, non tamen qui excedentes humanum ingenium Deo assimilantur, sicut Moyfes. Servatori Christo Pharisæi attulerunt adulteram, ut eam condemnaret: Dominus verò illius miseria commotus ab eorum manibus eripuit, misitque sine ulla condemnatione liberam. Offenderat ingrata illa suo peccato Christum, utpote Deum: ea tamen mitissimi Dei conditio est, ut non.

Offensori
parcere est
quid divi-
num.

Joan. 8.

ut non attendens ad offensas proprias, nostras condonet culpas. Hoc in Deo imitatus est Moyses: siquidem Regalis magnanimitatis est sustinere ingratos. Quoniam verò hujus loci mentio incidit, vellem matura consideratione inspicere actiones Christi, quibus voluit documenta dare principibus; ut se rectè & prudenter gerant, erga subditos accusatos.

127. Dimisit Christus oculos in terram, quando audivit accusationem: scripsit digito in terra: dixit Phariseis, ut qui se ab omni labe culpæ sentiebat immunem, primus lapidaret: denique se erigens pepercit adulteræ. Imprimis dimisit oculos *Inclinans se deorsum* Quia oculi principis nec dirigi, nec figi debent in malitioso accusatore: siquidem pudori majori est talis accusatio, quàm adulterium: nam hoc ex fragilitate humana, illa nascitur ex malitia Diabolica. Immortales grates referebat Deo vox illa in cœlo audita à Joanne, ex eo quòd foret detrusus in Erebum accusator fratrum: *Nunc facta est, salus & virtus, & regnum Dei nostra, & potestas Christi ejus: quia projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei die ac nocte.* Præsente maligno accusatore nec ipsum cœlum videbatur regnum Dei. Unicus sufficit delator pessimus ut regnum ab hac dignitate & splendido nomine dejiciat: non est regnum, sed misera & lamentabilis confusio, ubi accusatio dominatur; regnum satanæ est, quod admittit delatores; infamia accusandi vitium est Brutorum, & non creaturæ rationalis. Draco & serpens appellatus fuit Diabolus, quando ejectus à cœlo; *Projectus est Draco ille magnus.* Si Angelus cœlestis, cur appellatur draco, & serpensterrestris? quia natura Angelus, accusatione Brutum agebat. Doëg fuit qui detulit David ob amicitiam, quam inerat cum Aquimelech; & quis delator, nisi Doëg vir abjectissimus, conditione servus, officio pastor? De servis *Saul* (inquit S. Textus) *potentissimus pastorum.* Non poterat vilissima accusatio residere nisi in homine abjectissimo, nec homo vilissimus servire nisi abjectissimo vitio accusationis. Idcirco iussit Titus ut quicumque delatores Romæ degerent, servili nota inurerentur: & postquam acerbissimè vapularent, ablegarentur in insulas desertas inclementia ac sævitia climatis inhabitabiles. Similiter Domitianus gentis abjectissimæ supplicio Felix initium dedit suo

Form 8.
Accusator
malitiosus
detestandus.

Apec. 12.

Accusatio
perdit
regnum.

Apec. 12.
Accusatio
vitium ab-
jectissimum

1. Reg. 12.

suo regimini: cum ejus foret usitata vox, Principem, qui tales non punit, provocare. Ferebaturque vox ejus: *Princeps, qui delatores non castigat, irritat.*

128. Scribebat Dominus in terra: *Digito scribebat.* Et ibi scripsit vitas accusatorum. Notabilis modus puniendi, scribere peccata. Durissimum fuit supplicium: nam quod solo ore profertur, transit: quod scribitur, manet; & permanentia illa scelerum scriptorum durissime punit sceleratum. Vidit Rex Balthazar sua peccata scripta in pariete domus regiae, & statim animo defecit, subita coloris immutatione id attestante; *Tunc facies Regis immutata est.* Peccata illa postea Daniel exponit Regi, & Rex tantum abfuit à deliquio, & despondendo animo, ut eo obfirmato expositionem vestimento purpureo condonaverit. Quid? ad suorum peccatorum conspectum deficit, & ad auditum persistit intrepidus? Ita; quia vice priori ejus peccata scribebantur, posteriori, dicebantur: & peccata plus terroris incutiunt manu scripta, quàm lingua prolata.

129. Dixit Christus delatoribus, quicumque vestrum ab omni peccato immunis est, primus in eam jaciatur lapidem: *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* Solus enim virtute primus, & ab omni scelere alienus, zelo debet ardere ad corrigendos alios: solus qui præcedit exemplo, potest zelare observantiam legis. Phariseorum zelus erat pura malitia: non enim intendebant punire crimen, sed damnare innocentiam: *Tentantes cum.* Qui enim accusant innocentiam, solum ex malitia zelant: & Deus ægrè fert quòd malitiæ culpis infecti sint accusatores fragilitatis: nam pro condonandis culpis fragilitatis clementia nata est, pro puniendis culpis malitiæ, justitia juvena.

130. Levavit se Christus quando pepercit adulteræ: *Erigens autem se Jesus.* Ille qui se deprimebat, quandiu non parcebat: *Inclinans se.* Quia nihil æquè Principem erigit ac sublimat, quàm delictis in ipsum commissis ignoscere, ita ut quò magis parcit, eò magis crescat. Levavit Christus oculos, ut parceret adulteræ: quia afflictorum levamen in oculis Principis esse debet. Vidit Pharaonis filia puellum Moysem projectum in flumen, & accipiens Hebræum esse, servavit contra legem parentis. Quia Princeps vide-

Peccata
magis pu-
nit Deus,
quando
scribit.

Dan. 5.

Zelus in eo
esse debet
qui sit in-
nocens.
Joan. 8.

Phariseo-
rum zelus
malitia.

Princeps
exaltatur
cum par-
cit.

Joan. 8.

re non debet subditorum miserias, nisi ad eas levandas. Tanquam mortuus stabat agnus in throno: *Agnum stantem tanquam occisum.* Et tamen oculis septem percurrere ac lustrabat terram in ipsius beneficium: *Habentem oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram.* Quò præsentia non accedebat, pertingebat aspectus, & non deerant oculi ad benefaciendum, cui deerat halitus ad vivendum. Princeps etiam sine vita habere debet oculos ad auxiliandum. *Præsumere non poterat* (de Cæsare vulgatum est) *regios oculos miseriam aliquam visuros, cui non subvenirent.* Quia quando subditis auxiliatur, Princeps innotescit: & quando poena ingratum offensorem liberat plusquam humanum se Principem ostendit.

Oculi principis beneficii.
Apoc. 5.

Beneficentia principis.

§. TERTIUS.

Politica cælestis est ulcisci injurias ministrorum, & murmuratores punire.

131. Vidimus Moyseis erga ingratos invidos, magnanimitatem. At si Moyseis illis pepercit, cur eos punit Deus? quia quò plus sustinemus nostros offensores, eò plus divina justitia oppigneratur in eis puniendis. Sustinuit David prodiciones Saulis ipsius vitæ insidiatoris, & Deus illum Davidi ostendit proprio gladio transfixum. Equanimiter tulit Josephus in carcerem conici nomine pravi famuli, & Deus illum constituit totius Ægypti dominum. Noluit Susanna se tueri à falsis testimoniis, & iisdem lapidibus, quibus appetenda erat, Deo sic disponente, appetiti falsi testes perire. Qui suas omnes injurias, seque penitus divinæ manui committit, manu divina vindicatur: qui verò manu propria quærit vindictam, illam sibi duplicat injuriam. *Super thronos viginti quatuor sedentes subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei.* Quid? subtus altare martyres, & super thronos sedentes confessores loco sublimiori, & splendidiori? Nonne martyres nobiliores confessoribus? clamabant martyres pro vindicta: *Vindica sanguinem nostrum.* Quæ petitio honesta cum foret (neque enim à sanctis in cælo aliquid inhonestum committi potest) tamen quia erat petitio & procuratio v. in-

Patientia in injuriis.

Vindicta omnis Deo relinquenda.

Apoc. 4.

tio vindictæ, videbatur non admodum arridere Deo, ut pro vindicta clamantes sede honorificentissima condecorarentur. Procurare ut hostis fervetur, cum sit omnino omittere vindictam, eamque Deo committere, est industria, ut vindicta capiatur. Petebat David ut sibi servaretur Absalon & quò ille plus sollicitabat illius indemnitatem, eò plus Deus accelerabat supplicium: & eo ipso quò David fugiebat vindictam, se de injuria vindicatum expertus est. Moyseis igitur condonans injuriam, eamque totam Deo relinquens, vidit se adeo vindicatum, ut de illato supplicio condoleret.

132. Cæterum, cur ita severè Deus punivit Mariam? *Apparuit candens lepra, quasi nix.* Quia ex invidia fratri suo detraxit, & vitium detractionis exigit omne supplicium. Dixisse fertur Diogenes omnes detractores instar viperarum esse interficiendos antequàm morderent. David fatebatur se illos insequi tanquam hostes. Puniendi, non audiendi sunt. Semel David audivit Sibam detrahentem Misiboseph, & hoc fatis fuit, ut non auditum damnaret. Ubi adest detractio, exultat justitia: nam detractio hominem privat jure suo, justitia reddit unicuique jus suum. Antoninus Pius damnabat capitali poena calumniatores, si calumnias non probassent: quòd si probarent, infamiam illis conferebat in præmium. Lingua maledica reipublicæ turbatio est. Non effugit crimen princeps audiens maledicum: quia talem auditionem vetat spiritus Sanctus. *Remove à te os pravum, & detrahentia labia sint procul à te.*

Detractio vitium detestabile, & nocivum.

Num. 12.

Psal. 100.

2. Reg. 26.

Maledici turbant Rempublicam.

Prov. 4.

133. Sunt principes qui excusationem prætendunt eo nomine, ut asserant se audire detractores, ad sic investigandum, & intelligendum culpas ministrorum: est error politicus: nam qui voluptate & auditate quadam maledicos audit, eis proclivis adhibet fidem: & indignatio plerunque anticipat judicium, quod si rectum est, non patitur dari condemnationem, parte non audita. In ore & auribus principis omnium fama, & honor tutus esse debet: ideo enim sceptrum Regi traditum est, ut omnes honoret. Herodem qui excepit magos Hierosolymis, vocat Evangelista Regem: *In diebus Herodis Regis.* At Herodem illum, qui in passione Christum despexit, non vocat alius Evangelista.

Detractores audiendi non sunt.

Matth. 2. Honor à rege præstandus.

Luc. 23. lista Regem, sed solum Herodem: *Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo.* Nam prior excepit magos honore & comitate, posterior Christum excepit dedecore & contemptu: qui autem honorat, Rex appellatur, qui despicit, & contemnit, non Rex, sed Herodes est. Vilitate actionis dehonestat, & extinguit princeps titulum majestatis.

Auditio detractio- nis prava.
Detraçtio palliata.
Matth. 8. 134. Vigilare super ministros, obligatio est regiminis: siquidem ab optimis ministris optima pendet administratio: verum audire libenter detractioem, & admittere aliorum despectum, vilis fragilitas est: siquidem à detractioe pullulat infamia illi qui se non tuetur: ideoque tantum exigit cautelæ prior actio, quantum abominationis posterior. Nam iis coloribus se induit, ac tegit humana malitia, ut invidia appareat zelus, ambitio libertas, odium compassio, & ipsa murmuratio laus. *Jesu fili Dei, cur venisti huc ante tempus torquere nos?* Diabolica architectatio est: intendit crudelitatis arguere Christum: *Venisti ante tempus torquere nos;* Et auspiciatur à laude, *Fili Dei.* Hanc Diabolus in orbem introduxit jam consuetudinem: sunt homines qui sermonem inchoant à laudibus, ut quò occultius, eò nocentius detrahant. Hos murmuratores vocavit David arcum pravum, seu retortum, & Ozeas arcum fraudulentum; cum enim in unum locum ictum dirigere videantur, emissà sagitta alium feriunt. Murmuratio simulata longe damnosior est quàm manifesta & immodica; nam hæc videtur odium, & invidia; illa judicatur zelus boni publici, qui passionem tegit, & dolorem levat.

Detraçtio non parit honestissimis actio- nibus.
Luc. 15. Murmuravit filius senior de suo illo magno patrefamilias eo quòd festa lautitia exceperit juniorem fratrem; *Postquam filius tuus hic, qui devoravit substantiam suam cum meretricibus venit, occidisti ei vitulum.* Nonne optimi parentis est benignè excipere, vestire, & alere prodigum filium, sui jam erroris conscium? Nonne solutio honestissima est naturalis debiti levare à miseria miserum ac egentem filium? Cur igitur murmurator talem actionem damnat? quia se videt carentem illis favoribus, quos optimus pater impendit prodigo, ut suæ obligationi satisfaciat. Torquet detractorem invidia & cupiditas, quærit murmuratio sic erumpens levamen doloris. Solent homines plus murmurare, quando majora, & honestio-

honestiora vident, quibus invideant. Sic se res habuit in Maria & Aarone, qui detraxerunt fratri suo Moyfi, cui tot erant nominibus obstricti. Erupit detractio ex invidia & ingratitude; Moyfes autem ita se gessit benignum ac temperatum, ut offensus illis opem ferret. Regia magnanimitas est ingratos sustinere, & à miseria levare; ac politica cœlestis est ulcisci injurias ministrorum, & murmuratores punire.

CAPUT XII.

Ingratitudo fecit populum timidum & ignavum.

§. PRIMUS.

Ex ignavo timore statuit populus Deum, ac Moysen servitute Egyptiaca commutare.

135. **D** Evenit populus ad locum cadis, qui cum esset propinquus Chanaan, injunxit Deus Moyfi, ut mitteret exploratores in terram: *Mitte viros, qui considerent terram Chanaan, quam daturus sum filiis Israël.* Si Deus promiserat tellurem illam suo populo, illamque tanquam optimam commendaverat, & nullus divinis promissionibus, ac verbis subesse potest dolus, vel error, cur præcipienda erat à Moyse talis telluris, & veritatis exploratio? *Num. 13.* Voluit Deus edocere Moysen, nullum bellum esse tentandum, vel gerendum, quin prius vires propriæ conferantur cum viribus hostium, divinamque promissionem non eximere nos ab humana prudentia. Josue promiserat Deus everfionem Jerico, ex solo tubarum strepitu eventuram, & tamen jussit explorari civitatem, quasi subigendam armorum viribus: *Ite & circuite civitatem armati.* *Jos. 7.* Miracula non speranda ex incuria, sed fide industriaque promerenda. Quando Deus voluit Pharaonem in mari subvertere, præcepit Moyfi, ut virga undas quateret, ut hac prævia diligentia, miraculum accideret. Adhibeat Moyses conatum, quem potest, ac debet, & tunc Deus operabitur in illius favorem, quod ille suis viribus.

ribus non potest. Subtrahere humanam diligentiam est retardare Deum, ne cooperetur nobis ad consecutionem magni finis. Satis superque est vis ac potestas sanguinis Christi ad salutem omnium hominum: & tamen ut effectu ipso salventur, vult Deus ut tali potestati adjungantur bona opera: qui verò parum curantes de bonis operibus segniter & oscitanter vivunt, nolunt in re & effectu salvari.

136. Ex singulis tribubus misit Moyfes duos exploratores, & præcipui fuere Caleb, & Josue. Explorata diligenter tellure, re-
Hebrei indignati contra Moysem & Deum.
 tulerunt fideliter exploratores terram esse fertilem, habitatores fortissimos, civitates magnas, & valido muro circumseptas. His auditis obstupuit populus, & præ timore exanimatus, quasi jam incidisset in manus Chananeorum, postquam conquestus est Moyfen & Aaronem, murmuravit de ipso Deo, quòd ipsum eripuerit à servitute, & opposuerit debellationi Chananeorum: proindeque statuit reverti in Ægyptum, & eligere principem à quo gubernaretur: *Constituamus nobis ducem, & revertamur in Ægyptum.* Nullus in rebus dubiis major hostis, quàm metus: quoniam eligit pro remedio majus periculum. In naufragiis priores, qui fluctibus obruuntur, sunt meticulosi: in præliis qui minùs evadunt, sunt qui plus timent. Quandiu Petrus fuit interritus, calcabat undas, & gressus movebat sicco vestigio: *Ambulabat super aquas.* Timore correptus, qui prius despiciebat fluctus, vidit se penè submersum: *Timuit, & cum cœpisset mergi, clamavit.* Idem Petrus in horto, omni procul timore se opposuit fortitudini totius armatæ phalangis: & in aula Caiphæ meticulosus à quadam foemina fuit subactus. Contra virum impavidum, quæcunque fortitudo debilitas est, contra pavidum, quæcunque debilitas reputatur ingens fortitudo. Absque timore vir quicumque resistit fortitudini: ob timorem superatur à debilitate, non quia parum fortis, sed quia nimis timidus.

Pollet metus tanta vi, ut destruat spem salutis, ubi quærenda & invenienda erat salus, & rapitur per majora pericula, ut quærat mortem propriis sibi manibus consciscendam. Metus acerrimus hostis est vitæ & honoris: siquidem absque ratione, & cum debilitate superat: cum foret Herodes Rex, ubi primùm exhibuit timorem,

morem, regio nomine per Evangelistam spoliatur: *Herodes autem turbatus est.* Qui se turbatum metu ostendit, Regiam nobilitatem amittit.

Scriptit Apostolus Christum venisse, ut nos eriperet à timore mortis: *Ut liberaret eos, qui timore mortis obnoxii sunt servituti.* Cur non dixit venisse Christum ut nos eriperet à morte, sed à metu mortis: siquidem mortuus pro nobis nos à morte liberavit? Nulla mors sævior & dirior est ad torquendum quàm timor mortis: quia cum mors sit in rebus maximè formidabilis, timor est horribilior, cum plus torqueat quàm ipsa mors. Ob timorem mortis se contulit Elias in desertum: *Timuit Elias, & surgens abiit.* Quomodo mortem timet, quam sitibundus appetit? *Sufficit Domine: tolle animam meam.* Anne contrarius in affectibus sibi ipsi Propheta est? Adeo crudelis est timor mortis, ut rigor ipsius mortis visus fuerit illi facilius, & tolerabilior.

137. Tentarunt duo illi exploratores animos addere populo, illicque suadere aggrediendum facinus, in memoriam revocantes divinam satis expertam protectionem, & beneficia, quæ à potenti Dei manu acceperat: *Dominus nobiscum est, nolite timere.* Verùm populus ita molestè & ægrè tulit suasionem hujusmodi, ut eos lapidibus appeteret: *Cumque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere.* Enituit tunc gloria Domini, & eos defendit: *Apparuit gloria Domini.* Gloria illa Dei erat nubes, qua Deus protegebat: declaratum est per gloriam patrociniū, quia nulla in Deo major est gloria, quàm protegere miserabiles: hos reddere protectos est apparere gloriosum: nam quod nobis pro remedio datur, ipsi Deo gloria est. Deum in throno crucis repræsentatum mortuum vidit olim Isaias: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum.* Et Joannes Evangelista hujusmodi visionem exponens ait Prophetam vidisse gloriam Dei: *Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus.* Si Isaias locutus est de morte, cur ait Joannes locutum de gloria? quia mors Christi plurimum habebat gloriæ illius, quia continebat plurimum remedii nostri: Talem reputavit Joannes, talem reputavit Dominus: cum enim egredere-
Populus vult lapidare exploratores.
Exod. 13.
Protectio miserabilium est Deo gloria.
Isai. 6.
Gloria Christi est hominum remedium.
Joan. 12.
Joan. 13.
 tur Judas, ut eum morti traderet, se glorificatum manere dixit Christus: *Nunc clarificatus est filius hominis.* Videbatur Christo se non.

non esse gloriosum nisi per mortem: ex eo quod illius mors nostrum remedium, seu redemptionem esset paritura. Idcirco Jeremias Christi crucem appellavit virgam fortem, & baculum gloriosum. Non solum quia per crucem & operatam in ea redemptionem homo jus ad gloriam, quod per peccatum amiserat, recuperavit, sed etiam quia crux nobis remedium ac salutem pariens reddidit Deum gloriosum.

138. Non sustinuit populus suasionem, quia revocabat in memoriam beneficia à Deo accepta: & ingratitude populi lapidibus armatur contra beneficia. Ubi primum Christus se Dei filium, hominumque redemptorem probavit, Judæi arreptis lapidibus illum intenderunt percutere. Suasio illa non solum referebat beneficia, sed etiam proponebat veritates: & veritates in Judæis nullum alium produserunt fructum, nisi lapides. Interrogarunt à Domino, an esset Filius Dei, exposuit illis Dominus veritatem, qua accepta, lapides illicò arripuerunt, ut jacerent. Utraque illa opportunitate voluerunt lapidare, quia veritates & beneficia non aliter à gente ingrata compensantur. Voluit Diabolus lapides verti in panem ad depellendam famem. Et homines arripiunt lapides ad depellendam tollendamque vitam illius, qui illis intimat veritatem. In lege scripta præcipiebat Deus pontificibus, ut imponerent rationali doctrinam, seu veritatem, & per ambitum ornarent lapidibus. Quasi ostendens veritatem, quam docerent, ipsis parituram esse lapides. Volebat tamen quod doctrinam seu veritatem gestarent in pectore, ut sic edocti, duris quantumvis appetiti lapidibus è corde nunquam excuterent veritatem. Lapidibus induebantur septem Angeli, quos vidit Joannes. *Vestiti lapide mundo*: quia cum forent concionatores, armabantur iisdem lapidibus, quibus impetendi erant; vel jam impetiti fuerant. Et quidem illis erat pro gloria, transacta persecutio. Veritas enim iisdem lapidibus quibus offenditur in terra, postea ornatur, ac fulget in coelo: nulla enim gloria patientiam pro veritate æquare potest. Nata est veritas in terra pro mundi remedio: *Veritas de terra orta est*. Et mundus semper infectatus est veritatem, cum enim sit ingratus, non potest non plus odisse, cui plus debet. Ingressi fuerant Iconium Apostoli Paulus & Barnabas, & multi ex incolis contra

Ingratitudo armatur lapidibus contra beneficia. *Joan. 10.*

Veritas lapidatur.

Matth. 4. Exod. 28.

Concinatorum lapidantur. *Apo. 15.*

Psal. 84.

tra eos arripuerunt lapides. *Lapidesque Paulum traxerunt extra civitatem. Quid? Nonne eosdem Apostolos tanquam Deos intenderunt colere? Dii similes facti hominibus descenderunt ad nos? Indicarunt illis Apostoli Euangelicam veritatem: Nos mortales sumus similes vobis, homines annunciantes vobis, ab his vanis converti ad Deum vivum.* Ubi primum illis innotuit veritas, pro ea extinguenda vel saltem fuganda arrepti sunt lapides, etiam contra eos, quos tanquam Deos venerabantur.

139. Unum vellem inquirere: nonne populus Hebræus satis perspectum habuerat, se Dei favore, à Pharaonis potestate ereptum, virga Moysis, & debellatum Amalechum, illius manibus in monte ad coelum erectis? Cur igitur, ita exhorruit Chananeos, ut divinæ protectioni diffideret? Erat populus ingratus, & ingratitude cum in se falsa ac fraudulenta sit, semper timet ac diffidit. Est enim poena individua comes ingritudinis semper timere, ac diffidere. S. Paulus æquavit in reprobis iudicii expectationem Gehennali igni; quia huic tanquam supplicium adjungendus est timor & diffidentia: *Terribilis autem quedam expectatio iudicii, & ignis amulatio.* Et ingratus jam in hac vita sustinere incipit poenas reproborum: quia ingratitude signum reprobationis est.

Valor felicitatis ramus est, & confidentia brachium felicitatis, quibus Caleb & Josue Deo benefico gratificati, totius promissionis telluris dominatum obtinuerunt. Beatam spem vocavit Apostolus cœlestem felicitatem: *Expectantes beatam spem.* Exponit beatitudinem ex confidentia: quasi qui de felicitate certus vivit, non possit esse infelix. Mundi hujus infelicitates non experietur, qui suam omnem spem, ac fiduciam in Deo reposuerit.

140. Opportunitate alia concepit populus unà cum timore hostium, diffidentiam protectionis divinæ: & Raab populo exanimato ut erigeret animos, revocavit in memoriam beneficia à Deo accepta in transitu maris rubri. Miraculum retulit, & adjecit: *Dominus Deus vester ipse est.* Cur excitat memoriam beneficiorum timido ac diffidenti populo? Ut sciret se beneficiis acceptis gratificantem, ab omni timore periculi eripiendum: cum ingratitude eum redderet meticulosum ac diffidentem. Memoria beneficiorum peperit ipsi Raab cœlestem protectionem. Beneficiorum obli-

Ingratitudo parit diffidentiam.

Ad Heb. 10. Reprobationis signum ingratitude.

Spes in Deo est beatitudo. *Ad Tit. 2.*

Gratitudo eripit à periculis.

Num. 14.

vio eundem illum populum destruxit. Deus ipse qui foeminae gratæ opem tulit, punivit populum ingratum.

Amor divinus cur abscondatur. Eccl. 9.

Nescit homo, utrum odio, an amore dignis sit. Cur divinus amor erga homines manet in occulto, & hominibus absconditur? Ne homines parum curent de amando & colendo Deo: sed circa Dei amorem & cultum solliciti perseverent. Ea enim prisca hominum consuetudo est, dum certò cognoscunt amari, se in correspondendo desides & oblitos exhibere. Igitur ut solliciti procurent salutem suam, & ad cœlestem anhelent gloriam, ignorent divinum amorem: si enim sciverint, exponunt se periculo amittendi, ex gratitudinis defectu: eadem ratione voluit Deus in expugnatione Canaan probare sollicitudinem populi: sed ingratitude sollicitudinem vertit in amorem: & amor statuit libertatem servitute commutare quia timor cum ingratitude infidelis, & ignavius est.

§. SECUNDUS.

Plus est quod timemus, quàm id quod patimur.

141. Non solum populus tanquam segnis expavit, sed timore ipso plurimas lacrymas effudit: *Omnia turba flevit nocte illa.* Et certè magna inficitia est mala formidare antequàm eveniant, capere dolorem nondum advenientem: nam dolorem duplicat qui ante tempus torquetur. Et quidem crudelius semper est quod timemus, quàm quod patimur. Super duritia multorum lapidum vitium Jacobo est se dormire, quando in Mesopotamiam iter agentem sopor invasit: *Tulit de lapidibus qui jacebant, & supponens capiti suo dormivit.* Esomino tamen excitatus unum tantum invenit lapidem, quem erexit in monumentum, & Dei honorem: *Surgens ergo Jacob mane tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum.* Si tulit multos lapides, ut recumberet, cur mane unum solum invenit, quem erigeret? Ante quàm domiret, plures erant, & postquam evigilavit, unus apparuit? Solent labores in imaginatione plures esse, quàm in experientia: multos Jacob imaginatur lapides, unius tantum duritiam expertus est.

Timor duplicat dolorem. Num. 14.

Gen. 28.

Fugit Elias Jesabelem molientem spoliare vita ipsum prophetam:

tam: nullum enim fuga aptius remedium est ad declinandam foeminae indignationem: cum verò iter ageret per solitudinem, ad umbram cujusdam arboris mortem expetivit, ut finem tot insectationibus imponeret: *Petivit anima sue, ut moreretur.* Quomodo expetebat mortem, si mortem fugiebat? In urbe timuit Elias mortem, in solitudine mortem amavit: & mors quando timetur, mors apparet, quando amatur, vita videtur. nulla mala sunt mala, si amentur, solum formidata mala erunt. Christus in horto sola mortis cogitatione eò devenit, ut ex omnibus corporis partibus sanguinem emitteret. In Calvario ita promptus & animosus occubuit, ut inclinatione capitis morti annueret, faceretque accedendi potestatem. Quid? in horto tanta debilitas, in Calvario tantus valor? Ita: timuit in horto mortem: *Cæpit pavere & tedere.* In Calvario appetiit mortem. *Oblatus est, quia ipse voluit.* Et mors talis non est desideranti, sed timentis.

Mors desiderata non videtur mors.

3. Reg. 19.

Mala formidata sunt verè mala.

Luc. 23.

Marc. 14. Mala absentia plus timentur.

Passio Christi in Thabore visa fuit excessus, in executione calix: nam poenæ quæ in absentia crescunt, in præsentia minuuntur: absentes enim timor auget, præsentis experientia minuit. Aggredienda facinora assimilantur rosæ, quæ spinosa nascitur: postquam verò optatis respondet eventus, omnes præteriti labores apparent leves, imò jucundi: & quidem nulla sine labore gloria parta est.

Isai. 43.

142. Propter rebellionem populi Deus excandescens, dixit Moyfi se dira pestilentia universum populum illum deleturum: ubi verò Moyfes pro rebelli populo veniam deprecatus est, opponens Deo ipsi suam infinitam misericordiam, statim pro illo veniam obtinuit: *Dimisi (inquit Deus) secundum verbum tuum.* Petitio nostra erga Deum adeo potens est, ut nos hortetur Apostolus ad petendum simul, & gratias agendum: *Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione, & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deum.* Priori loco gratificationem posuit, & deinde beneficium per præces obtinendum: est enim Deus adeo festinus in benefaciendo, ut nostris precibus nondum fufis, sed fundendis annuat, nostraque vota explicata anticipet. Id multum commendavit Suetonius in Imperatore Gratiano, quasi foret velocior in largiendo, quàm sui Imperii Vassalli in desiderando. Hac de causa Deus Moyfi efflagitanti veniam pro populo non dixit: *Dimittam:*

Miserordia Dei in pariendo.

Petitio Deo obtinet.

Num. 14.

Ad Phil. 4.

Largitas Imperatoris Gratiani.

sed *Dimisi*, non locutus de futuro, sed de præterito: quasi antequàm Moyses appeteret, & peteret veniam, Deus remiserit injuriam: non quòd Moyses id jam desideraverit, sed quòd Deus desiderium previderit.

Verùm cur tam velox est Deus ad condonandum, impendendum que veniam genti ingrata? Quia ingratitude & ignavia tanquam supplicio nimis duro & acerbo satis populus affectus erat: ingratus homo non est, ignavus non vivit: illum sua essentia ac natura vitium privat: hunc timor ipse interficit: denique metus ita occupavit & obruit illos omnes Hebræos populi tumultuantis ac rebellis, qui se meticulosos exhibuerant, ut tanquam ingratos & ignavos in ipsa solitudine sepeliret: Nam plus est quod timemus, quam id quod patimur.

CAPUT XIII.

Præcipit Deus separari ingratos populi

tanquam gentem tabidam, & infectam.

§. PRIMUS.

Propria ingratitude supplicium fuit ingratorum.

Ingratitudo ipsa est supplicium.

Num. 14.

143. **C**ondonata pœna pestilentiae, injunxit Deus Moyse, ut è populo segregaret omnes, qui ætatis viginti annos excederent, demptis Caleb & Josue: deinde segregati reverterentur in Ægyptum, juxta id quod rebelles ipsi statuerant. Condonavit illis rebellionem: supplicium verò quo eosdem affecit, fuit propria ipsorum ingratitude. Quando enim crimen infame est, crimen ipsum supplicium est. Deus iis qui Verbum incarnatum receperunt, contulit in præmium potestatem, ut fierent Dei filii: nullum verò legimus inflictum supplicium iis, qui non receperunt: *Et sui eum non receperunt: quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Si Deus æquè justus est in præmio conferendo, atque inferendo supplicio, cur se ipsum acceptant esse afficit præmio, & non afficit supplicio respuentes? Quòd homines respuerint

spuerint, Deumque à se abjecerint, fuit peccatum ingratitude, utpote neglectio tanti beneficii adventus Dei, est autem ingratitude tam vile, & infame peccatum, ut sufficiat pro supplicio. *Supplicium est ipsa culpa.* Caimo relicta est vita pro pœna: quasi infamia proditionis illi foret pœna prolixior ac durior, quàm mors: quia per mortem clauditur infamia vitæ, & per vitam infamem vivit quis in morte.

Deus ostende mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne obliviscantur populi mei. Dixit David propheticè: *Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Dominus.* Sic videtur orare Christus Parentem suum à quo deprecatur ne occidat Judæos hostes suos, quasi ingratitude illorum sufficiat illis pro supplicio; sed dispergat eos per universum orbem: ne tempore aliquo excidat è memoria fidelium excessus, quem pro illis implevit Christus moriens cruci affixus per ingratos: nam ad conspectum ingrati plus elucescit gratificantis excessus. Labanus se exhibuit ingratum erga Jacob, quando illi denegavit suorum laborum mercedem: & Jacob tanquam gratus amoris Rachelis se exhibuit erga illam, ardentissimum amantem. *Psal. 38.*

Gen. 29.

144. Duo in ingratitude contemplari licet, alterum nullum inveniri par supplicium, quo mulctetur, alterum nullam posse excogitari rationem, ob quam committatur. Nullum reperitur supplicium ingratitude, quia quodcunque est impar, longèque inferius tanto sceleri. Nulla invenitur ratio ob quam committatur: quia ingratitude genuinus partus est irrationalitatis. *Ingratitudo est omnino irrationabilis.* *Quid est quod dilectus meus* (inquit Deus) *ferit scelera multa?* Magna Deo cura scire quid moverit hominem Deo charum, ut ipsi Deo ingratus fieret. *Jerem. 11.* *Quid est?* quasi dicat, qua ratione ductus & impulsus? *Quid?* Deum sapientiam infinitam latet aliquid? Si Deus nescit, quis ei indicare poterit? Voluit supremum numen nos docere nullam dari etiam apparentem rationem, qua ducatur ingratus, ut tam infano vitio laboret. Ut quis sit lascivus, pulchritudo objecti delectabilis irretit: ut sit avarus, aurum, & pecunia obsæcat: verùm ut sit ingratus, beneficiaque compenset injuriis, nulla omnino ratio etiam falsa & apparens movere potest: & ideo nescitur à Deo. Injunxit œconomus suo paterfamilias, ut solveret mercedem illis hominibus, qui in vinea laborem suum impenderant, & illi ad solutionem

Matt. 20.

cœperunt queri, & murmurare: *Accipientes murmurabant.* Postea idem paterfamilias in regionem quandam iturus talenta sua clientibus dispersit, & cum uni daret quinque talenta, alii duo, alii unum tantum, nullus ex illis videns similem inæqualitatem conquestus est, & murmuravit. Cur in prioribus, & non in posterioribus servis ingrata illa querela? In posterioribus elucebat ratio; siquidem in talentis illis figurabatur mens ornata scientiis: illique proinde erant viri præstantes ingenio, & ingenui, priores erant famuli viles, ligonibus assueti, ac rudes, & ideo accipientes murmurabant; nam solvere linguam ad murmurandum de benefactore, cum sit effectus ingratitude, reperi nequit nisi in justiciis, vilissimis & abjectissimis servis.

Detractio est vitium rusticorum.
Diviso perdit.
Num. 14.
Gen. 13.
Gloria ex unione.
Gen. 11.
 145. Executus est Moyfes separationem, & cum separati reverterentur in Ægyptum, omnes infeliciter in solitudine perire: *Mortui sunt, atque percussi in conspectu domini.* Ingratitudo fuit causa separationis; sed divisio ipsa supplicium. Divisus est Loth ab Abrahamo tanquam ingratus, & in divisione reperit captivitatem. Voluerunt præsci mortales condere magnificam civitatem, ut sic compararent nominis gloriam & celebritatem in orbe universo, sed notarunt id fieri oportere ante suam in varias partes divisionem: *Antequàm dividamur.* Quasi postquam fuissent divisi nequirent se exhibere gloriosos: nam unione gloria comparatur, divisione perditur. Idcirco Deus cum vellet infanos eorum conatus intercipere, divisionem induxit: & illi videntes se divisos, à molitione civitatis destiterunt: nam sicut unione omne opus executioni mandatur, ita divisione nihil perficitur.

Luc. 9.
 Voluit Petrus in Thabore fabricare tria tabernacula, & tanquam nescius objurgatus fuit: *Nesciens quid diceret:* Quod commisit Petrus crimen, ut tali censura plecteretur? Meditatus est divisionem inter tabernacula: *Faciamus hic tria tabernacula: tibi unum, Moyse unum, & Elie unum.* Qui in tabernaculis molitur divisionem, eam videtur velle ponere in animis. Ad conspectum gloriæ, qua Petrus fruitur, divisiones conatur: ideo inscitia arguitur: magna enim inscitia est putare, data divisione reperiri posse gloriam, sed tantum Dei supplicium acerrimum, quale miserimus populus expertus est.

146. Duplici

146. Duplici ex causa sepelivit Deus in deserto viros illos divisos: altera, quia ingratitude malum tabiferum, & infectivum est, peste autem infectiva sublatis in solitudinibus sepeliri solent: altera, quia æquum est nullum ingratorum super esse nomen ac memoriam: siquidem ingrati sunt peiores ipsis beluis: hæ enim sæpè gratificantur suis benefactoribus, ingratus autem quò plus accipit, plus offendit.

Ejecit Christus Dæmonium è corpore cujusdam hominis in templo: & cum circumstantias omnes hujus historiæ minutim narrevit Lucas, silentio præterit nomen hominis, in quo miraculum editum est: *Erat ejiciens dæmonium, & illuderat mutum, & locutus est mutus.* Quia cum foret adeo ingratus, ut non aperuerit os ad Dominum commendandum, eique debitas grates referendum, dignus fuit æterna nominis oblivione. Silentio involuit Joannes tribum Ephraim, cum meminerit de aliis inter beatos. Cum enim ob ingratitude se à reliquis tribubus diviserit, par fuit, ut sui nominis gloriam, ac memoriam amiserit: nam propria ingratitude supplicium est ingratorum.

§. SECUNDUS.

In supplicio ingratitude populi adest documentum divinum ad regimen Principum.

147. Separatione per Moysem executioni mandata tribus satisfecit Deus scilicet implens justitiam, clementiam, & verbum: Satisfecit justitiæ: quia punivit ingratos suamet illorum ingratitude: satisfecit clementiæ, quia pepercit minori culpæ obnoxiiis: implevit suum verbum, quatenus dedit electis terram promissionis. In tribunali divino nulla est justitia, cui non admisceatur lenitas: in humano supplicium est merus rigor. Punivit Deus populum rebellem, & cum omnium esset culpa, poena affecit pauciores. *Devoravit extremam castrorum partem.* Punivit Josue Acham propter auream regulam, quam surripuit in direptione Jericho: & supplicium comprehendit universam familiam Acham: *Lapidavitque omnis Israël, & omnia quæ illius erant, igne consumpta sunt.* Nec potest justitia, imò nec clementia stare sine moderatione: nam in rerum extrematibus.

*Lenitas se-
veritati
miscenda
est.
Apo. 5.* mitatibus adest periculum, in medio consistunt virtutes. Si Prin-
ceps omnibus parcit, se exponit contemptui: si omnia punit, cru-
delitatis arguitur. Christus Joanni iteratò apparuit, modò instar
Leonis, modò instar agni: cur non semper Leo, cur non semper
agnus? Erat Christus Rex, & Rex nec semper se debet gerere Leo-
nem se veritate, nec semper agnum mansuetudine. Discant Reges
terreni à cœlesti Rege.

*Severitas
lenitate
temperan-
da.
Ad. Heb. 9.* 148. Suppetunt duo ad hanc firmandam doctrinam exempla,
si vellent insistere exemplis Principes, vel magistratus. Alterum est
jussisse Deum, ut in arca testamenti fervaretur simul virga Moysis
cum manna: *In quâ urna aurea habens manna, & virga Aaron.* Al-
terum, prædixisse Isaiam è radice virgæ Jesse erupturum florem:
Et flos de radice ejus. Virga rigoris symbolum est: voluit igitur osten-
dere Deus virgæ duritiam esse mitigandam dulcedine manna, &
suavitate floris: supplicium esse debere simul loco pœnæ, ac me-
delæ, & eum, qui plus ineditur, melius punire. Injungit Christus
Petro, ut devoret vas animalium immundorum, *Occide & manduca.*
Ab. 11. Ut Petrus Ecclesiæ Princeps sciret non omnia summo rigore pu-
nienda, sed quandoque, si oporteret, esse devoranda peccata sub-
ditorum, sicut idemet Christus ea in cruce potavit pro hominum
remedio: quia nec justitia, nec clementia ulla esse potest sine mo-
deramine.

*Promissio
à Principe
implenda.* 149. Cum Deus satis esset liber ab obligatione implendæ pro-
missionis ob rebellionem populi se reddentis indignum terra pro-
missa, implevit tamen: ut doceret Principes, ipsorum promissiones
excusationi non subesse: cum sit tolerabilius dare non merenti,
quàm deesse verbo & veritati promittentis. Dare non merenti olet
prodigalitem, non dare quod promissum est, mendacium: nimia
largitas ex causa cohonestari potest, mentiri summus in homine de-
fectus est: & una ex præcipuis qualitatibus hominem afficientibus
est veritas: nam hominis mendacis idem valor est atque monetæ
falsæ, seu adulterinæ. *Cum jam omnia essent consummata, ut consum-
maretur scriptura, dixit, sitio.* Si omnia jam consummata erant, quo-
modò supererat aliquid consummandum? Erant omnia consum-
mata quoad redemptionem, non tamen quoad impletionem scri-
pturæ, & honorem Christi, ad quem pertinebat implere verbum,
quod

quod protulerat, *Et insiti mea potaverunt me aceto.* Et cum oppor-
tunitate illa crucis declaratus fuerat Rex: *Rex Judæorum*, summo-
pere expediebat Regale verbum implere.

150. Pluris debet facere Princeps veritatem, quàm potentiam, *Veritas in
principio
potior
quàm pote-
stas.
Luc. 1.* ut semper affectet se exhibere potius veraciorem, quàm potentio-
rem; & in hoc Deum æmuletur: *Non est impossibile apud Deum omne
verbum.* Cur non dixit *omne opus*, sed dixit *omne verbum*: quasi pos-
sibilitas non in opera, sed in verba caderet? Opus ad potestatem,
verbum ad veritatem spectat: Deus igitur significare nobis voluit
se pluris facere veritatem suam, quàm potentiam, velleque se re-
putari potius veracem, quàm potentem. Inhibuit Deus sacrificium
Abrahamo, quando jam elato brachio in promptu erat ad infli-
gendum vulnus filio suo Isaac: *Ne extendas manum tuam super pue-
rum.* Cur Deus intercipit sacrificium Abrahami, si in hoc videtur
impedire suam potentiam, & sublime dominium in hominum vitas,
ut homo filium hominem sacrificet? Promiserat Deus Abrahamo
se facturum Isaacum parentem familiæ admodum copiosæ, si illa
gladio interiret, maneret spes hujusmodi promissionis intercepta;
ne igitur spes abjiciatur, maneat impeditum sacrificium; Deus
enim pluris facit veritatem sui verbi, quàm efficaciam suæ po-
tentia.

151. Hinc facilè oritur idem esse in Deo dicere & facere, seu lo-
qui & operari. Retulit Moyses omnia opera creationis, seu molitionis
hujus mundi, & in singulis repetit verbum & opus: *Dixit-
que Deus: fiat lux, & facta est lux. Dixit quoque Deus; fiat firma-
mentum, & fecit firmamentum.* Nonne satis erat narrare operatio-
nem, cur in singulis operationibus verbum repetit? Noluit Moy-
ses esse satis: quia voluit homines sibi persuadere in Deo æquè na-
tivam esse in dicendo veritatem, atque in operando omnipotentiam.

Ut Deus olim convinceret Hebræos ad assequendum visu, quæ
illis verbo protulerat: *Vidistis* (inquit) *quæ de cælo locutus sum vo-
bis.* Ad aures spectat quod ore profertur, & non ad oculos: vox
auditur, opus cernitur. Cur igitur ait Deus Hebræos vidisse, quæ
ipse de cælo locutus fuerat? quia in Deo verba & opera quibusdam
vinculis annectuntur: sunt in Deo semper verba associata operibus.

Matth. 11. Hoc testatus est Christus discipulis Baptistæ: *Renunciate Joanni quæ audistis, & vidistis.*

Veritas est principis virtus peculiaris. 152. Veritas adeo peculiaris virtus principis est, ut nemo sine veritate princeps esse possit. Mendaci nemo fidem habet: mendacem colit, & honorat nemo. Romani statuam veritatis in Capitolio juxta Jovem collocarunt: quia sine veritate neque divinitatem, neque rectam administrationem posse consistere intellexerant. Lisander effigiem veritatis in pretioso lapide sculptam collocari in suo sepulchro jussit, ne etiam post mortem à veritate oculos deflecteret. Augustus veritatem dixit virtutem regiam. Joannes quando vidit divinum verbum multiplici corona redimitum:

Apo c. 12. *Veritas in solo Deo.* *Et in capite ejus diademata multa.* Observavit in eo veritatis nomen esse: *Fidelis & verax.* Notavit veracem, quia consideraverat Regem sublimem. Fundamento enim veritatis rectè nititur corona. Divinum Balthazar arbitratus est Daniele, quando illi Daniel exposuit paucos characteres, qui continebant magna supplicia:

Dan 5. *Audivi de te, quoniam spiritum Deorum habeas.* Si Danielis socios non existimavit divinos, quando illæsi evaserunt flammæ, cur divinum putat Daniele, quando exponit characteres? Socii Danielis ostenderunt robur ac generositatem in subeundis tormentis: Daniel multum excelluit in exponendo Regi veritates: ex quo prædicto Rex cognoverat illum habere Dei spiritum, siquidem solus Deus veritas est, & verum loquitur.

Mendacium dedecet principem. 153. Qualitates duæ afficiunt mendaces, utraque indigna principatu, scilicet vilitas, & ignorantia: idcirco etiam inter bestias mendacibus denegata corona est. Vilissimæ inter omnes sunt malitiosæ & fraudulentæ. Leo, Aquila, & Delphin Reges sunt terræ, Aëris, & Oceani, quia carent astutiis & fallaciis vulpium, perdicum, & cancrorum: *Leones & aquile dolis carent,* scripsit Plinius senior.

Mendacium vile est. Excusavit se rusticus mendacio, quando ad cœnam invitatus fuit, prætendens se velle scire quod emerat, peracta jam emptione: *Juga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me excusatum.* Se excusavit mendacio, quia rusticorum ac vilium mentiri est: & nulla ignorantior gens est, quàm mendax. Phariseis dixerat Christus exultavisse Abrahamum, cum illius diem videret: quibus verbis

verbis quasi se implicantibus non acquiescentes arguebant Christum nondum quinquaginta ætatis annos implevisse, & vidisse Abrahamum: *Quinquaginta annos nondum habes, & Abrahamum vidisti?* *Joan. 16.* Stolidæ argumentatio. Cum dixisset Christus suum diem ab Abrahamo fuisse visum, illi inferunt non potuisse Christum utpote ætatis longè inferioris vidisse antiquissimum Abrahamum. Doctores & magistri legis sic incohærenter arguunt, non percipientes verba Christi. Erant mendaces, proindeque veritatis hostes: *Si veritatem dico vobis: quare non creditis mihi?* Mendaces autem in discurrendo & arguendo sunt valde ignorantes.

Ut fratres Josephi suaderent parenti Jacob illum esse mortuum, exuerunt veste, quam macularunt sanguine, & obtulerunt, dicentes a belua fuisse devoratum, seque solam tunicam cruore imbutam eripere potuisse: qua malitia fratrum mendacium cognita, exclamavit senex: *Fera pessima comedit eum, bestia devoravit Joseph.* *Gen. 37.* Mirabilis inscitia fratrum mentientium: vel enim fera non laceraverat Josephum antequam exueret, vel vestitum invaserat & comederat: si primum, hoc est jam exutum laceravit, cur afferunt tunicam sanguine madentem? si secundum, hoc est, si vestitum invasit ac laceravit, cur afferunt tunicam integram? Voluerunt fratres illi mentiri, & mendacium, cum à vero semper deviet, semper in discurrendo præfert stultitiam. In mendacio reperit populus supplicium suæ ingratae rebellionis: siquidem in solitudine rebellavit contra Deum, & voluit reverti in Ægyptum: quare ob ingratitude manfit sine Deo sepultus in deserto tanquam rebellis: quia ingrati separandi sunt ab humano convictu tanquam gens tabida, & infecta: & qui à Deo, qui est veritas, deflectit, cum mendacio in Erebo sepelitur.

CAPUT XIV.

Ingratitudo populi fuit infidelis,
& immedicabilis.

§. PRIMUS.

Mala inveterata sunt sine remedio.

154. **S**eparavit Deus à populo seniores, at non à populo ingrati-
gratitudo separata est. Nam æquè ingrati fuere electi & separati: Coreb enim regiminis avidus, flagransque ambitione defecit contra Moysen: multique de electis populi adhærentes Coreb conjurarunt, ut deturbarent Moysen à regimine: *Surrexerunt contra Moysen.* Quia ingrati-
gratitudo populi fuit semper infidelis; ingrati-
gratitudo enim & infidelitas sunt individuae comites.

Duo occurrunt in hoc loco animadversione digna; alterum Coreb aspirasse ad principatum Moysis; alterum non resipiscere populum ab ingrati-
tudine satis monitum suorum parentum supplicio. Quid? Moyses justus efflagitat à Deo regiminis levamen, & Coreb pravus adspirat ad regiminis onus? In promptu est difficultatis solutio: justus ex humilitate appetunt descensum, injusti ex superbia ad ascensum semper anhelant. In Christi baptismo vidit præcursor Joannes tertiam S. Trinitatis personam supra Domini caput descendentem; *Vidit Spiritum Dei descendentem de caelo &c.* Isaïas è contra vidit Luciferum conantem ascendere; *Qui dicebat in corde suo; in caelum conscendam.* Quid? descendit de caelo spiritus divinus, & curat ascendere spiritus Angelicus? Ita; quia spiritus ille sanctus est; spiritus hic pravus; contrariis pugnant inter se qualitatibus bonus & malus spiritus. Conatur malus ascendere, conatur bonus descendere. Nonne malus descensum, bonus ascensum meretur? cur igitur tam oppositi conatus? quia alter ascensu dignus, alter indignus est; ideo dignus appetit descensum, indignus ascensum. Coreb appetebat regimen, quod respuebat Moyses, quia Moyses sanctus, Coreb perversus; hic destitutus
meritis,

*Justi humiles, in justis superbi.**Matth. 3.
Isai. 14.**Dignitates appetuntur ab indignis.*

meritis, ille cumulatus; nam ambitio comitatur deteriores.

155. Indignatus divinus conditor contra ambitiones, eos terra devoravit; *Aperiens os suum devoravit illos.* Nam centrum terræ ambitionis centrum est. Anhelavit Coreb ad locum in mundo sublimiorem, & invenit locum miserrimus in profundo Erebro. Nam qui plus appetunt ascendere, sunt qui solent profundius descendere. Quando Christus inspexit Capharnaum, dixit hujusmodi civitatem fuisse usque in caelum evectam, ut rueret in infernum; *Et tu Capharnaum usque ad caelum exaltata, usque ad infernum demer-* *Luc. 20.*
geris. Cur dominus huic potius civitati, quàm reliquis præfagivit ruinam? quia hæc præ reliquis voluit ascendere, & ex ascensu debuit originem trahere descensus & ruinæ. In supremo die stellas de caelo casuras dixit Christus; *Stella de caelo cadent.* Cur non solem casurum prædixit, sed stellas? quia stellæ occupant sphaeram superiorem, sol inferiorem, stellæ lucent in caelo octavo, sol in quarto fulget; nullum præfagium cadendi certius est, quàm locum valde sublimem & altum occupare. Ita omnis ascensus descensui obnoxius est, ut quò sublimius ascenditur, eò infelicius descendatur. Et si ascensus festinus fuit, etiam eadem festinatione descensus continget. Ascendit Zachæus arborem quandam, ut videret Christum prætereuntem, & Dominus confestim illi præcepit, ut celeriter descenderet; *Festinans descende.* Modo ascendit, & jam descendere præcipitur? Ita, quia in poenam ambitionis humanæ statutum est hominibus, fluxè descendere, qui breviter ascendunt; idcirco festinans descendit Zachæus, quia præcurrens ascendit. Aedificium quod sine lento ac solido fundamento nimis celeriter erigitur caelo æmulum, in terram nimis properanter ruinam trahit. Poma intempestivam adeptam maturitatem, decidunt ab arbore perquam cito. Zachæus quem natura pusillum fecerat, qui hactenus non animabat inter alios, momento ita ascendit, ut sublimis reliquorum omnium capitibus superstet! hoc non patitur Christus, nec in republica Christiana sustinendum esset, in qua æquum est, ut honores per gradus comparentur.

156. Ascensus nimius, & per aëra fieri nequit absque auxilio & industria dæmonis, qui conatur hac via corporibus ruinam, & animabus damnationem. Nam qui suadet volatum supra omnium
capitibus

*Ambitio habet centrum in profundo terræ. Num. 16.**Matth. 25.**Ruina è loco sublimiori certior est.**Luc. 19.**Ascensus proximus descensui.**Superbia intendit calcare pedibus Deum.*

capita, intendit calcare Deum pædibus. Quis non observat locum, in quo tentator dæmon collocavit Christum, à quo in conflictu gula fuerat superatus? collocavit supra templi cacumen: *Statuit eum supra pinnaculum templi.* Quasi dæmon sic discurreret in contemptum Dei circa Christum, quem ut purum hominem judicabat, scilicet talem hominem, si ascensus erat volando per aëra, oportere ut templum protereret, Deumque ipsum pedibus calcaret.

Hoc idem evenerat superbo Lucifero, quando intendebat ita ascendere, ut volatu unico collocaret se, ac thronum suum super stellas: *Super astra Dei exaltabo solium meum.* Si interrogemus à Davide, quo in loco Deus suum habeat thronum, in sole respondit: *In sole posuit tabernaculum suum.* Sol assidet circumrotatus in quarto cælo, stellæ in octavo: cum igitur Deus suum habeat solium in quarto cælo, & Lucifer conetur suum collocare in octavo, intendit procul dubio thronum Dei manere infra suum thronum. Nec mirum est, cum enim superbus spiritus anhelaret sublimem ascensum, hoc fieri non poterat nisi præculcando conscientiam, Deumque terendo pedibus.

Ambitio & vanitas leges omnes divinas violat, propriis etiam deest muneribus, eo tantum fine ut ascendat, & augeatur. Interdum tamen ipse honos ambitiosum præcipitat in ruinam. Obtulerunt Magi Christo nato aurum, thus & myrrham. Figurabatur in auro sublimitas Regis, in thure dignitas summi sacerdotis, & in myrrha mors ac sepulchrum. Quid igitur cum Christi dignitatibus mors & sepultura? Honores, quos mundus offert, secum afferentes mortem, privant vita, mandantque sepulchro.

157. Quoad secundam illam animadversionem, dicendum est, populum ab ingratitude suorum majorum nullo modo discessisse, quia sanguine ipso hæreditarium hauserat vitium, cui non statim remedium adhibitum est, proindeque mansit immedicabile. Nihil in malo aliquo pejus est, quàm dilatio in remedio adhibendo. Negavit Petrus Magistrum suum: ubi tamen Magister in illum oculos conjecit, statim reus agnovit, delevitque culpam. Deliquit Adam, & cum Deus illum vocaret, in latibulum sese abdidit, ne videretur: *Abcondit se Adam.* Disparitas in eo fuit, quod

quod Petro adhibitum est remedium ita propere, ut præveniret tempus matutinum, scilicet ad galli cantum: *Cantavit gallus.* Adamo fuit dilatatum remedium usque ad tempus vespertinum: *Post meridiem.* Facile purificavit Deus linguam Jeremiæ: ad purificandam verò Isaia linguam cauterio igneo opus fuit: utriusque purificationis discrimen ex eo petendum, quòd vitium in Jeremia novum ac puerile erat: *A. A. nescio loqui: quia puer ego sum.* Vitium in Isaia antiquum & virile erat: *Vir pollutus labiis ego sum.* Mala inveterata vel difficile habent remedium, vel omninò remedio carent. Nam consuetudo æquis pollet viribus, ac natura. Vitia igitur hæreditaria, quæ nempe cum sanguine à majoribus derivatur, & per longas jam convalescere moras, soli omnipotenti Deo subsunt, ut curentur.

158. Non recipuit populus, nec se in meliorem frugem recepit exemplo Coreb: nam ingratitude infidelis correctionis incapax est. Murmuravit de Moyse & Aarone propter supplicium, quo Deus affecerat ambitiosos: *Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israël sequenti die contra Moysen & Aaron: Vos interfecistis populum Domini.* Et Deus igne absumpsit detractores: siquidem infidelitas ingrata igne punienda est; sed ipso supplicio murmurationis ignis magis ascensus fuit; nam mala inveterata sine remedio sunt.

§. SECUNDUS.

Quid evenerit Moysi in remedio populi Dei.

159. Murmuravit iterum populus de Moyse & Aarone, quasi ab illis enecaretur fiti. Ad Deum igitur se contulerunt duo fratres, imploraruntque à Deo remedium ad populi sitim restringendam. Deusque se illis manifestavit: *Apparuit gloria Domini super eos.* Non super detractores, qui Moysen & Aaronem injuria affecerant; sed super Moysen & Aaronem, qui injuria affecti quæsierunt, & petierunt remedium pro suis detractoribus. Non est gloria Dei manifestanda illis, qui pro bono malum retribuunt, sicut populus retribuebat, sed manifestanda est illis, qui pro malo bonum reponunt, sicut Moyses & Aaron reposuerunt.

Tria tamen visa sunt hac opportunitate, populum non resipiscere ab ingratitude sua ex suppliciis, & favoribus: Moysen excedere Dei mandatum, quando se illi Deus manifestat: Et Deum opem ferre populo magis ac magis infideli. Injunxit Deus; Moyse ut Aarone sociatus coram populo in solitudine alloqueretur lapidem, certus omnino quod lapis esset effusissimè largiturus aquam pro universi populi siti restringenda: *Loquimini ad petram coram eis, & ipsa dabit aquas.* Quærit Moyses lapidem juxta Dei præceptum: cum tamen deberet solum alloqui lapidem, bis illum virga percussit: lapis verò obedientior Moyse in aquas largissimè effunditur: *Percussiens virga bis silicem egressæ sunt aquæ largissimæ.* Lapis iste juxta Apostolum figurabat Christum: *Petra autem erat Christus.*

Num. 20.
1. Cor. 10.
Patientia figurat Christum.

Exod. 17.

Dan. 5.

Obedientia in ministris Principis.

Petendum modo est, cur lapis hujusmodi repræsentet Christum, cum lapis alter montis Horeb illum non repræsentaverit? Dicam paucis, quid sentio: lapis montis Horeb ad effundendam aquam unicum pertulit vulnus: *Percussit petram, & exibat ex ea aqua.* Lapis illa solitudinis duplicatum ictum passus est, qui verò plus patitur, magis exprimit Christum, filium Dei. Angelus fuit à cælo lapsus, in fornacem Babylonicam, qui cum tribus pueris inter flammam ambulabat: *Angelus autem Domini descendit cum Azaria & sociis ejus in fornacem ignis ardentis.* Et tamen Nabucodonozor appropinquans fornaci dixit se videre filium Dei: *Species quarti similis filio Dei.* Si quando descendit erat Angelus, cur modò est Filius Dei? Quia modò ambulat inter debacchantes flammam tanquam figura patientis: quis autem patitur malum etiam figurativè & apparenter, ad vivum exprimit Christum Filium Dei.

160. Fuit lapis obedientior quàm Moyses: siquidem lapis paruit afferens remedium populo offensus: Moyses non paruit Deo multis favoribus obstrictus. At si ad divisionem rubri maris satis fuit unicus virgæ ictus, cur ad eliciendam aquam de lapide opus fuit ictum duplicare in lapide quasi renitente? Quando Moyses verberavit mare, obedivit Deo id præcipienti, quando percussit lapidem, excessit, fregitque Dei præceptum, non verbera, sed verba imperantis. Quod igitur hîc difficile reddidit inobedientia, priori eventu promptum, facileque præstitit obtemperantia. Minister, cui Princeps injungens unum, aliud exequitur, tam procul est ab afferendo

afferendo subditis egentibus facile remedium, ut illud potiùs morosum, ac difficile reddat.

161. Afferit igitur Deus remedium populo se infidelem sua ingratitude exhibenti: & non obedit Moyses Deo in ipsum favores multiplicanti. Nam divinæ indolis conditio est ibi invenire rationes ad favorem, ubi poterant obversari motiva ad supplicium, è contra, humanæ conditionis peculiare est deesse obedientiæ, quando major ad parendum exigebatur promptitudo. Rogatus Achaz ab Isaia, ut peteret miraculum pro deponenda idololatria, id obstinatè recusavit: tunc propheta objurgans incivilem illam obstinationem, reddit securum universum orbem de tali divini amoris excessu, qualis mentem creatam subire non poterat. Siquidem afflatu divino præfagus spondit Deum ex illa Regis ac suorum renitentium pertinacia faciendum esse hominem propter omnium hominum amorem ac salutem: *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Ex pertinacia Achaz deprompsit rationem Deus ad conferendum summum beneficium, & ex ingratitude motivum ad mandandum executioni summum excessum.

Beneficentia Dei semper querit rationes ut beneficiat.

Misericordia Dei erga homines. Act. 7.

162. Etiam scelera ipsa, quæ homines patrant contra Deum, divina misericordia convertit in bonum ipsorum hominum. In lapidatione Stephani eam Saulus curam suscepit, ut testium lapidantium vestimenta custodiret, & sic Stephanum omnium manibus lapidaret. Ex hac actione pessima ortum habuit conversio Sauli in Paulum. Quid si hujusmodi actio fuit insectari Deum in suis sanctis, in ordine ad ipsam Christianam religionem labefactandam, quomodò Deus ab illa conversionem Sauli auspicatus, facit illam tantæ conversionis exordium? Hæc est Dei miserentis clementia & benignitas, ut etiam de nostris sceleribus contra ipsum patris faciat ille instrumenta nostrorum bonorum.

163. Maturum Davidis judicium nullum in Deo majus opus agnovit quàm miserationem: *Miserationes ejus super omnia opera Psal. 144. ejus.* Cui soli misericordiæ attribuit hanc tantam excellentiam super reliqua omnia attributa? Quia misericordiæ peculiare est eruere à summo malo maximum bonum, nempe à peccato miserationem, seu veniam: itaque ex peccato, quo homo tanquam ho-

Miseri- *cordia Dei* *major,* *quo major* *hominis* *miseria.* *Psal. 24.*
 stis pugnat contra Deum, ea misericordia motivum conferendi beneficium homini donando veniam : ita ut quò peccatum fuerit majus, eo miseratio major erit, vel certior spes miserationis: *Proptiaberis* (dicebat David) *peccato meo; multum est enim.* Quasi ex magnitudine peccati concipiat spem veniæ, ac si major miseria provocet Deum ad majorem misericordiam. Non contentus Deus pura beneficentia erga homines, etiam mala hominum convertit in ipsorum bona : è contra homines bonis à Deo acceptis tanquam armis contra Deum pugnant, & qui majora acceperunt, magis inobedientes & rebelles fiunt. Constituit Deus Adamum totius orbis dominum, & collocavit in paradiso, unico imposito præcepto : Adamus verò pro tantorum beneficiorum compensatione nihil aliud prius egit, quàm violare præceptum, & fieri inobediens. Saulem Deus de abjecto munere ad sceptrum Israëliticum extulit : & Saul Deo non obtemperavit in sacrificio Galgala, & in supplicio Amalech. Nata est ingratitude & inobedientia cum hominibus, & idem valet inobedientem, atque infidelem esse.

Præcepta *superio-* *rum non* *sunt exami-* *minanda.* *Num. 20.*
 164. Excessit Moyses præceptum Dei percutiendo virga lapidem: *Percutiens virga bis silicem.* Cum enim virga esset sceptrum voluit Moyses significare populo in scepro remedium situm esse, cum tamen in solo Deo reperiri possit. Ministrorum graviores culpæ sunt, adscribere sibi quæ debentur Principi: & examinare illius ordinationes, quæ exequi debet. Saulem Deus privavit regno, ex eo quòd ipsius præcepta vocaverit ad examen. Injungit Deus Sauli ut destruat Amalech, & nihil omnino accipiat de illius spoliis. Saul ita divinum mandatum interpretatus est, ut potiora acciperet, eo nomine, ut illa populus Deo sacrificaret. Ter vocavit Deus nocte puerum Samuelem, & ille sibi habens persuasum vocari ab Heli, ter interrumpens somnum festinus occurrit. *Adjecit Dominus, & vocavit adhuc Samuelem tertio, qui consurgens abiit ad Heli.* Si bis audivit ab Heli se non vocasse; cur tertio, quasi vocaretur; festinus venit? Cur non expendit, an fuerit vox illa Heli? Perfectus obediens non discurret, nec examinat mandata suorum prælatorum: qui enim examinat mandata, dubitat de obedientia, & dubius in obedientia, inobediens est.

Matt. 14. Vocat Petrum Christus, & Petrus se projicit in mare: *Descendens:*

deus Petrus de navicula, ambulabat super aquam. Gnarus erat Petrus natandi arte, & hujusmodi peritiam tam antea exhibuerat: cur modò vocatus non natat secans fluctus, sed ambulat super fluctus? *Joan. 21.* Voluit nos docere obedientiam cæcam, quæ nihil scrutatur: voluit se potius exponere periculo submersionis, quàm declinare periculum industria ac peritia natandi. Cupiditas Saulem compulit examinare præceptum, amor Petrum subire descrimen in cæca obedientia: verùm Saul non obediendo periit, Petrus obediendo evasit. In ruinam lapsa est, nosque projecit mater Eva, dum simul ac serpens vocat in examen divinum præceptum: *Cur præcepit vobis Deus.* Nam ubi primùm mandati causam expendit, illud violavit. Examinare quod præcipitur, est velle non satisfacere præcepto, vel in totum sicut Eva, vel in partem, sicut Moyses.

§. TERTIUS.

Supplicium Moysis propter dubium de voluntate Dei.

165. Dubitantem Moysen punivit Deus inferendo mortem, *Non introducetis hos populos in terram.* Quòd Moyses hæsitet circa miraculum aquæ à Deo edendum, privatur vita? Notandum est non dubitasse Moysen de potestate, sed de voluntate Dei: cum enim vidisset rebellionem & ingratitude populi: *Audite rebelles & increduli,* sibi persuasit Deum suspensurum beneficium: & quidem gravior offensa fuit dubitare Moysen de voluntate, quàm de potestate divina: nam dubitare de potestate est offendere magnitudinem, dubitare de voluntate est offendere amorem: Deus autem pluris facit reputationem amantis, quàm applausus Omnipotentis. Petierunt à Christo Jacobus & Joannes duas cathedras in regno, alteram ad dextram, & alteram ad sinistram: & Dominus respondit se non posse eorum votis satisfacere: *Non est meum dare vobis.* *Matt. 20.* Cur non dixit se nolle, sed dixit se non posse? Quia si diceret se nolle, taxarent homines suum amorem, si diceret se non posse, notam inurerent suæ potentia: cum igitur è duobus malis minus sit eligendum, maluit Christus suam Omnipotentiam minoris fieri ab hominibus, quàm suum amorem.

Duo scelera commisit populus Israëliticus, scilicet negavit divinitatem

Exod. 32. nitate creatori, eam vitulo attribuens. *Hi sunt dii tui Israël.* Et
Deut. 12. suspicatus est Deum sibi ex odio infestum: *Odit nos Dominus.*
 Condonavit Deus prius crimen: *Placatusque est Dominus:* & non
 dissimulavit posterius: *dixistis: Odit nos Dominus.* Longè majus
 crimen est negare Deo devinitatem, quàm charitatem erga homi-
 nes præsertim dignos omni odio & abominatione: cur igitur Deus
 condonans crimen gravius, non dissimulat minus grave? Quia
 crimen prius adversabatur Dei magnitudini & omnipotentæ, po-
 sterius offendebat amorem, & videtur Deus plurius facere suum
 amorem, quàm potestatem & magnitudinem ita ut malit ab homi-
 nibus amari tanquàm benignus amans, quam timeri & adorari tan-
 quam immensus omnipotens.

166. Videtur tamen nimius excessus rigoris quòd Deus morte
 afficiat Moysen propter lapidem bis virga percussum, eodemmet
 tempore quo sustinebat iteratas populi ingrati rebelliones. Non
 fuit rigoris excessus qui conditionem divinam dedeceret. Deus
 enim nititur exhibere se pariter justum in puniendo, & clementem
 in dissimulando: dissimulare parcendo inimicis, clementia est: af-
 ficere justo, aptoque supplicio amicos, integritas. In cruce peper-
 cit Christus Judæis: *Pater ignosce illis.* Et in horto non dissimula-
 vit cum Petro, sed increpuit: *Non potuistis una hora vigilare mecum.*
 Suffinuit Job constanter injurias & insectationes Dæmonis, se ta-
 men erga amicos gessit rigidum & veluti impatientem: *Ad incre-*
pandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis. Nam
 per hostes exercetur patientia: per amicos offenditur amor, & of-
 fensus amor non nisi in executiones rogorosas erumpit. Judam
 Christus in horto vocavit amicum: *Amice ad quid venisti?* Et
 notatu dignum est, quòd nullus omnium qui in Christi necem in-
 fluxerunt, eadem die subivit poenam, nisi Judas se vita spolians tan-
 quam sui ipsius dirus carnifex. Non differt Christus Judæ suppli-
 cium, & æquanimitè expectat Herodem, Pilatum, Caipham, alios-
 que teterrimos hostes? Ita est: quia Judas numerabatur inter ami-
 cos Christi, & amicitæ nomine prodens illum offendit: reliqui tan-
 quam manifesti hostes Dominum offenderunt: si igitur dilato ad
 tempus supplicio dissimulatur cum hostibus manifestis, amicus si-
 mulatus eademmet die punitur: siquidem ipsa injuria, quam Do-
 mino intulit, amicitiam læsit.

§. QUAR-

§. QUARTUS.

Serpentibus punivit, & sanavit Deus populum ingratum.

167. Non dissimulavit Deus cum Moyse utpote amico, & po-
 pulo ingrato opem tulit: multum enim Principis magnificentia
 elucet erga ingratos. Verùm si ope divina populi fitis extincta est,
 ingratitude magis exarsit. Erant querimonie & murmurationes in-
 grati populi instar undarum tumultuantium in pelago: siquidem
 undam magnam alia major consequitur. Querulus igitur popu-
 lus sic alloquitur Moysen: *Cur eduxisti nos de Ægypto, ut morere-*
mur in solitudine? Deest panis, non sunt aqua, anima nostra jam nau-
seat super cibo isto levissimo. Querimonia hæc falsa fuit, plenaque
 implicantis, & contrarietatis: falsa, tum quia culpabat defe-
 ctum panis, cum manna cœlestis panis esset abundantissimus, tum
 quia culpabat defectum aquarum, cum lapides ipsi erumperent, ac
 pene verterentur in largissimas aquas ad potandum populum. Ple-
 na contrarietatis, quia si nauseabat populus super manna, quo-
 modò panis laborabat penuria? hæc enim potiùs excitat famem,
 quàm parit nauseam. Item, quomodò fastidiebat cibum, quem
 credebat, & experiebatur levissimum? cibis quòd levior est, eò mi-
 nus fastidium parit: quia ut sic magis provocat, quàm sedat famem.
 Verùm quæ contrarietates non verarentur in corde ingrato, & ta-
 liter ingrato, ut ex beneficiis prodigiosis eruerat motiva ad queri-
 monias, ut maneret querulus ac rebellis: siquidem in querimonia
 & rebellionè Hebræorum sapor consistebat. *Ostendit ei omnia regna*
mundi, & gloriam ejus. Mundi regna, & gloria sunt Dei beneficia,
 quibus Diabolus contra Deum armatur: quia ingratitude & re-
 bellio sceleratorum solet inferre Deo bellum suis beneficiis.
 Adeo fuit audax ingratitude Hebræorum, ut provocaret in duel-
 lum divinam beneficentiam: quod certamen fatis figuravit & ex-
 pressit lucta illa celeberrima, ex qua claudus mansit Jacob veluti in-
 signum, ut ejus posteritas ingratitude claudicaret: nam ingratu-
 tudo est antiqua clauditas Judæorum, quam à suis majoribus veluti
 hæreditariam acceperunt.

168. Punivit Deus murmuratores igneis serpentibus: *Misit*

Q3

*Dominus*Clementia
simul cum
integritate.

Matt. 27.

Integritas
in puni-
endo ami-
cos.Matt. 26.
Amor of-
fensus
exercet ri-
gores.

Job. 6.

Matt. 26.

Amicus
fictus.

Querimonia Hebræorum punita.

Falsitas querelatum.

Rom. 23.

Ingratitudo gignit contrarietates.

Beneficiis armatur ingratus contra beneficium.

Ingratitudo hæreditaria in Hebræis.

Ignis sup-
plicium
Hebræo-
rum.
Num. 21.

Domivus in populum igneos serpentes. Nam murmuratores igneo veneno & ardore serpentes igneos præ se ferunt, ac similes proinde tortores experiri debent. Ubi primum populus coepit poenam sentire, statim culpam suam fassus est, & remedium à Moyse efflagitavit: æquè enim erat confusus in petendo, atque ingratus & invecundus in murmurando. Notabilis hæc Hebræorum gens, quam solus ignis dirigebat, docens rectam viam. Non Dei beneficium tam multiplex edocuit culpam, sed ignis & ardor serpentium. Cum igitur Moyses æquè fuisset in parcendo facilis, atque Deus in abhibendo medelam, temperandoque supplicium: oravit Moyses pro populo, & Deus ei præcepit, ut in symbolum misericordiæ attolleret serpentem æneum in castris, ut quicumque illum suspicerent, sani fierent à venenatis moribus: *Fac serpentem æneum: & pone eum*

Num. 21.
Remedium ve-
lox.

pro signo: qui percussus aspexerit eum, vivet. Remedium illis impendit adeo velox, ut celeritate ipsa æquaret momentaneum aspectum fauciorum illud poscentium. Cum enim serpens ille in altum sublatus fuerit signum Christi à cruce pendentis, debuit perquam citò mederi hominibus à Tartareo serpente, & quocumque igneo vulneratis. In alis dixit Malachias, verbum Æternum nobis esse allaturum sanitatem; quando descenderet induendum nostra mortalitate: *Sanitas in pennis ejus.* Cur non in manibus? Quia motus manuum lentus est, citissimus alarum: in manibus remedium differtur, in alis volat.

Malach.
4.

Remedium ho-
minum in
oculis
Dei.
Luc. 15.

169. Olim in veteri lege posuit Deus remedium in oculis populi illud petentis: cum tamen maneret expositum periculo, si nollet populus suspicere, etiam si hoc facillimum illi foret, in lege gratiæ, in qua homines futuri erant chariores, eorum remedium suis propriis oculis solum credidit. Paterfamilias prodigum filium jam respicientem, ac revertentem à longè prospexit, antequam filius in eum conjiceret oculos: *Cum adhuc longè esset vidit illum pater ipsius.* Cur prior Pater prodigum, quàm prodigus Patrem oculis usurpavit? Nonne prodigus erat egenus, Pater nullius indigus? Pater ille Deus erat, à quo imploraturus remedium pro morbis animæ veniebat prodigus: idcirco Pater respiciendo eum prævenit, ne exponeret periculo remedium, illud committendo tardis oculis filii: quia filius tanquam homo debilis non poterat suspicere Patrem

trem

trem per conversionem ea celeritate & efficacia, qua Pater Deus aspexit prævio gratiæ auxilio imò non sic cunctaretur Pater ferens opem, ac filius oculorum ictu aspiciens. Nam Deus semper velocior est nobis auxiliando, quàm nos desiderando & petendo.

170. Dignum sanè animadversione est, quòd Deus elegerit serpentem, ut moderetur fauciato populo. *Fac serpentem æneum.* Quid? hominibus laceris & vulneratis per serpentes serpens pro remedio applicandus est, venenum pro antidoto? Hæc est Dei sapientia & potestas, qui novit detegere remedium in ipso morbo, & potest ipsamet agritudinè sanare: novit conficere antidotum ex veneno, & utriusque attemperare contrarietatem.

Morbi
causa est
ipsum re-
medium.
Num. 21.

Postulavit Diabolus à Christo in solitudine ut pro signo suæ divinitatis converteret lapides in panes: *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Si Diabolus non sibi persuasit Christum filium Dei, quando in Jordane audivit lapsam è cælo vocem Patris testantis ipsum filium suum, quomodo credet illum Dei filium, si videat lapides ab ipso converti in panes? Difficultatis solutio petenda est ex materia talis miraculi postulati à Dæmone. Materia miraculi, lapides scilicet, aptior erat ad inferendam mortem, quàm ad sustentandam vitam. Si igitur Christus verterit in alimentum vitæ, quod esse poterat instrumentum mortis, fatis erat ut malitia Diabolica certò sciret esse Deum illum, quem ut purum hominem reputaverat. Prædixit Zacharias nihil pulchrius & melius Deum in lege gratiæ producturum, quàm panem electorum, & vinum virginum: *Quod bonum ejus, aut quod pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines.* Quid? nonne saltem æquè bonum, & pulchrum est sacrificium corporis & sanguinis Christi in cruce, atque sacrificium corporis & sanguinis Christi in Eucharistia? In substantia idem sacrificium est, licet in apparentia diversum. Cur igitur Zacharias videtur anteponeere Eucharisticum? Mirabilius videtur sacrificium in Eucharistia, quàm in cruce: quia in cruce sanavit Christus voluptates ac delicias mundanas suis doloribus ac poenis: in Eucharistia sanat easdem voluptates voluptatibus panis & vini, sub quorum accidentibus tectus est. In cruce poenæ sunt medicamenta vitiorum, cum contraria contrariis curari soleant: at in Eucharistia voluptates & delitiæ sunt instrumenta

Vita ex
morte.
Matth. 4.

Eucharis-
tia pecu-
liare opus
omnipoten-
tiæ.
Zachar.
9.

virtutum.

virtutum. De vino dixit Apolus esse occasionem seu fomitem luxuriae. De pane dixit Rex sapiens esse blandimentum turpitudinis. *Ad Ep. 5. Eccl. 2 3.* Ortum habuere panis & vinum ut provocarent appetitus, & foverent ardores: operari igitur ut quod erat parens lasciviae sit radix puritatis: annectere occasionibus totius infelicitatis majora emolumenta beatitudinis: fundare in periculis totius mali certitudinem totius boni, peculiaris actio est divinae omnipotentiae.

Sanguis Christi effusus sanatur. Num. 21. 171. Serpens ille elevatus solo aspectu sanabat: *Quem cum aspicerent, sanabantur.* Et Christus sublatus in crucem sanabat proprio effuso sanguine. Quenam huius ratio discriminis? In deserto veneratur populus serpentem, in Calvario blasphemabat Christum. Cur Deus voluit ut Christo tanti steterit redemptio hominum, si

Anima quanti facienda. in solitudine tam facile curavit vulneratum populum? quia serpens in deserto remedium fuit vitae mortali, Christus in cruce remedium vitae aeternae: atque etiam ut probe noverit homo quantum anima immortalis excedit mortali vitae, sanguis inestimabilis valoris fuit remedium animae, & serpens visus remedium vitae temporalis. Proh pudor! cum anima tanti Deo steterit, ab homine venditur vilissimo pretio turpissimi appetitus.

Vita temporalis quanti fiat. 172. Blasphemarunt in cruce Christum, & adorarunt in solitudine serpentem, quia cum serpens foret remedium vitae temporalis, in hanc conservandam refert homo suam omnem adorationem: cum vero Christus fuerit animae immortalis remedium, in quo consistit beneficium maximum, hoc despicit homo, & sic innotescit summè ingratus. Novit tamen David inter utrumque horum beneficiorum pretium dignoscere. Numerando Dei populum delinquit, & cum patienter sustinuerit poenam culpae, Deusque inhibuerit Angelum à progressu feriendi: *Sufficit nunc: contine manum tuam.* Se opponit David, & postulat in se ipsum converti, & continuari lethales ictus: *Vertatur obsecro manus tua contra me.* Si culpa jam satis punita erat, cur postulat David novos rigores? Si Deus inhibet supplicium, cur David inhibitionem deprecatur? cessare à supplicio erat prorogare temporalem Davidis vitam: progredi in supplicio erat securam reddere salutem animae immortalis: qui verò instar Davidis cognoscit quanti facienda anima immortalis est, plus impendit in illius salute certius obtinenda, quam

in

in prorogando annos labiles temporalis vitae. *Pater peccavi in caelum, & coram te.* Dicebat prodigus quando à suis delictis respiciens. Cur ad impetrandam misericordiam, non ostendit suo Parenti temporalem miseriam, nuditatem, famem? *Fame pereo. Illustratus jam caelesti luce prodigus facit pluris animam, quam vitam.* Quando Deus in luctamine cum Jacob, illi vulnus infixit, illius mutavit nomen Jacob in nomen Israël: *Nequaquam Jacob appellabitur nomen tuum, sed Israël.* Qua mutatione nominis ostendit illum non esse hominem terrenum, sed civem caelestem. In quo se exhibuit Jacob caelestem civem? In eo quòd contempto corporis vulnere aestimavit salutem animae dicens: *Salva facta est anima mea.* Solent homines sic amare temporalem vitam neglecta immortalis anima, ut Jacob pluris faciens animam quam vitam, caelestis hominis nomen obtinuerit.

173. Verùm si Hebraei suspiciebant serpentem ob dependentiam, cur avertabant oculos à glorioso vultu Moyſis, qui eos in libertatem asseruerat? quia vultus Moyſis lucebat, serpens curabat: *Lux aliena non respicitur.* & homines non respiciunt alienam lucem, sed propriam convenientiam: beneficium libertatis erat jam omnino praeteritum, curatio serpentis erat de proximo futura ex solo aspectu: & homines non attendunt ad id quod jam acceperunt, sed ad id quod sperant accipere: solum sperantes aperiunt oculos, quos statim claudunt, ubi primum accipiunt: lynces ad procurandum, talpae ad gratificandum. Inter omnes totius orbis magis caeci Hebraei, qui cum à Deo plura acceperint, fuere Deo infidelissimi; adeo, ut ad beneficiorum multiplicationem eorum cresceret ingratitude, quae ingenua, & haereditaria cum fuerit, ex diuturnitate temporis altas egit radices, mansitque incurabilis.

S. QUINTUS.

Sermo Moyſis ad suum populum antequam vita excederet.

174. Dispositis ad rypas Jordanis castris populi, Moyſes accersivit seniores, & omnes officiales tribuum, & postquam illis retulit beneficia à Deo collata populo, & ex adverso illius rebellionem, *Sermo Moyſis ad populum.*

R

tradidit

Exod. 31. tradidit librum legum Levitis, hæc proferens verba: *Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcae fœderis Domini Dei vestri: ut sit tibi contra te in testimonium.* Si Moyses præcipit servari librum legis scriptæ in arca clausa & obserata, cur non præcepit Christus servare in libro, & claudere in arca legem gratiæ? Disparitas ex fine utriusque legis petenda est: nam lex gratiæ lata fuit in remedium, scripta in testimonium contra populum, & ipsius condemnationem, *contra te*: fervetur igitur lex scripta in arca: lex gratiæ in corde servanda est: siquidem est lex salutis. Lex Moysis clausa mansit in arca: quia neque corde, neque ore illam Hebræi observarunt. Illam in solitudine deseruerunt conversi ad vitulum, Hierosolymis conversi ad simulachra: idque solum mente retinuerunt se habere legem, quando voluerunt occidere Christum, ut manerent sine lege: *Nos legem habemus.* Si legem habent, cur eam non observant, sed idola? *Repleta est terra idolis.* Observare non poterant legem, cum non crederent verbo Dei, quod erat ipsamet lex. Dixerunt se habere legem, quæ re vera non dabatur ad occidendum Christum: *Secundum legem debet mori.* Quia forent memores Dominum illum per legem & Prophetas fuisse promissum, & juxta legem, ipsosque Prophetas demonstrari verum esse Messiam. Qui enim occidit Christum, respuit legem vivam, ut cum fide mortua amplectatur vivam libertatem.

175. De servo illo, cui Dominus suus talentum ad negotiandum tradidit, ait S. Lucas illius nomine, quod talentum illud funeravit, scilicet involvens sudario: *Domine ecce mea tua, quam habui positam in sudario.* Quod sepelivit: *Abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui.* Quid? non dabatur scrinium, vel locus, vel saltem marsupium, in quibus cautè servaretur talentum, seu pecunia illa austeri domini? ad quid involutio in linteo, vel defessio in tellure? Spiritu S. coactus fuit vir ille proferre veritatem: erat talentum illud (ut ferunt Doctores) fides, qua cum nihil negotiaretur, mortua erat: quid igitur mirum, si illam mortuam funerasset, ac sepelisset. Magnopere refert, quod populus conservet fidem vivam: nam si fides mortua est, credulitas in falsam degenerare potest: Vida fidei nascitur à Deo credito, veritas credulitatis firmatur in Dei veritate prænunciata per Prophetas, imple-

Lex scripta, & lex gratiæ in quo differant.

Hebræi sine lege.

Joan. 19.

Isai. 1.

Christus negatus & occisus.

Fides mortua sepelitur. Luc. 19. Matt. 5. Matt. 25.

Credulitas falsa.

impleta per Christum, inculcataque ab ipso, & ipsius Ecclesia. Credulitas igitur quæ recedit à sacris Scripturis, deserit Christum, & ipsius Ecclesiam, habet fidem omnino mortuam, & falsitatem vivam.

176. Sicut cygnus propinquus morti suas celebrat exequias suavissima musica, sic Moyses celebravit suas hoc cantico: *Audite cæli qua loquor.* In prima parte implorat cælum ac terram in testes Hebrææ ingratitude, ipsosque proinde obtestatur, quasi cælum & terram tanti sceleris gravissimus dolor tangeret. In secunda parte manifestat populo suam perversam naturam: & quidem ingratorum natura perversissima est. In tertia prædicit idololatriam, in quam procul dubio lapsurus erat: siquidem ingratitude & idololatria in perverso populo semper ad Deum offendendum conspirarunt. In quarta prænunciat dira supplicia, quæ illi Deus offensus erat inflicturus propter suam immanem rebellionem: cum futurus esset adeo rebellis, ut honoratus à Christo, sanguine, quem ab ipso fumeret, ejus gens petitura esset ad spargendum, & odium ad potandum.

In quinta parte, Dei nomine pollicetur illi misericordiam, si noverit pœnas, & resipuerit à culpis: igitur culpæ progrediuntur, & supplicia non cessant. Sanguis Abelis clamabat à terra, sanguis Christi clamat è cælo: & eò atrocius fuit crimen, quò sanguis unius est pretiosior sanguine alterius. Pœna Caimi fuit maledictio à Deo imprecata: *Maledictus eris super terram.* Pœna Hebræorum à Christo exposita fuit: *Moriemini in peccato vestro.* Ideo non cessat culpa, & progreditur supplicium. Summum malum non est super terram esse infelicem, sed mori peccatorem: infelicitas hujus vitæ sine clauditur: infelicitas peccati finalis, æquata æternitati finem nescit: esse autem perpetuò infelicem summum omnium infortunium est.

177. Hoc divinis legibus rebellium supplicium est: *Impii quasi mare feruens (est æquiparatio Isaiæ loquentis de peccatore) quod quiescere non potest: redundant fluctus in conculcationem, & luctum.* Cur æquiparatur turbido mari peccator rebellis Deo? cur non potius confertur leoni, aut tigridi, in quibus ferocitas videtur expressius symbolum rebellis iniquitatis? Aptius confertur mari: quia

Moyses vicinus morti canit. Deut. 32.

Pœna Hebræorum. Gen. 4. Joan. 8.

Supplicium rebellium. Isai. 57.

mare nunquam fatiatur vorando identidem fluctus, quos gignit: existens perpetuus sui ipsius vorator: attollitur unus usque ad nubes fluctus, quem statim alter devorando in se excipit, ac destruit: sic fluctus succedunt inter se, quasi mutuam de sua superbia, ac rebellionem fumentes vindictam. Est igitur mare simulacrum vivum hominis rebellis divinis legibus: siquidem hic suomet crimine inquietæ rebellionis iterata sibi parturit identidem supplicia.

Peccatum
sui ipsius
supplicium
est.
Judith.
12.

Renuit Judith accipere epulas de mensa Holofernis, & pro ratione subdidit ne talis offensio super ipsam caderet: *Nunc non poterō manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio.* Notabilis ratio! Deus est qui offenditur nostris culpis: nos contra Deum offensas ipsas patramus: cur igitur Judith timet in se ipsam offensam, quæ in Deum caderet? Prudentissimè verrebatur offensionem in se casuram: nam quicumque peccator se offendit, ac in suum caput peccat, & quæ culpa nulla læsione potest Deo accedere, peccatorem ipsum adeo torquet, ut qui sensit ex culpa voluptatem, capiat ex pœna tormentum.

§. SEXTUS.

Mors Moysis: luctus & dolor populi.

Mors
Moysis
lugetur.

178. Mortuus est Moyses in vallibus Moab in conspectu Chanaan juxta Dei prædictionem: & populus acerbissimo dolore affectus triginta diebus luxit. Eum enim æquali dolore è vita decedentem profecutus, atque viventem detractione infectatus est: cum frequentius eveniat, ut lachrymæ citius exsiccentur, quàm profluant. Boni Principes sunt instar pomorum, quæ quando fugacia recedunt, sapidiora videntur.

Præsentem
contemni-
tur, absens
colitur.
Exod. 32.

Luc. 7.

In solitudine flagitavit populus ab Aarone, ut in defectum Moysis absentis faceret sibi Deos à quibus loco Moysis gubernarentur. Præsentem Moysen frequentissimè querebantur, & detractionibus excipiebant, absentem tanquam Deum reputabant: quasi æstimatione præsentia minueretur, absentia cresceret: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Misit Joannes discipulos, ut à Christo interrogarent. Si Joannes jam testatus fuerat præsentem esse

Mef-

Messiam inter homines: *Medius vestrum stetit, quem vos nescitis.* Cur modò ut absentem alloquitur Messiam. *Tu es qui venturus es?* Voluit Domino conciliare æstimationem inter homines, quorum antiquus mos est, in absentia majorem concipere æstimationem de persona. Secessit Dominus in locum ab oppidis & urbibus distantem: *Egressus ibat in desertum locum.* Cum statim illi dictum est per discipulos: *Omnes quærunt te.* Vix recefferat ille misericordiæ sol, quando omnes illius radiis destituti lucem implorabant. Terribilis conditio humanæ ingratitude! Hæc nunquam fatetur obligationem, nisi quando se videt impeditam ad gratificandum. Quandiu vixit Christus inter Judæos, fuit per illos conviciis & injuriis laceratus: post mortem ab iisdem summo desiderio (inquit Isaias) expetitus: *Vidimus eum, & non erat ei aspectus, & desideravimus eum.* Est ingratus instar crocodilli, qui plorat antequàm occidat, & occidens, post mortem appetit, quem vivum occiderat.

Desiderium
in
absentia.
Luc. 4.

Isai. 53.

Dignæ sunt animadversione hæc lacrymæ populi erga Moysen: *Lachrymam Princeps optimus vita excedens plorandus non est tanquam mortuus, sed plorandi sunt ejus vassalli tanquam ab eo deserti.* Quando Dominus ibat moriturus in Calvario videns sceminas ipsius necem lamentantes, ad eas conversus dixit: *Nolite flere super me, sed super vos ipsas flete.* Cur suadet, ut mutent objectum lacrymarum, non se ipsum, sed se ipsas flentes? quia eo tempore, quo moriebatur Rex optimus, opportuniùs cadebant lacrymæ in subditos vivos, quàm in Regem defunctum.

Lachry-
mæ non
tam erga
Principem
mortuum,
quam er-
ga subdi-
tos, qui
manent
vivi.
Luc. 23.

179. Sepultus fuit Moyses ita silenter & arcanè, ut nemo usque adhuc noverit ejus sepulchrum. Vel quia Moysen satis antea cta vita manifestat, vel quia Moyses adhuc post mortem vivit, proindeque non indiget sepulchro. Quando Lazarus mortuus est, dixit Christus illum dormire: *Lazarus amicus noster dormit.* Cur Dominus dormientem vocat, si jam mortuus erat, & quadriduo fuit sepultus? cum Lazarus foret justus, & ut sic dilectus à Christo, adhuc mortuus & sepultus vivebat, juxta illud ejusdem Domini: *Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet.* Non moritur justus, quia moriens vivit: unitus enim per amorem Christo, ab eo immortalem vitam haurit, ipsum nempe Christum: *Ego sum vita.*

Sepul-
chrum
Moysis
nescitur.
Deut. 34.
Vita in
justo post
mortem.
Joan. 11.

Joan. 14.

Noscatur vita Moysis, & ignoretur sepulchrum: qui enim vitam noverit, reputabit vivum.

Amor Dei in vita & post mortem. 180. Aaronem sepelierunt Moyses, & Eleazarus: Deus verò Moysen ipsum sepelivit. Cum enim mortuus fuerit tanquam amans, à Deo tanquam amicus sepultus est. Lazarum jam mortuum vocavit Christus amicum. *Lazarus amicus noster dormit.* Quia in vita meruit hoc nomen: *Ecce quem amas, infirmatur.* Vixit, & mortuus est in amore Christi: quia vitæ respondet mors, tanquam illius Echo. *Curru igneo ascendit Elias in cælum: Ecce currus igneus, & equi ignei dividerunt utrumque, & ascendit Elias per turbem in cælum.* Cur non vectus nube quadam, sicut postea Christus? *Nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Quia vita Eliæ zelo ardens ita fuit, ut dici potuerit vivus ignis divini honoris in terra: *Surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi favilla ardebat.* Contulit illi Deus in ascensu, seu discessu illo honorem ignis splendentis, quem vita ignea splendens meruerat, proindeque talis ascensus, seu discessus vitæ antea actæ respondit.

Quæro tandem, exhibuitne Deus se magis amicum erga Lazarum, quando illum à tumulo suscitavit, an erga Moysen, quando eum sepelivit? Arbitror majorem enituisse Dei amorem erga Moysen sepultum, quam erga Lazarum suscitatum. Nam suscitatio Lazari fuit actio omnipotentis, ut Christus haberetur & crederetur Deus: *Ut credant quia tu me misisti.* Tumulatio Moysis fuit excessus amoris, ut Moyses honoraretur. Lazaro Deus restituit temporalem vitam: Moyse firmavit æternam. Huic plus donavit, & se submisit: amor enim eò est ardentior, quò liberalior & submissior.

§. SEPTIMUS.

Mortuo Moysè, Deus injunxit Josue regimen populi.

Jos. 1. 181. Postquam Moyses vitæ concessit, Deus constituit Josue Principem totius populi; quia Josue erat Deo gratus, & ad regimen ingratorum Princeps gratus est eligendus; nam contraria mala contrariis remediis curantur. Eique tradens legis librum dixit Deus; *Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo.* Quæro tamen cur liber

liber ille traditur ori, & non cordi, si cor legis archivum est, & in Israëliitarum corde magnum subibat lex discrimen, id Deo attestante, & querente? *Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est à me.* Noverat Deus zelum Josue in ejus corde manentem, & voluit ut ejusdem ore profiteretur. Nam cor & os principis debent conformari. *Ego ex ore altissimi prodivi.* Dese protulit Æternum verbum; & hujusmodi verbum esse in sinu Patris testatur Evangelista; *Unigenitus qui est in sinu Patris.* Verbum increatum est in Dei sinu, id est corde, & in Dei ore, à quo procedit; quia cor & os Æterni parentis, magni Principis, ita sunt conformia, ut verbum quod ex ore procedit, necesse sit in corde præcussisse. Qui continent aliud in corde, & aliud in ore gerunt, sicut jani bifrontes, monetæ signatura duplici, Joab qui altero brachio amplectitur, altero cor tranfigit, Judas qui figit pacis osculum, quando meditatur inferre durum bellum. *Sit sermo vester, est, est; non, non.* Suadet Christus suis discipulis, quando illis commendat sinceritatem convictus inter homines. *Quid? si Christus odit superfluitatem, cur illam exhibere videtur duplicando eadem verba, Est, est; non, non?* Non exhibetur hic superfluitas indicendo, sed acuta maturitas in inculcando sinceritatem, ut nempe os cordi respondeat, dato duplici assensu, vel duplici dissensu, altero cordis, altero oris. Confirmari enim semper debet assensus oris dissensui cordis. Potest aliquis conqueri de natura, eamque insimulare, ex eo quòd in brutis animantibus posuerit externa signa internæ propensionis, v. g. conferens Leoni Victus, tauro cornua, aquilæ unguis: at in folius hominis corde occultaverit omnes propensiones, & affectus, ne statim in primo limine deprehenderetur illius malitia, vel bonitas: qui tamen eas corde abscondit, & lingua contradicit, inter omnia animalia vilissimum est: siquidem corde carens ad proferendum, quod sentit, illud habet fingendum, quod dicit.

182. Delegit Deus Josue propter ipsius zelum, ac robur in Principem sui populi, & quando illi tradidit dominatum, quasi regnum, & infidelem, ad metum excutiendum hortatus est: bis enim illum metum deponere, & se authore ac duce præsentem rectè sperare iussit: *Noli metueri, & noli timere: quoniam tecum est Dominus tuus.*

Calliditas dolosa.

Matth. 6.

Sinceritas humani convictus.

Cordis & oris conformitas.

Timor in sceptro. Jos. 1. *timis in omnibus ad quaecunque perrexeris.* Addidit Deus animos Josue, suumque illi obstrinxit favorem, quando tradidit dominatum: quia sceptro inseparabilis adhæret timor; perpetuò enim metuit quicumque regnat: & quidem immodicus timor amittendi regnum quandoque reddit Principem ingratum, tyrannum, & infidelem.

1. Reg. 18. Formidavit Saul Davidem, & ipsi ingratus fuit, eò quòd formidaret: *Metuit Saul David: & quia prudens nimis erat, cepit cavere eum.*

Matth. 2. Religio- nis deser- tor qui ti- midus de- perendo- sceptro. 3. Reg. 12. Timuit Herodes amittere sceptrum ex natalitio Christi servatoris, & immanissimam exercuit tyrannidem erga innocentes: *Occidit omnes pueros.* Veritus Jeroboam quòd ab ipso vassalli deficerent, ex tali metu rebellavit contra Deum, agens infidelem, & inanium Deorum cultorem: *Excogitato consilio fecit duos vitulos.* Nullum majus religio subit discrimen, quàm in timore rationum, quas vocant status, incusso; ex hoc enim multi infeliciter Jeroboones fiunt veri Dei, orthodoxæque fidei desertores

Fides orthodoxa in principi- pe. Math. 16. 183. Ardens Zelator religionis, eique firmiter adhærens, semper habet sibi præsentem, protectoremque Deum; *Tibi dabo claves* (ait Christus Petro, huic commendans regimen suæ Ecclesiæ)

& porta inferi non prevalebunt adversus eam. Quanam ex causa Christus unà cum regimine Ecclesiæ Petro illius securitatem tradit? Petrus inter mille errores, quibus homines delirabant circa personam Christi; *At illi dixerunt; alii Joannem Baptistam, alii verò Jeremiam, aut unum ex prophetis;* firmus permansit in fide circa Christum, quatalem personam;

Tu es Christus filius Dei vivi. Qui igitur firmus manserit in vera fide, firmum possidebit regnum; *Porta inferi non prevalebunt adversus eam.* Accepit Moyses de manu Dei legem, quam populus observaturus erat, & ait Deus Moyli, ut sibi assumat Aaronem in sacerdotem;

Applica quoque Aaron fratrem tuum cum filiis, & sacerdotio fungatur mihi. Multa deinde elapsa fuere sæcula sine Rege, cui Hebræi subderentur, donec Samueli Deus diceret;

Hoc erit jus Regis, qui imperaturus est vobis. Voluit Deus ut populus sine Rege per multos annos degeret, at sine sacerdote nec per diem unicum. Sic enim significavit nullam posse rempublicam stabiliri, sceptrumque firmari, quin prima fundamenta jaceret super religione, ac divino cultu. Hæc veritas manifesta cum sit, apud Principes interdum plus valet ratio tuendi status, quàm divi-

na lex; sceptro enim in possessionem dato, fiunt ingrati, & ex ingratitude infideles.

148. Documenta hæc ita docilis Iosue à Deo firmiter hausit, ut tanquàm acerrimo divinæ legis Zelatori paruerint cœlestes orbis contra suum perpetuum motum, & in terra aquæ contra naturalem cursum. Subjugavit omnes provincias Chanaan, nemine renitente: & postquam eas per tribus divisit, populum vicennio temperavit: postremò felici morte vitam suam commendavit perenni ævo: in ævum enim vivet quicumque divinæ legis Zelo accensus eam observaverit, suaferitque aliis observandam.

Quæro modò, in quo fuit Iosue mirabilior: in eo quòd ad illius nutum sol steterit; quòd obedientes aquæ se diviserint: quòd tam feroces, strenuosque hostes domuerit, an in eo quòd populum Hebræum gubernaverit per vicennium sine ulla rebbellione? Hoc ultimum credo ita mirabile, ut excedat omnem admirationem. Nam gubernanti Deo populus ille qui sæpe rebellis fuit, nullam, quam legerimus, commisit rebellionem, sub Iosue gubernante.

185. Necessarius omnino est quidam Iosue à Deo specialiter fautus, ac protectus, ut sine tumultu ac perturbatione gentem ingratham gubernet: nam quidquid aliud parum est, ut gens ingrata obediat. Cultum sacrilegum idolis exhibuit populus, & Moyses intercessit, ut placaretur Deus: *Cur irascitur furor tuus?* Appetiit

carnes Ægyptiacas, & rebellavit contra Moysen: tunc dolore ita affectus est sanctus gubernator, ut voluerit deponere regimen: *Non possum solus sustinere hunc populum.* Cur hac opportunitate tam querulus, si in illa tam placidus & mansuetus? Videbatur in priori honestiùs indignari Moysen, & in posteriori æquanimitè ferre: siquidem per idololatriam Deus graviùs offendebatur, utpote per rebellionem contra ipsum immediate commissam, quàm per defectionem à Moyse, quæ hominem immediate tangebatur, & debuit ab eodem offenso benigniter condonari. Ratio disparitatis in utroque eventu esse videtur, quia in priori assistebat in monte Deus Moyli, vel Moyses Deo: & solum quando Princeps juxta Deum est, novit excessus, ac ingrattitudines rebbellium dissimulare.

Assistentiz Dei necessaria Principi. Exod. 32. Num. 12.

S. OCTAVUS.

*Mortuo Iosue populus contra Deum ingratus ac infidelis
sepe rebellavit.*

Regimen
in nullis
positum
nullum
est.

Math. 20

Prov. 28.

Princeps
unus, &
naturalis
debet esse.

Jud. 9.

Unitus
Principis.

186. Iosue vita functo, mansit regimen in omnibus Principibus populi, & populus sine regimine: quando enim gubernant multi, nullus gubernat. Hinc est quod Christus appellaverit nescios Ioan- nem & Iacobum, quando in illius regno thronos ambierunt: *Nescitis quid petatis?* Inscitia fuit conari regimen partitum inter duos: quando enim multi sunt Principes, manet ex parte eorum, domi- natio confusa, & ex parte subditorum, dubia obedientia. Unicus sol mundum illuminat, unicus Deus sustentat orbem universum, unicus spiritus regit corpus humanum. Salomon reputavit suppli- cium regimen multorum: *Propter peccata terrae multi Principes eius.* E contra Ezechiel credidit felicitatem ac Dei benedictionem regi- men unius: *Et suscitabo super eas pastorem unum.*

187. Princeps unus dominari debet nationi uni, in ea natus & educatus. Sic docuit Deus factus homo ex sanguine Hebræo, inter Hebræos natus, ut ostenderet suam hæreditatem esse Hebræos, & eum Regem legitimum, qui naturalis esset. Decreverunt inter se arbores de Rege eligendo: sceptrum deferebant ficui, olivæ, & viti: omnibus tamen principatum recusantibus, regnum delatum est rubo. Cur non potius arbores aliquem ex floribus Regem salutarunt? Cur non lilium, cujus pes ipsam præ se ferre videtur cellitudinem: quod Christus Dominus ita commendavit, ut concesserit regnum florentius quàm Salomoni: *Nec Salomon in omni gloria sua vestibatur, sicut unum ex istis.* Cur non rosam, quam natura juravit Reginam primis comitiis inter flores celebratam, illi conferens grana aurea ad coronam, purpuram ad vestimentum, spinas ad satellitium? Quod si non hos flores, cur non saltem alios delegerunt? In promptu ratio est: flores non sunt ejusdem naturæ cum arboribus: postulat autem optima reipublicæ, seu corporis politici administratio, ut caput sit ejusdem naturæ cum reliquis membris, nempe ejusdem nationis Rex cum subditis. Caput similiter unum esse debet, non multiplex: aliter decreta patientur contra-

contrarietatem, & suum unicuique potius videbitur: neque enim quis in judicando primas alteri defert, neque in imperando submit- titur. Jeroboam conflavit duos vitulos, Aaron unum pro populo: quia Jeroboam illos fabricavit, ut adoraret: Aaron, ut talis vitu- lus populum regeret; & in regimine unus tantum esse debet qui præsideat, ac præcipiat.

188. Rebellavit iterum ingratus populus, & tanquam rebellem tradidit illum Deus in ditionem Chusaom Regis Mesopotamiæ. *Jud. 3.* Cum enim ingratitude sit vitium abjectum & infame, puniri de- buit servitute, poena vili & abjecta. *Vives in gladio, & fratri tuo ser- vies.* Prædixit Isaac filio suo Esau futurum esse fratris sui servum; hoc enim supplicium decreverat Deus contra Esau utpote divinis beneficiis ingratum. Non illum vita spoliavit, sed alieno arbitrio subjecit, ut vitam servilem traheret in poenam servilis ingrati- tudinis.

Elapsis octo annis servitutis, agnovit populus culpam suam, im- ploravit à Deo misericordiam, & eadem celeritate obtinuit, qua petiit: non enim sunt homines celeriores in postulando, quàm Deus in concedendo. Antequàm Christus suscitaret Lazarum, oculis in cælum levatis egit grates æterno parenti pro ipsius ora- tione jam audita: *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me.* Non le- gimus Christum ante hæc verba petiisse aliquid; cur igitur gratias refert pro petitione exaudita? Voluit nos docere, esse Deum adeo festinum in conferendis beneficiis, ut prius conferat, quàm homines petant, atque adeo præoccupet hominum vota, imple- do. Octo annis duravit populus in ignorantia sui criminis, at ubi agnovit, & petiit remedium, obtinuit.

189. Fuit Othoniel libertatis Hebrææ reparator seu assertor, cœpit in eo iudicis dignitas, quæ similitudinem Romanæ præturæ referebat; populum quadraginta annis justè ac prudenter admini- stravit; eò vita functo revixit idololatria Israël: quia ingratitude populi erat infidelis, & immedicabilis. Fœdus interim inierunt Eglon Rex Moab & filii Amon, & Amalech contra Hebræos, eos- que redegerunt in ditionem ac servitutem, in qua perseverarunt donec supremo numine authore, in libertatem asserti fuere per vir- tutem Aod, qui salvatoris populi nomen adeptus est. Et quidem

justè præclarum hunc titulum comparavit, qui suum populum à dura servitute in libertatem asseruit. Trecentis quinquaginta sex annis populus administratus fuit per Deborah, Barac, Gedeonem, aliosque judices, & extitit immensus numerus rebellionum, quibus Hebræi à suis principibus defecerunt: cum enim natura forent ingrati, consuetudine rebelles fieri debuerunt; & consuetudines, quæ altas per habitum radices egerunt, immedicabiles fiunt.

Consuetudo vetus curatu difficilis. Ezech. 33

Gen. 2.

190. Mala curatu difficiliora sunt morbi inveterati, qui temporis diuturnitate capiunt vires, & medicamini resistunt. Ab omnibus quatuor ventis convocavit Ezequiel spiritum ad vivificanda & animanda ossa defunctorum: *A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & revivescent.* Si Deus unico spiritu, & tenui quodam habitu animavit Adamum, *Spiravit in faciem ejus spiraculum vite.* Cur modò jubet convocari omnes omninò spiritus, ut factò veluti quodam impetu conspirent ad illa ossa vivificanda? si unicus spiritus satis fuit ad primum hominem animandum, cur postulantur spiritus multiplicati, ad vegetanda illa ossa arida? In promptu est disparitatis ratio ad rem nostram. Adamus fuerat ex recenti terra nuper formatus, illa autem arida ossa jamdiu sub terra latuerant sua ipsa ariditate, & frigida morte inveterata; unde si Adamo recens formato sufficit unicus, ac tenuis habitus ad vitam instillandam, vix sufficiunt omnes omninò venti factò impetu ingruentes ad animanda ossa illa inveterata. Sic exploratum habuimus ingratitude populi, qui medicaminibus ipsis fiebat magis infidelis, cum mala inveterata medelam nesciant.

C A

CAPUT XV.

Nec ipsum Dei regimen arridet ingrato populo.

§. PRIMUS.

Respuit populus Samuelem à Deo electum pro regimine.

191. **P**ostremus judex, & ingrati populi gubernator fuit Samuel Propheta justus, & Deo valde acceptus; hic postquam viginti & duobus annis rexit populum justè ac fideliter, fuit compellatus ab Israëlitis, ut deponeret regimen tanquam senio jam confectus, nec illud demandaret cuiquam ex suis liberis, utpote indignis regimine propter vitia, sed nominaret illis Regem, quem haberent, sicut cæteræ nationes habent: *Constituere nobis Regem.* 1. Reg. 8. Fatentur se debitores Samueli, à quo per tot annos justè & tranquillè fuerant gubernati, & tamen debito satisfaciunt excludendo senem à regimine, ut major esset offensà ex ingratitude: Agnovit Samuel iniquitatem populi, & impetravit à Deo, ut illis Regem daret. Quid? Propheta justus condescendit injustæ petitioni populi? Ita: quia in hoc se justum ac generosum exhibuit: justum, quia talis desiderii implementum esset populo pro justo supplicio: siquidem cum Rege sustineret omnia mala ingratitude nis. Generosum, quia animus generosus despicit, & non appetit dignitates: siquidem altitudo eorum, qui eas magni faciunt, est per quàm similis altitudini puteorum, qui quò altiiores, eò profundiores sunt, & magis in imam tellurem reconditi: ita ut rectè despicientibus nullum appareat discrimen inter eorum altitudinem, & profunditatem, quæ proinde non nisi per descensum attingi potest. Zachæus solum nobis innotuit pusillus, quando apparuit elatus: *Ascendit in arborem, quia statura pusillus erat.* 1. Luc. 19. Qui ambitiose quærit dignitates, eas cum dedecore amittit, qui verò generose despicit, cum honore fruitur obtentis. Fugit Christus offerendum sceptrum, & fugit in montem: *Fugit in montem ipse* Joan. 6.

Samuel justus à regimine deponitur.

Sicut altitudo puteorum sic appetitio dignitatum.

1. Luc. 19. Dignitatum contemptus sublimat. Joan. 6.

ipse solus. Cur non in vallem depressam, sed in montem sublimem? Ut homines intelligerent, eos qui fugiunt despiciendo dignitates, evadere longè superiores dignitatibus ipsis, & sublimiores reliquis hominibus.

Magnanimitas in contemptu honorum. 192. Magnanimitas est superiorem manere ipsi regimini, ac principatui, illumque despiciere quando, & quomodo expedierit. Pendenti in cruce Domino obtulerunt Judæi regnum, si descenderet: ipse verò respuit in cruce manens: sed in hoc satis indicavit coronam sibi esse debitam, imò omnino suam. Judæi enim fuere prompti ad offerendum regnum Christo in cruce pendenti, sicut paulo antea fuerant perversi in regno auferendo, quando clamant: *Non habemus Regem nisi Cæsarem.* Dominus autem sicut oblatione commotus non fuit, ita ablatione non fuerat perturbatus. Est enim ab omni perturbatione immunis, qui justo titulo regnum possidet. Herodes turbatus est, nec ulla amplius potitus requie, ubi accepit Christum natum. Cum enim sine meritis obtinuerit regnum, ejus possessione non sibi videbatur satis firmus ac securus. Quicumque dignitates & honores respuit, atque à se longè abjicit, hic solus verè possidet. Cum Dominus omnibus propter ipsum relinquentibus patrem, matrem, & fortunas, promiserit præmium: *Qui reliquerit patrem, aut matrem &c. centuplum accipiet.* Non legimus promississe præmium aliquod despicientibus honores & dignitates: forte, quia qui honores despicit, illos nec relinquit, nec perdit, sed retinet tenacius, & possidet securus.

Joan. 19. *Math. 2.* *Math. 19* Despectus honorum est eorum possessio. 193. Quodnam responsum Deus Samueli desiderium populi exponenti Deo ipsi redderet? capiant homines, & Principes. Respondit Deus se audivisse supplicationem populi, qui eò suos omnes dirigebat conatus, ut Deum ipsum ab Israëlítico regno deturbaret: *Non te (ait Deus) abjecerunt, sed me, ne regnem super eos.* Omnem Deus in se suscepit injuriam, ne Samuel ejus minister, injuria maneret affectus. Optima politica: sed soli Deo peculiaris. Detrahunt homines Christo, quod Magdalenam in suam familiaritatem admitteret, & detrahunt etiam Magdalenæ, quòd unguentum prodigè effunderet: Christus verò solius Magdalenæ honori

Math. 26 consuluit: *Ut quid molesti estis huic mulieri?* Deus enim magis ægrè fert

Math. 26 consuluit: *Ut quid molesti estis huic mulieri?* Deus enim magis ægrè fert

Math. 26 consuluit: *Ut quid molesti estis huic mulieri?* Deus enim magis ægrè fert

Math. 26 consuluit: *Ut quid molesti estis huic mulieri?* Deus enim magis ægrè fert

Math. 26 consuluit: *Ut quid molesti estis huic mulieri?* Deus enim magis ægrè fert

Math. 26 consuluit: *Ut quid molesti estis huic mulieri?* Deus enim magis ægrè fert

Math. 26 consuluit: *Ut quid molesti estis huic mulieri?* Deus enim magis ægrè fert

Math. 26 consuluit: *Ut quid molesti estis huic mulieri?* Deus enim magis ægrè fert

Math. 26 consuluit: *Ut quid molesti estis huic mulieri?* Deus enim magis ægrè fert

fert alienas, quàm proprias injurias. Magna politica! sed magna etiam Samuelis commendatio? Esse Samuelem adeo Deo ipsi similem, ut idem sit expelli Samuelem atque manere Deum expulsum. Quid mirum, si Samuel gubernabat justè & rectè? Ubi enim *Justitia imperante Deus regnat.* rectitudo & integritas dominatur, Deus imperat: in regno, in quo observatur justitia & æquitas, videbitur regnare homo, sed in rei veritate Deus regnat. Qui igitur hujusmodi administrationi renititur, niti videtur Deum à suo regno deturbare. Hoc idem conabatur populus excludendo Samuelem à regimine. Sed quid non molientur ingrati, quibus divina etiam displicet gubernatio.

§. SECUNDUS.

Mundus semper ingratus iis, quibus ob beneficia magis obstrictus est.

194. Postulavit Regem populus tanquam ingratus, & tanquam idolatra: tanquam ingratus, quia voluit deserere Deum suum immediatum Regem, per quem à servitute Pharaonis in libertatem fuerat assertus; & ejicere Samuelem, qui tot annis rempublicam justè administraverat. Nam ingratus, ut diffiteatur obligationem, suo benefactori infidelis est. Postulavit Regem tanquam idolatra: quia ut coleret simulachra, appetiit sceptrum: mundanis enim sceptris vana simulachra adhærent. Jeroboam erexit vitulos aureos, ubi principatum adeptus est: Salomon curiam Jeresolymitanam falsis simulachris implevit. Adeo infana, & inhumana est hominum ingratitude, ut ne benefactori Deo se gratos exhibeant, ab ipso Deo deficiant ad dæmonem.

195. Ingratum se gessit populus erga Deum: ingratißimum erga Dei filium, & progreditur adhuc ipsa crescente, ac gliscente indies ingratitude: nam ingratitude malum est, quod augetur beneficiis, & fit immedicabile remediis. Factus Deus homo quæsi-
Idololatria sceptri potius adhæret.
vit populum suum, ut eum revocaret, vel sanaret ab ingratitude, qua suum creatorem offenderat: *Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domus Israël.* Populus verò eum noluit excipere. *Sui eum non receperunt.* Imò cruci affixit inter duos latrones. Cum enim Hebræi essent majoribus beneficiis Deo obstricti, & vitio ingrati-
Ingratitudo augetur beneficiis.
Math. 15. Joann. 1.
dinis

Luc. 7. dinis laborarent, consequens fuit, ut omnium evaderent ingratiſſimi: nam ingratitudo crefcit ad numerum & meſuram beneficiorum. Interrogat Baptiſta per diſcipulos ſuos à Chriſto, an moriturus eſſet, ſicut naſci dignatus fuerat. In hoc enim ſenſu capiunt interpretes verba illa: *Tues qui venturus es, an alium expectamus?* Reſponſum à Domino fuit, pedes dari claudis, oculos cæcis, vitam mortuis: *Claudi ambulat, cæci vident, mortui reſurgunt.* Quis non animadvertat reſponſum interrogationi redditum? *Quæſitum eſt de morte, & reſponſum eſt de beneficiis collatis, ſeu liberalitatis operibus?* Ita; quia ſolent homines pro beneficiis reponere injurias: idè volens Chriſtus reddere Baptiſtam certum de violenta morte, quam doloribus affectus, & conviciis laceratus à Judæis erat accepturus, illi commemorat beneficia, quæ Judæis iſtis contulerat: ut ex magnitudine beneficiorum intelligeret atrocitatem mortis ſubeundæ. Malum igitur eſt ſine medicamine ingratitudo: quia remediis augetur.

Joan. 19. 196. Talem ſe erga Deum exhibuit Hebræus populus: ſiquidem quando magis Deo obſtriſtus, illius regimen detrectavit, Regemque petiit: lapſu deinde temporis, ne Deum ipſum agnoſceret Regem, damnavit capite: *Quia ſe Regem facit.* Tales ſolent eſſe hujus mundi reſpublicæ erga eos, à quibus majora accipiunt obſequia, & à quibus magis illuſtrantur. Optimis legibus Solon ſuam patriam inſtituerat, & pro compensatione de fallis criminibus inſimulatus, authoritate Senatus in Cyprum ablegatus eſt, ubi vita functus in cadavere ingratorum civium ſuſtinuit indignationem: ingratitudo enim nec iſtis parcit cadaveribus. Jam Dominus in cruce obierat, & adhuc ejus latus diro potuit vulnere: *Unus militum lancea latus ejus aperuit.* Non ſic cum latronibus eodem tempore patibulatis actum eſt. Si Chriſto, cur non latronibus? Quia in latronibus mortem exercuit juſtitia, in Chriſto ingratitudo, & hæc non contenta vitæ finibus, ultra mortem prorogat injurias: temperatior igitur fuit juſtitia erga improbos malefactores, quàm ingratitudo erga probum benefactorem.

Ingratitudinis exemplum. 197. Condecoravit Lycurgus Athenas ſanctis legibus, & vita, quem proinde Athenienſes ob talia beneficia exilio mulctarunt, quia nequibant rectis aſpicere oculos ſuum beneficium legiſlatorem.

Eri-

Eripuit Dion à tyrannide Dioniiſi ſuam patriam, eamque priſtinæ reſtituit libertati: at ſenatus, ne tale fateretur beneficium, eum honore ſimul & vita ſpoliavit. Eandem expertus eſt retributionem Alcibiades poſtquam debellavit Xerxem.

Implorant Carthaginenſes auxilium à Lacedæmoniis contra Romanos: illis fert opem Xantippus, & poſtquam eoſdem fracta Romanorum potentia, ab hoſtibus eripuit, iſiſque victum Attilium Regulum tradidit, in compensationem tanti beneficii, proditoriè in mare projectus eſt, ne viveret inter Lacedæmonios, qui liberator Carthaginiſis poſſet jure nuncupari. Tantum homines gravat obligatio, ut in mare ad ſe exonerandos projiciant, quem ex gratitudine debuerant ſummis honoribus condecorare. Scipio mortuus eſt exul à patria: & quidem tot ſunt ingratitudinis exempla, quot benemeriti: nam ingratitudo ſe exhibet crudeliorem erga magis benemeritos: & invidia neminem præcedentem patitur. Creavit Deus Angelicas hierarchias in cœlo cum præcedentia, ut eam homines in terra ſuſtinerent: verùm cum invidia foret ſupplicium peccati, & peccatum ex ingratitudine naſceretur, hanc damnofam hæreditatem Adami poſteritas naſta eſt.

198. Delegit Deus Moylem & Aaron virtutibus præditos in ſui populi gubernatores: cumque optimè, Deo ipſo aſſiſtente regerent, nil aliud à populo acceperunt præter infanas quærimonias, & injuſtas murmurationes. Quid? ob id quòd rectè adminiſtrent, ſuum munus præclare obeuntes: vel ob id quòd ornati virtutibus præluceant aliis, inſectationes, & detractationes ſuſtinent? Ita: quia humana natura ex innata propenſione invidet, non gratificatur: ſemper enim tenebræ contra lucem armantur. Cum virtus nativo ſplendore luceat, debilesque ſcleratorum oculos perſtringat, ſclerati homines offenſi, omnem alienam lucem averſantur, ac moliantur extinguere, ne compellantur ſuo debili obtutu videre. *Non poterat* (inquit ſacer textus de Heli) *videre lucernam Dei antequam* *extingueretur.* Alienæ luces quò magis ſplendent, eò magis excæcant alienos oculos, ita ut ab eis aſpici nequeant niſi extinctæ. Frequentiſſimum in humanis eſt, ut non appareant virtutes in vivente, niſi poſt ejus mortem, perſona deficiente: invidia enim oculorum impedimentum verſatur circa perſonam, qua deficiente

*Invidia
virtutes
inſectatur*

*1. Reg. 3.
Virtutes
poſt mortem
videntur.*

T

ipſa

ipsa etiam defixit, juxta illud Epigrammatographi: *Pascitur in vivis livor, post fata quiescit.*

Sapientia
fulgens,
& Zelo
ardens
multa pa-
tiuntur.
Jerem. 15

199. Queritur Jeremias se ipsum tanquam zelo ardentem, ac fulgentem sapientia: *Vae mihi mater mea: quare genuisti me virum rixae, virum discordie in universa terra? Non foveravi, nec foveravit mihi quisquam: omnes maledicunt mihi. Inveni sunt sermones tui, & comedi eos.* Videtur hujusmodi ingrata querela: si enim zelo ac scientia quis similitudinem magnam cum Deo fortitur, cur queritur Jeremias se Deo simillimum evasisse? Dolo affectus in eas erupit querimonias, quasi ex majori similitudine cum Deo, majori apud homines odio & invidia conflagraret: ita ut augetur odium & invidia ad magnitudinem & mensuram talis similitudinis crescentis. Non sustinent homines sapientissimum, quasi humanam sphaeram egredientem.

Verum si Jeremias queritur se matura ac perspicaci mente praeditum, cur David à Deo postulabat mentem, ut viveret? *Intellectum da mihi, & vivam.* Quia Propheta non efflagitabat intellectum, ut viveret cum hominibus, sed ut viveret cum Deo, ejusdem legis diligentissimus observator: eodem namque psalmo suam mentem exposuit, adjiciens: *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.* Ut enim viveret inter homines, se exhibuit insanum, proindeque omni intellectu destitutum: *Immutavit os suum coram eis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostio portae: defluebantque salivae ejus in barbam.* Inter homines qui plus sapit, & eminent, versatur in majori periculo: reputant enim pro offensa propria alienam excellentiam. Etiam quando decidunt solis radii, feriunt sublimiora montium cacumina, quasi in ipsorum descensu non patiantur ascensum, ac sublimitatem montium. Mercurius peritiae facundiae olim creditus Deus, est inter omnia minimum astrum, quod agnoscit Mathematica: cum enim viderant sapientem reliqui planetae, non sunt passi illum inter ipsos plurimum lucere.

Invidia
non pati-
tur alie-
nam ex-
cellentiam.
I. Re. 21

Invidus
contra lu-
cem.

200. Valde insolita erant prodigia, quibus Deus per solitudinem suam ducebat populum: & hic quò majora aspiciebat, eò plus despiciebat regimen divinum, adeo ut in deserto, deficeret à Deo ad vitulum, & in terra promissionis ad simulachra. Fit Deus homo, ingre-

ingreditur Hierosolymam, innumera edens miracula, ut suo mederetur populo: multi cernebant, omnes saltem ex fama agnoscebant: invidia tamen & ingratitude Pharisaorum, in id maximè industriae diabolicae nervos intendit, ut supprimeret, vel potius manu Judae extingueret lucem, quae illos suo magno fulgore obcaebat: *Quid facimus? ecce mundus totus post eum abijt.* De bono illi for-
marunt, & confinxerunt culpam: semper enim invidia à bono ma-
lum eruere solita est. Culpa reputatur à Pharisaeis, quòd totus
mundus sequatur Deum hominem, cum deterrimum omnium fo-
ret malum in Pharisaeis, deserere illum, quem omnes pro obtinen-
da vita aeterna sequebantur.

Joan. 11.

Cum tamen Pharisei simul ingrati, invidique forent, lux ingens eorum lividos oculos perstrinxit, & obcaevit, remanente ingratitude pro supplicio: *Quid est quod debui ultra facere vineae meae, & non feci ei: an quod expectavi, ut faceret uvas, fecit labruscas.* *Ostendam vobis, quid ego faciam vineae meae (ait Deus) auferam sepem ejus, & erit in direptionem, diruam maceriem ejus, & erit in calcationem.* Per vineam intelligitur Hebraeorum regnum. Praedixit igitur Deus Hebraeo populo, ob ingratitude beneficiis, quae acceperat tempore, quo Deus super illum regnaverat, omnino dissipandum, & evertendum esse: nam ingratorum Deo, ut diripiantur, ac dissipentur, ipsamet ingratitude supplicium est.

Isai. 5.

Suppli-
cium in-
gratitudi-
nis.

201. Duo tamen hic animadverto, alterum, si populo ingrato Dei ipsius regimen displicet, cur tot beneficiis cumulat populum eò plus displicet, quòd plura accipientem? Alterum, cur eodem supplicio affecit Deus omnes Hebraeos, propter ingratitude eorum, qui deliquerunt: *Diruam maceriem ejus, & erit in calcationem?* Quoad priorem animadversionem, existimo Deum tot beneficiis afferisse suum populum, quia Deus ut suam erga nos effundat beneficentiam, conferenda beneficia non tam mente, quam voluntate potius quam ex mente metitur, quasi ea amore potius, quam scientia regulentur.

Benefi-
centia Dei
ex volun-
tate po-
tius quam
ex mente.

Locavit paterfamilias vineam suam hominibus, qui nullo, fructu ex tali vinea reddito, primogenitum illius filium occiderunt: *Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam: & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular: & locavit eam agricolis.* Hic Paterfamilias Deus omniscius est: si ergo Deus multo antea praeoverat pessimam ho-

Math. 21

minum correspondentiam, cur in illorum manus suam vineam tradidit? Quia hujusmodi traditio executioni per amorem mandata est, eamque proinde non inter cepit ratio. Si Deus quâ beneficis nobiscum ageret ex sua infinita præscientia, nec nobis conferret vitam & sanitatem, quibus eum offenderemus, nec fortunas, seu divitias, quas prodigè, & nequiter effunderemus. Judicat nos Deus ex amore: & ita se gerit erga homines in conferendis beneficiis, ac si nesciret futuros homines ingratos.

Amor supra caput Dei. Isai 6.

Vidit Isaias Deum sedentem in magnifico ac sublimi folio, ex quo innumera distribuebat beneficia hominibus: eminebant Dei ipsius capiti duo seraphini: *Seraphim stabant super illum.* Constabat Dei thronus ex fulgentibus sapphis & adamantibus: at Seraphini pro throno sortiebantur Dei ipsius caput. Seraphim idem valet atque ardentissimus amor. Quæro modò; amorem collocat Deus supra caput, in quo sedem fixere mens & scientia? Ita: quia voluit Deus significare suam voluntatem & amorem quandoque succedere loco mentis & scientiæ, quasi ipsius favores magis procedant ex amore, quo homines prosequitur, quàm ex scientia, qua hominum ingratitudinem prænoscit.

Merita & demerita majorum populi causant felicitatem & miseriam. Math. 26.

202. Quoad posteriorem animadversionem: Hebræus populus diffiteri nequit se justissime à Deo puniri. I. Quia sicut merita suorum majorum ipsum reddiderunt populum à Deo electum, totque favoribus, & beneficiis nobilitatum, ita demerita justè infligere supplicium, & implementum, seu assensum illius petitionis: *Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.* II. Quia videns supplicium, quo mulctati fuere qui suum redemptorem manifestum agnoscere noluerunt, nunc persistit agnoscere nolens manifestissimum: & quidem acerbius meretur puniri, qui neque aliorum exemplo, neque ad supplicii conspectum cavet.

Luc. 11.

Super eosdem Hebræos minatus est Christus venturum esse sparsum sanguinem à tempore Abelis justis, usque ad tempus Zachariæ Prophetæ: *Ut veniat super eos omnis sanguis justus, qui effusus est à sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariæ.* Quid? non erat satis, ut veniret super eos sanguis justus, quem ipsimet sparserant: cur etiam venturus sanguis ab aliis effusus? quia à scelere non desistunt agnoscentes quæ alii ob similia perpessi sunt. **Qui enim.**

enim alieno periculo non redditur cautus, multiplicatam subire poenam meretur. Ille denique ingratus, cui divinum regimen ingratum fuit, ita graviter debet puniri, ut omne omninò ingratitudinis supplicium exhauriat. *Diruam maceriam ejus* (ait Deus de suo populo) *& erit inculcationem.*

Explicit liber primus.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Celsitudo sceptri reddidit Saulem ingratum.

§. PRIMUS.

Saul electus ad sceptrum tanquàm optimus Israëlita, evasit ingratus & perversus.

203. **S**atis perspeximus superiori libro in Hebræo populo ingratitudinem maximam, superest, ut in præsentibus videamus ingratos maximos, scilicet Principes electos ad populi illius regimen: quia in populo, & Hebræis Principibus summa ingratitudo quasi arctissimis restricta vinculis, mutuo nexu, & pari diurnitate permansit. Fuit populus ille summis affectus beneficiis, & ideò summè ingratus: fuere ingrati Principes, quia ingratitudo ipsi orbi coëtanea, orbem ingressa est, sceptrum tenens. Primus in orbe Princeps Adamus, primus ingratus fuit, ita ut sicut nullus homo cum Adamo de principatu, ita nullum aliud vitium cum ingratitudine de primatu certare audeat.

Rogo tamen, cur ingratitudo sceptrifera mundum ingressa est, si homo sceptrifer Deum repræsentat? quia sceptrum est in humanis

manis beneficium maximum, quod à Deo homo accipit: & solent homines maxima beneficia ingratitudine maxima compensare. Sic se erga Deum gessit Saul, & omnes fere Hebræi Principes, quos proinde Deus ex ingratitudine reprobavit. *Argentum reprobum* (dixit Jeremias) *vocate eos, quia Dominus projecit illos.*

Jerem. 6.

Saulis electio & ingrati-
do.

I. Reg. 10

204. Annuit Deus votis populi à Samuele Regem flagitantis, & constituit Regem Israël Saullem filium Cis de tribu Benjamin, qui à Samuele privatim unctus, fuit iterum publicè unctus postquam debellavit Amonitas: & dixit Samuel populo, datum fuisse Hebræis à Deo principem inter omnes Israëlitas optimum. *Certè videtis quem elegit Dominus: quoniam non sit similis illi in omni populo.* Quid igitur gessit Saul obtinens sceptrum, datum à Deo, impetratum ab hominibus? Fuit primus Hebræorum Rex adeo ingratus, ut Deo præcipienti in obediens foret, hominibusque sibi obedientibus tyrannicè dominaretur.

Princeps
esse debet
optimus.

205. In Saulis electione ad principatum duo videntur observanda: alterum, fuisse à Deo electum inter Israëlitas optimum: alterum, cum esset talis, & à Deo electus, evasisse ingratus. Delectus fuit ad regendum optimus, quia sicut Princeps omnibus dignitate, ita virtute debet præcedere: præsertim quia datus à Deo succedebat Samueli etiam à Deo dato. Unde oportebat, ut sicut Samuel non habuit parem, Saul non haberet similem: *Certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo.* Dixit Propheta attendens ad præsentem, non ad futuram justitiam.

Gen. 41

Elementa subjiciuntur coelo dominantanti tanquam optimo: homines similiter Principibus, qui optimi esse & reputari debent. Josephum delegit ad regimen Pharaonis, omnibusque anteposuit, subdens pro ratione excellentiam, qua reliquis anteibat. *Num invenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit?* Optimus vitæ ad coronam optimus est. In Thabore quando Christus per Æternum parentem declaratur Filius, injungitur discipulis, ut illi tanquam Principi ac Dominatori obediant: *Ipsam audite.* Cur non sic in Jordane, quando similiter Filius pronunciatus est? Dispar cernitur ratio ex eo, quia in Thabore apparuit Christus indutus sole & nive, vestimentis, splendore & candore ipso sanctitatem designantibus, in Jordane habitum vel similitudinem peccatoris pro se fe-

Matth. 7.
Princeps
sanctus
esse debet.
Matth. 3.

se ferens: accesserat enim baptismum poenitentiae suscepturus: ut autem Christus salutaretur & agnosceretur Princeps aliis imperaturus, debuit innocentiam potius quam culpam etiam apparentem præ se ferre. Ex tribus prodigiis, quibus Deus exercebat, seu instruebat Moysen ad gubernandum, noluit experimentum fieri de manu missa in sinum, lepram allatura. Ratio est, quia à fordibus & immunditiis omninò alienus esse debet ille, cui alienam vitam dirigere, & gubernare labor est.

Exod. 4.

206. Legimus in S. textu fuisse Saullem à Deo electum ad Hebræum principatum, tanquam optimum inter alios: *Non est similis illi in omni populo.* Et tamen Saul gessit principatum ingratus Deo, & hominibus. Quinam talis iste à corona influxus, ut homines hic mutet, & transformet? Dicendum imprimis videtur, fuisse Israëlitas ita ingratos, vel ex ipso nationis ingenio ita ad ingratitudinem pronos, ut vel Saul inter ipsos optimus & à Deo electus, prodierit ingratus Deo, & hominibus. Deinde (& fortè retius) cum sublimitas coronam associet, & sublimitatem immunitas, videntur Principes sibi persuadere gratitudinem esse subjectionem, quasi gratificantes se debitores fateantur: atque adeo ut sublimem illam retineant immunitatem, necesse est quod coronati inter alios ab officiis gratitudinis plus abhorreant. Verùm necesse non est ingratitudinis pestem omnes inficere Principes: siquidem inter Hebræos, & inter nostros scimus extitisse Principes Deo, & hominibus perquam gratos. Qui igitur vituperat pessimos, commendat optimos.

Princeps
ingratus.
I. Reg. 10.Celsitudo
parit in-
gratitudi-
nem.

207. Superest adhuc multiplex hæsitandi ratio. Cur Deus annuit petitioni, quam averfatur? Dixit enim Samueli: *Sicut deliquerunt me, & servierunt diis alienis, sic faciant etiam tibi.* Si Deo præfens erat futura Saulis ingratitudo (Deum enim nihil latet) cur eligit Saullem in primum Regem Israël: & Samuel justus & verax, cur illud tanquam regno aptissimum commendat? *Non est similis illi in omni populo.* Quomodo item Saul evadit Princeps perversus?

I. Reg. 8.

Ut paucis & perspicuis satisfaciam, petitionis expeditio fuit justa, electio apta, commendatio vera. Fuit expeditio justa, seu justè Deus annuit petitioni: quia cum populus haberet Regem immediatè Deum, postulavit Regem à Samuele: *Constitu nobis Re-*

I. Reg. 8.

gem.

Electio optima in qua superior subditiis conformatur. *gem.* Qui autem rejicit Deum, accipiat tyrannum. Fuit electio apta, quia electus fuit Rex conformis populo, scilicet Rex ingratu-
 tus populo ingrato. Davidem elegit conformem cordi suo, seu juxta cor suum, quia elegit ad remedium populi, elegit verò Saulem pravum pravo populo conformem, quia elegit in populi ipsius supplicium. Item fuit justa petitionis expeditio, quia tali petitioni pro poena fuit. Fuit apta electio, quia uno ingrato, ipsam punivit Deus ingratitude. Commendatio, qua Samuel extulit Saulem, vera: quia Samuel commendavit dotes, quas omnes aspiciabant: proceritatem & pulchritudinem corporis, modestiam, qua submissus coronam accepit, generositatem, qua dissimulavit murmurationem eorum, quibus despectui fuerat: quæ dotes omnes congruunt imperio. Non poterat Samuel judicare Saulem ex futuris coronæ influxibus, siquidem illum noverat à Deo electum. Elegit ac vocavit Christus ad apostolatam Judam, qui futurus erat proditor: & etiam post datum à Christo signum, ut dignoscere-
 tur talis, illum discipuli non judicarunt futurum proditorem, cum vidissent accumbentem mensæ cum Christo, ab eo que vocatum ad Apostolicam dignitatem. Unusquisque diffidens sibi, & non aliis Christum Dominum circa se ipsum interpellabat: *Cæperunt singuli dicere: Nunquid ego sum Domine?* Quod unusquisque sibi diffidat, submissio est: quod sine fundamento diffidat aliis, temeritas. Nam quicumque debet reputari bonus, quamdiu malus nec innotescit, nec probatur.

Diffidentia sui submissio est.

Math. 26.

Judas proditor ingratus.

Math. 16.

Marc. 8.

208. Nihilominus elegit Deus Saulem in supplicium populi sui ingrati, quia de tali populo nasciturus erat Judas: & Christus elegit Judam prævidens fore instrumentum humanæ redemptionis, depromens ex ingratitude proditoris pessimi totius mundi remedium. Utrunque tamen Deus elegit secundum præsens meritum, & non secundum futurum demeritum, quasi modo electione tanquam præmio afficeretur propter præsens meritum, postea afficiendus supplicio propter futurum demeritum. Petrum appellavit beatum Christus: *Beatus es Simon.* Et paulo post eundem vocavit Satanam: *Vade retro Satanas; scandalum es mihi.* Sicut erga Petrum se gessit primo conferendo præmium ob meritum confessionis, deinde infligendo supplicium ob demeritum suasionis, ita erga

erga Saulem & Judam, cui discipuli non fuere diffili in mensa, quia non videbant latentem in corde ingrato proditorem.

209. Auspicatus fuit Saul administrationem regni, optimi Principis opinione, quæ brevi tempore evanuit: siquidem Regis nomen biennio meruit, juxta S. textum: *Duobus autem annis regnavit super Israël.* Solo biennio egit bonum Regem, annos reliquos consumpsit ingratus, tempus terens. Omnes fere principes imperii sui felix ineunt exordium, sed fortuna sceptri mutante ingenium, redduntur ingrati, ipsaque potentia & adulatione fiunt superbi. Multi se fingunt initio regiminis: cum tamen fictio dolus sit, non potest diu latere & perseverare. Poterit lupus se fingere induens ovinam pellem, manus tamen ipsius opere detecta brevi ostendet unguis & rictum. Afflicto regno Israël per Roboam tributis, adivit Regem populus unà cum Jeroboamo, & de tributorum onere conquestus est, sic exoptulans: *Pater tuus durissimum jugum nobis imposuit.* Nonne Jeroboam Zelator fuit præcipuus: *Venit ergo Jeroboam, & omnis multitudo?* Cur ergo de illo protulit sacer textus: *Quæcumque colebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelso-
 rum.* Quomodo vir boni communis Zelator subito evasit tam cupidus? Erat Zelus simulatus, & hic nullas ex tempore capit vires. Hypocritas dixit Christus dignoscendos ex fructibus: *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Cur non dixit à floribus, sed à fructibus dignoscendos? Quia quàm brevis mora temporis intercedit inter cujusdam arboris florem & fructum, tanta datur inter simulationem, & manifestationem hominis simulati: poterit natura arboris in flore adhuc lateræ, sed statim innotescit in fructu.

Principatus initium fere semper gloriosum.
1. Reg. 13.

Fictio & dolus brevi durat.

3. Reg. 12.

3. Reg. 13.

Dolus patet.
Math. 7.

210. Sceptro ipso patent in fraudulentis simulata vitia, inter quæ primatum tenens prima apparet ingratitude. Ozias Rex Judææ exordio sui principatus exhibuit modestiam & pietatem: in throno tamen securus regnum tyrannicè administravit, ingratus Deo. Jorab Rex Israël, cum acciperet sceptrum, evertit simulachra quæ sui parentes erexerant: sed postmodum acquievit vitulis Jeroboami. Jehu, qui à Deo obtinuit præmium, pro zelo, quem exhibuit puniendo familiam Achab, tandem ostendit supplicium illud fuisse natum ex ambitione, ut sei firmaret regno, in

Regum felix initium infelix progressus & finis.

4. Reg. 15.

3. Reg. 22.

4. Reg. 10.

quo firmatus, patuit ingratus & infidelis Deo. Sunt Principes simillimi statuae illi, quam somniavit Nabucodonozor, cujus initia aurea, fines lutei. Felices incipiunt, infelices desinunt. Solum in illis hanc deprehensam veritatem experientia plorat, quod suarum obligationum immemores licenter amplectantur; omne genus pravitatis: adeo ut quando subditos pudet ingratitude, illi impudenter se gerant ingrati.

Ingratitudo Principum.

In Christi servatoris genealogia bis nominat Davidem Evangelista: & animadverto, quod priori loco tacet illius defectus: *Liber generationis Jesu Christi filii David.* Et loco posteriori manifestat illius scelera: *David autem Rex genuit Salomonem, ex ea qua fuit Urie.* Discriminis ratio videtur esse, quia priori loco loquitur Evangelista de Davide, tanquam de homine privato, *filii David*, loco posteriori loquitur de Davide tanquam Rege: *David autem Rex, & proximè dixerat Jesse genuit David Regem.* Davidem quandiu privatum puduit ingratitude, ubi verò factus est Rex, fuit non sine scandalo ingratus: quia magnitudo sceptri reputat pro magnitudine ingratitude: illa multos reddidit ingratos, sed Saulem ingratisimum.

Ingratus ille magis qui sine meritis accepit beneficium.

211. Constituit Deus Saulem sui populi Regem, cum esset de tribu minima: & ubi Saul agnovit se obligatum, evasit inobediens, ac divinis præceptis rebellis. Est enim sceptrum veluti astrum influens ingratitude: cum enim sceptrum sua magnitudine excedat merita, proindeque sine meritis frequenter obtineatur, & experientia doceat id quod minus sub merita, minus sub gratitudinem cadit, Princeps factam sibi solutionem reputat, quod mera gratia & favor fuit, proindeque arbitrans se carere debito, non retribuit. Si Angeli habuissent merita, fortè contra Deum non rebellassent. Si Adamus diu laborasset ante paradisi ingressum, fortè nona misisset. Præmium collatum ob merita & labores agnoscerent, & Deo præmianti grates debitas solvissent. Nihil indigno conferri debet, ne accipiens ingratos fiat: conferre sceptrum sine meritis, est sceptriferam reddere ingratitude. Detulerunt arbores sceptrum rubo, & cum debuisset rubus grates referre pro obsequio, cœpit hæsitare de offerentium animo: *Si verè me Regem constituistis.* Hac ratione gratificatur rubus pro tanto obsequio?

Jud.9.

Ita:

Ita: quia cum rubus ex natalitii vilitate, & naturæ asperitate non mereretur sceptrum, nequibat tali arborum obsequio respondere debita gratitudine.

§. SECUNDUS.

Ingratitudo reddidit Saulem inobedientem, & malitiosum.

212. Ubi primum suscepit regnum Saul, seque vidit coronatum, ac infidentem regali folio, neque paruit Deo in sacrificio Galgala, neque in supplicio Amalech: neque enim potest obedientia cum ingratitude consistere. Injungit Deus Sauli, ut septem diebus expectet Samuelem, ut hic operaretur sacrificium in gratiarum actionem pro victoria de Philisteis reportata: non expectat tempore à Deo præscripto, sed ipse ante Samuelis adventum sacrificat: & culpam inobediencie purgare intendit prætextu necessitatis, quod viderit populum metu hostium perturbatum: *Necessitate compulsus obtuli holocaustum.* Voluit Deus acerbo supplicio punire Amalech, præcipit Sauli, ut omnes omninò Amalecitas, nullo sexus, conditionis, ætatisque discrimine ferro jugulet, & nulla prorsus ex tali clade spolia detrahat: cum vellet talem inferri vastationem, ut omnis gentis illius memoria penitus aboleretur. Deum sic præscribentem non audit Saul, sed ingressus Amalech, parcit Agag Regi illorum, & capit de spoliis, quæ potiora visa sunt, pietatem populi, ut se excuset, prætextens: *Ut immolet Domino Deo suo in Galgalis.*

Obedientia stare nequit cum ingratitude.

1. Reg. 13

1. Reg. 15

213. Non paruit Saul tanquam ingratus, & se excusavit tanquam malitiosus: nam ingratitude & malitia cum sceptro annectuntur. Quæro tamen, quænam ex culpis duabus major fuerit, non obedire, an excusatio inobediencie? Credo in Principe nullum dari magis detestabile, & inexcusabile scelus, quam Deo non obedire. Nam in regno Israëlítico sustinuit Deus multos Principes idololatrias, & Saulem inobedientem sceptro privavit, dixitque Samueli se poenitentiam fuisse tactum, quod Saulem designaret Regem: *Pœnitentet me quod constituerim Saul Regem: quia dereliquit me, & verba mea.* Inobediencia culpa est, quam Deus magis averfatur, utpote ingratitude filiam, & primam, qua primus Rex Adamus tanquam ex

Inobediencia Deo in Principe majus peccatum.

1. Reg. 15

ingratitude in obediens Deum ipsum offendit. Rectè imperare nequit, qui nescit obedire: bonus gubernator esse debet bonus subditus. Christus in sacris litteris modò appellatur Pastor: *Ego sum Pastor bonus* modò Agnus: *Ecce agnus Dei* ut sic nobis insinuet neminem posse prælati muneri rectè satisfacere, quia priùs humiliter subditi oneri succumbat.

Joan. II.
Prælatus bonus esse debuit bonus subditus.

Joan. I.

Jos. IO.
Obediens est ad regnandum aptior.

Ad Ephes. 6.

Joan 21.

1. Reg. 15.

Excusatio sceleris magnum scelus est.

214 Quando solletit ad vocem Josue, sicut quidam miles ad vocem sui ducis, ait facer textus Deum paruisse voci hominis: *Obediente Domino voci hominis.* Non stetit quòd Deus præceperit, sed quòd Deus obedierit: quasi obediant ad nutum creaturæ Deo non tam præcipienti quàm se præceptis ad nostrum exemplum subiicienti. Postquam Apostolus hortatus est servos, ut dominis suis pareant: *Servi obedite dominis carnalibus cum timore & tremore.* hortatur dominos ut etiam servis obediant: *Et vos domini eadem facite illis.* Quasi ad rectè imperandum opus sit rectè etiam obedire. Conservatur corpus humanum ex recta subordinatione membrorum suo capiti, sicut corpus politicum, seu respublica ex subjectione subditorum suo Principi: similiter Princeps ex eo quòd subjiciatur Deo, cui si omnes creaturæ obediunt, Princeps ex eo peculiariter obedire debet, quòd in terra ipsius Dei vices gerat. Obedientiâ & subjectione inter se cœli moventur, & conservantur. Quando Christus Petrum constituit suæ Ecclesiæ summum Rectorem ac Principem, vocavit Simonem, hoc est obedientem: *Simon Joannis diligis me? pasce oves meas.* Quia ut rectè præciperet tanquam Petrus, debuit rectè obedire tanquam Simon. Christus paruit in horto, ut regnaret in cruce: & post triginta & tres exactos annos obediendi in terra, elevatus est, ut regnaret in in cœlo: nam qui se subiiciendo obedit, ad regnandum aptior est. Idcirco Saul unâ cum amissa subjectione, & obedientia Deo debita regnum amisit: *Abjecit te Dominus, ut non sis Rex.*

215. Majus tamen scelus patravit Saul dum se excusavit tegendo scelus, vel appetendo sceleris immunitatem: nam ex malitia metitur culpa, & duplicata malitia est culpam excusare: qui se excusat, se gerit superbum, cor abscondit, & reddit impossibile remedium. Culpatus habere debet oculos ad culpam videndam, & plorandam, non verò linguam ad culpam obtentu aliquo purgandam.

dam. Deliquit Petrus, & non legimus culpam suam verbis aliquo tempore excusasse, sed scimus per totam vitam continenter luxisse: *Flevit amarè.* Peccavit Magdalena, & solum ejusdem lacrymæ sunt locutæ ad Christi pedes: *Lacrymis cepit rigare pedes ejus.* Nam lacrymæ agunt resipiscentiæ linguas, & doloris testes.

216. Excusarunt nostri primi parentes inobedientiam commissam, & Deus illos multavit gravi supplicio, spoliando gratiâ, & expellendo à paradiso. Petrus & Magdalena suam plorarunt culpam, & cum venia obtinuerunt gratiam. Non legimus poenam aliquam etiam levem fuisse illis à Christo impositam. Adamo & Evæ poena gravis inflicta fuit, non ita Petro & Magdalena: quia Petrus & Magdalena luxerunt: Adamus & Eva culpam excusarunt: *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi: serpens decepit me.* Excusare culpam, fuit aggravare crimen: maneat igitur penâ affecti quantumvis à culpa absoluti: siquidem voluerunt tegere excusationibus, quod potuerant omninò abolere lacrymis.

217. Nullo citius medicamento sanantur vulnera, quàm lacrymis. Flevit Jacob victor ex luctamine illo celeberrimo: *Flevit, & rogavit eum.* Si victus succumberet, aptè ploraret, quid plorat victor? Certè evasit victor, sed vulneratus, & ut omne vulneris declinaret periculum, cor per oculos stillavit, & optimam elicuit medelam, qua nullus alius liquor salubrior. Duo fegetum, vel sationum genera invenio in sacris litteris, alterum Davidis, alterum S. Luca: seges Davidis, & eorum, qui seminarunt labores, feliciter respondit, nempe copioso fructu: *Euntes ibant, & flebant mitentes semina sua: seminantes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Non sic obvenit seges Evangelistæ, siquidem pars seminum longè major periit, nec ullum reddidit fructum. Unde priori tanta felicitas, posteriori tantum infortunium? Priores sationes suam lacrymis irrigarunt fegetem: *Ibant, & flebant:* Posteriori fegeti defuit humor: *Natum aruit, quia non habebat humorem.* Sationes spiritus pereunt deficientibus oculorum imbribus, sicut arescunt sationes terræ deficiente cœlesti pluvia. Si singulis granis feminatis singulæ accederent lacrymulæ, ita cresceret spiritualis seges, ut in maximos germinaret proventus. Quia luxit David,

comparavit veniam: quia se excusavit Saul, mansit sine fructu indulgentiæ.

Malitiosus est stultus. 218. Erat Saul ingratus, ideoque excusavit fictus, quod debuerat fateri sincerus: quia malitia semper se excusat, & semper se fingit ingratus. Verum si Saul fuit ingratus in non parendo, &

1. Reg. 13. fictus in se excusando, cur vocatur à Propheta nescius? *Stultè egisti* Si etiam taxat illius nimiam lenitatem, erga eum, cui se debue-

1. Reg. 25. rat exhibere severum: *Eo quòd non feceris iram ejus contra Amalech:* Cur non objurgat longè majora scelera, quæ patraverat Saul, nempe quando interfecit septuaginta sacerdotes, & funditus eruit civitatem Nobe? Nonne hæc illi vertit vitio, & solum damnat indiscretam pietatem? Objurgatio fuit à Deo, per Prophetam illata: quia solus ingratus non paret Deo, & in idem recidit ingratum esse atque inficium ac stultum.

Ingratitudo est origo scelerum omnium

219. Non eum sugillavit Propheta ob alia crimina, sed ob solam ingratitude: quia ob hanc fuit inobediens, fecitque gradum ad reliqua delicta: non illi imputatur gravitas, immanitas, & deformitas scelerum, sed ingratitude tanquàm radix & principium omnium. Lucifero exprobat Isaias ingratitude, quando se Deo æquare voluit in throno: *Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris?* Cur non exprobat pessimo illi draconi insectationem mysticæ illius foeminae, contra quam in caelo ausus est. *Dracones stetit ante mulierem.* Cur non bellum, quod cum suis sequacibus intulit sanctis Angelis, quando cum illis atrox commisit prælium? Solam illi exprobat ingratitude: Solam. Quia ingratitude fuit in Lucifero radix, à qua scelera omnia sumplere exordium.

Isai. 14.

Apoc. 12

Gen. 4.

Alloquitur Deus Caimum, & increpat tristitiam, quam exhibuit videns sacrificium fratris sui magis acceptum Deo. *Quare concidit vultus tuus?* Arguit Deus Caimum, eò quòd se gesserit ingratum propriæ naturæ, illi invidendo libentiam, qua Deus Abelis fratris sacrificium aspexerat. Cur non illum increpat ob invidiam, qua incensus fratrem vitâ spoliavit, tanquam primus, ac omnium possimus fraticida? quia illa ingratitude fuit radix & origo totius peccati in Caimo. Saul ex ingratitude commisit inobedientiam nimiam mansuetudinis, non quòd mansuetus foret, sed quia simulavit se mansuetum, ut esset magis ingratus.

220. Adjicere possumus fuisse Saulem tanquàm nescium objurgatum à Propheta, eo quòd excusaret talem culpam: quia inficitia magna fuit sibi persuadere posse dari inobedienciæ excusationem. Verus obediens debet supponere prudentiam in jubente, ut exequatur mandatum, quin illius rationem expendat. Obediencia & amor depinguntur cæci; quia obediencia, sicut & amor, clausis oculis operatur: obediencia quæ perfectissima est, nuncupari debet mors judicii, & sepulchrum voluntatis. Nihil plus aggravavit culpam primorum parentum Adami & Evæ, quàm velle illam excusare, sibi persuadentes posse dari rationem non parendi, cum ratio parendi omnimoda sit ipsamet obediencia. Rectè intellexit Eva hanc obligationem in responsione, quam serpenti reddidit. Interrogaverat Serpens causam præcepti. *Cur præcepit.* Et Eva pro causa reddidit præceptum: *Præcepit nobis Deus:* Nam omnimoda obediencia ratio esse debet, Deum præcepisse. In prima totius orbis molitione non commendavit Deus, quod ipse fecit, sed quod fieri jussit. Fecit Deus hominem ex luto suis operatus manibus, & non commendavit: jussit ut fieret lux, & factam commendavit: *Dixit: Fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus quòd esset bonum.* Optimum præstitit obedienciis documentum, significans magis procul esse à dubitatione honestatis & bonitatis quod ipse præcipit, quàm quod ipse facit, cum utrunque citra talem dubitationem omnino sit. Magna igitur audacia est scrutari, & velle expendere, an sit honestum quod Deus imperat. In horto Christi humanitas timuit tormenta & dolores utpote acerbissimos, & Christus non petiit efficaciter illorum levamen aut moderamen: *Pater mi si possibile est, transeat à me calix iste: non sicut ego volo, sed sicut tu.* Siquidem illorum dolor minimus sufficiebat pro redemptione. Voluit enim nos docere timorem ab obediendo non excusare, cum in angustiis majoribus major eniteat subjectio & obediencia. Cum verò Saul esset ingratus, non se submisit obedienciæ, ne subjaceret rationi: quia ingratum sceptrum omnem dedignatur rationem.

Inobediencia caret excusatione. Obediencia cæca debet esse.

Gen. 3.

Gen. 1.

Matt. 26.

S. TER-

§. TERTIUS.

Deesse cultui divino est maxima ingratitude Principis.

Cultui Di-
vino Prin-
ceps deesse
non debet.

221. Inobedientia & malitia Saulis magna fuit culpa, sed longè major (ut credo) quam patravit sacrificando: cum se magis ingratum exhibuerit sic audax prophanando divinum cultum, quem ex strictiori obligatione observare, & propagare debuerat. Qui enim majori obligationi deest, magis ingratus est. Regem Oziam adolentem thus alteri sacerdotes objurgarunt, & Deus severe punivit: *Statimque orta est lepra in fronte ejus.* Deliquerat multò antea David non solum privans honore, sed etiam vità spolians Uriam. Cur igitur Deus non punit leprà Davidem ob duplicatam culpam, si punit Oziam ob unicam? Culpæ Davidis læserunt honorem humanum, culpa Oziaë offendit honorem divinum: & hanc principum ingratitude Deum magis ægrè fert: quia, cum tradat sceptrum hominibus ad divini cultus observationem, & defensionem, per illos ipsomet violato, & prophanato cultu offenditur.

Triplex religionis obligatio obstringit Principem, scilicet observare divinum cultum, venerari illius ministros, & eorum protegere jurisdictionem: hæc est inter omnes politica optima, sanum tribunalium consilium, & justissimum Principum decretum. Nam observatio divini cultus est debitum fidei, veneratio ministrorum est honor Deo exhibitus, illorum protectio est sceptro annexa obligatio.

Observa-
tio divini
cultus
Princi-
pem de-
fendit.

1. Reg. 21.

222. Observatio divini cultus est optima politica, nam id ipsum, quo Principes Deum colunt, & honorant, est ipsorum firmior securitas & protectio. Exigit David gladium, quem in templo Deo obtulerat, & ait se non posse reperire similem, quo defendatur. *Non est huic alter similis: da mihi eum.* Quid: perierunt ne omnes artifices, vel omnes extincta est materies ad fabricandos, & recoquendos enses meliores, vel saltem illi æquales? Non perierunt: cum tamen gladio illo David præciderit, averteritque periculum divini honoris, quando gygantem blasphemum interfecit, nullo

nullo alio gladio poterat David vivere tutior, ut se ab hostibus tueretur. Talis enim gladius, qui divinum honorem defendit, à periculis Davidem procul dubio eriperet. Flammæ eripuerunt à vinculis Eliam, quia flammis Elias divinum honorem defenderat.

223. Animadvertere debent Principes divinum honorem non violari tantum ex defectu cultus divini, sed etiam quando ministrorum Dei honor violatur. Nam supremus Princeps, & Rex Regum Christus Jesus loquens de sacerdotibus ait: *Ego dixi: Dii estis, & filii exæli omnes.* Et filiis illata injuria lædit parentem. Injunxit Deus Moyfi ut ad vestimenti sacerdotalis oram juberet intexi mala punica coronata: *Ad pedes ejusdem tunice per circuitum quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura.* Quid? ad sacerdotis pedes coronæ, quæ fabricantur imponendæ capitibus? Voluit Deus significare quanti ejus sacerdotes fieri debeant, locum designando Principum coronis, scilicet sacerdotum pedes, à quibus per Principes suppliciter veneratis, illorum coronæ decus & firmamentum caperent. Addo voluisse Deum ut hoc symbolo intelligerent Reges se non posse Ecclesiæ gressus intercipere, vel impedire sine gravi mutatione, vel etiam lapsu suarum coronarum: quia non potest excogitari major ingratitude in Principibus, quàm offendere honorem illius, qui eos sceptro & corona honoravit.

224. Appellavit propheta Saulem ignorantem ob primam inobedientiam. Et quando illum increpavit ob secundam, illius inobedientiam contulit idololatriæ: *Quasi peccatum ariolandi est.* Miror tamen hujusmodi comparisonem, cum intercedat discrimen maximum inter inobedientiam, & idololatriam: quia inobediens deest mandato, & non negat Deum: idololatra negat Deum, & deest legibus, ut adoret Diabolum. Fateor genuinam fuisse æquiparantiam: nam ingratus inobediens est idololatra vel contra fidem, vel contra rectam rationem, quibus adversatur. Queritur Ozeas propheta nomine Dei populum suum, & confert Israëlitas cum Adamo: *Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum meum.* Quia licet culpa Adami fuerit inobedientia, & culpa populi idololatria, fuere tamen valde affines: quia Adamus, cum tot à Deo acceperit beneficia, non paruit tanquàm ingratus: & quidem valde propinquat, seu assimilatur idololatræ, qui habet manus ad

Ministri
Dei, & sa-
cerdotes à
Principe
honorandi.
Joan. 10.

Exod. 28

Inobedi-
entia est in-
star idolo-
latriæ.
1. Reg. 15.

Ose. 6.

accipiendum, & non habet ingenuitatem, seu urbanitatem ad gratificandum.

§. QUARTUS.

Ob ingratitudinem & simulationem sine regno, & indulgentia mansit Saul.

225. Audit Saul objurgationem, & se excusat à culpa: illi Samuel minatur nomine Dei privationem sceptri, & Saul statim se peccasse fatetur: *Dixitque Saul ad Samuelem, peccavi.* Quid? audiens reprehensionem, se profitetur innocentem: audiens minas, se fatetur culpam? Ita: quia timorem consequitur malitia, sed non resipiscit. Judas timuit, sed non resipuit. Caimus factus est culpam, sed non postulavit suppliciter veniam: omnes ficti ac simulati fuere, Saul tanquam ingratus Deo, Judas suo magistro ac Domino, Caimus etiam propriæ naturæ: corda autem simulata non merentur veniam, quia resipiscentiâ carent. Objurgat Nathan Davidem propter adulterium, & homicidium contra Uriam, & Rex fatetur culpam: *Peccavi Domino.* Post hujusmodi confessionem manet condonata culpa Davidis, & non post similem culpa Saulis. Quid? si peccavit David spoliando vitam Uriam, & non paruit Saul condonando vitam Agag: cur parcit Deus Davidi, & punit Saulem, cum uterque fateretur culpam suam eodem verbo: *Peccavi?* Nemo disparitatem hujusmodi demiretur: quanvis enim verba fuerint eadem, corda inter se longè discreparunt: Locutus est David ad Deum ore & corde: locutus est Saul solo ore: cor enim à Deo tanquam fictum longè aberat, proindeque veniam non obtinuit. Valor enim confessionis & sacrificii non consistit in eo quod ore foras profertur, sed in eo quod intus in corde sentitur.

226. Acceptavit Deus sacrificium Noëmi: *Odoratus est Dominus odorem suavitatis.* Et respuit sacrificium Judææ: *Holocausta arietum nolui.* Disparitatis ratio in promptu est: Noëmus offerens in altari sacrificium, Deo simul offerebat & consecrabat cor: Judæa è contra offerebat holocausta in templo, & cor suum prophanis commerciis devovebat, obstringebatque: Deus verò querit cor ad infundendum illi suam gratiam, cui tuac largiter infundit, quando

do promptum invenit ad ipsius nutum. Solet enim Deus metiri affluentiam suæ gratiæ, non sacrificio victimarum, sed cordium oblatione. Tacuerunt Magi Orientalia munera, quæ conabantur offerre Deo, & solum fecere mentionem de adorationibus, quas veniebant solvere pro tributo: *Vidimus stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum.* Quia Deus plaris facit affectus cordis, quam dona liberalitatis. Pepercit Deus Davidi, quia condolet nobis miseris ingemiscentibus nostra scelera, ut condonet: non pepercit Sauli, quia abominatur simulationes, ut puniat. In culpis operatur fragilitas, in simulationibus malitia: propter fragilitatem ignoravit Deus homini: sed propter malitiam sine venia mansit Diabolus. Item pepercit Deus Davidi, quia licet peccaverit tanquam fragilis, de divina bonitate sensit tanquam gratus: punivit sine venia Saulem, quia non obediens se finxit tanquam ingratus: & peccata ingratitudinis divinam severitatem experiuntur.

227. Magnitudine sceptri redditus est Saul ingratus, & ingratitudo illum reddidit inobedientem erga Deum, & tyrannum erga Davidem: ideo ex ingratitudine amisit sceptrum: *Abjecit te Dominus ne sis Rex.* Ipsi Dei nomine intimavit propheta Samuel. At si Deus sceptro spoliavit Saulem, cur inquit S. Pagina Saulem Israëlis regnum administrasse quadraginta annis? *Dedit illis Saul annis quadraginta.* Quia ad regnandum fatis non est manu sceptrum, & capite coronam gestare, nisi manum gratitudo dirigat, & caput divinus timor gubernet.

Per Jeremiam promittit Deus hominem, qui gubernaturus est populum, & sic loquitur: *Regnabit Rex.* Si Rex erit, si sceptrum, & coronam gestabit, planum & evidens est, quod sit regnaturus: cur igitur postquam prædixit Regem fore, adjecit veluti superfluè, *regnaturum?* Non fuit in dicendo superfluus. Sunt enim Reges, qui non regnant; quando Rex non administrat integrè justitiam, non regnat; supplicium est, & non regnum duratio regiminis in tyrannis; his evenit gubernantibus, quod detentis in pelago, & cum tempestate luctantibus; non enim cursum habent toto illo tempore. Quadraginta annis factus jam Rex vixit Saul, & tamen sacer textus ait solum regnasse duobus annis; quia reliqui omnes in tyrannide fuere consumpti; proindeque non fuerunt anni regnantis,

nantis, sed sine numero evanuerunt. Opera sunt quæ nomen inducunt, ac durationem conferunt Principi: nam ex illis nascitur æstimatio tanquam fructus regiminis: si fructus amarus est, evadit duratio pœnalis.

*Restitudo
dat Regi
regnavit.*

Luc. 2.

*Anni ex
sanctitate
integrati.*

228. Diuturnum est regnum Principis justii, quanvis regnet tempore æstimatur exiguo: regnum non *metitur* annis, sed virtutibus; Rex qui vivit rectius, diuturnius regnat. De regno Christi dixit Angelus esse cariturum sine: *Regni ejus non erit finis*. Cur regnis aliis, & non regno Christi præfixus terminus est? quia Reges alii culpis sunt obnoxii, solus Christus peccandi incapax est: & quando Rex sine culpa regnat, regnum sine fine durat. Nam in horologio terrestri mensures integrant annos, in horologio cœlesti observantia divinæ legis, & probitas vitæ annos constituunt. In eo dignoscitur sanctitas vitæ temporalis, quod hæc brevi transeat; est enim boni proprietates ipsa brevitates. Ignis repente erumpens in flammam, subito extinguitur: ingenium quod sublimius, eò brevius.

*Populi in-
grati sup-
plicium
Rex tyrannus.*

Isai. 10.

*Princeps
ingratus
non durat.
1. Reg. 13.*

229. Regnum tenuit Saul quadraginta annis in supplicium populi; fuit populus ingratus abjiciendo à se sceptrum Dei, igitur duret sceptrum Saulis, ut tã duratione populus sustineat pœnam; erit tyrannus, & non Rex; quia sceptrum in manu ingrata est virga ad puniendum, & non sceptrum ad regnandum. Id nobis testatus est Deus ipse: *Assur virga furoris mei*.

Duo vidimus in Saule, alterum, fuisse supplicium sui populi tanquam ingratum; alterum, ob ingratitude fuisse à Deo privatum sceptro: *Abjecit te Dominus, ne sis Rex*. Tandiu igitur durat ingratus, quandiu supplicium; quia non patitur Deus conservari sceptrum cum ingratitude. Voluit Deus sic puniens Saulem, ut hoc supplicium maneret pro documento principibus, ut quicumque sceptrum adepti regiam dignitatem obtinuerunt, omnem à se procul abjiciant, & abominentur ingratitude.

C A

CAPUT II.

Ingratitudine & invidia evasit Saul

tyrannus.

§. PRIMUS.

Maximus ingratus & invidiosus est maximus tyrannus.

130. **I**mpia fuit Saulis ingratitude erga Deum, siquidem pro beneficio sceptri reposuit inobedientiam; tyrannica fuit erga Davidem; siquidem liberatus per Davidem à Philisteis, & Dæmone, viis & mediis omnibus illius occisionem molitus est; nam major ingratus est major tyrannus. Erat Saul cum suo exercitu in conspectu Philisteorum, arrogantiam gygantis Goliath adeo territatus, ut nullus esset Israëlita, qui vellet cum eo prodire in singulare certamen; *Omnes autem Israëlita cum viderent virum, fugerunt à facie ejus timentes valde*. Cum vero Rex promitteret in uxorem filiam suam natu majorem illi qui superaret, majus apparebat periculum, quam præmium. Hac opportunitate advenit David castris, seque offert Sauli ad duellum; spernit Saul Davidem, agnoscens pastorem, & Goliath arrogantem; audito tamen Davidi acquievit Saul, deprehendens esse in eo valorem ad pugnandum cum Philisteo quantunvis arrogante, & armorum gnaro; valor enim nascitur, & non acquiritur; est enim qualitas, quæ cum anima infunditur. Pharez ostendit se validum etiam in matris suæ ventre. Hercules in cunis elisit angues, David prima ætate laceravit urfos, ac leones. Videant Principes, & agnoscant subditos, & invenient, vel creabunt homines qui audeant pugnare cum gygantibus: *Ubi est, qui natus est Rex Judæorum?* Cur acclamant, & quarunt tanquam Regem? *Vidimus enim stellam ejus*. Idem fuit notare creasse Christum in cœlo novos oculos ad videndum, atque venerari illum tanquam Regem: genuinas habet Regis dotes, qui creat novos oculos, ut suos aspiciat subditos: ex aspectu, & oculis conjecris Rex quis innotescit. *Cum esses sub ficu, vidi te*. Dixit Christus

Ingratitudo tyrannus est.

1. Reg. 14.

*Gen. 38.
Oculus
Principis
creat homines.
Matth. 2.*

Joan. 1.

stus Nathanaëli, & hic statim exclamavit: *Magister, tu es Rex Israel.* In deserto voluerunt homines Christum acclamare Regem: *Ut raperent, & facerent eum Regem.* Quando elevans oculos suos aspexit: *Cum sublevasset ergo oculos:* si Principes utantur oculis ad videndum suos subditos, habebunt vires ad superandum gigantes.

231. Cum igitur sibi persuaderet Saul animosum esse Davidem, suis eum armis indui jubet; David tamen arma illa rejecit: *Deposuit ea, & tulit baculum suum.* Valor enim non armis, sed corde nititur. Verum si David pollet viribus ad lacerandum leones, cur non pollet ad sustinendum illorum armorum pondus? *Non possum sic incedere.* Quia Saulem Diabolus aliquandiu ingrediens quasi suum occupaverat: *Spiritus Domini malus arripiebat Saul.* Arma igitur, quæ inservierant dæmoniaco apta non sunt Davidi ad usum prælii. Fertur de Jobo à Dæmone vexato: *Scidit vestimenta sua.* Si amiserat reliqua, cur non conservat vestes, quibus tectus hosti resistat? Noverat Job res omnes suas fuisse commissas Diaboli arbitrio, ac dispositioni: *Dixit Dominus ad Sathan: Ecce universa quæ habet, in manu tua sunt.* Ideo noluit uti re aliqua, quæ dominio ac potestati dæmonis subjaceret.

232. Prodivit in campum David nixus solo baculo & fundâ contra Goliath armatum ferro, elatumque arrogantia, & cum primum lapidem è funda excussum in illius frontem infligeret, superbum gygantem prostravit: *Cecidit in faciem suam super terram.* Et confestim educto gladio Goliath, ipsius caput amputavit: nam suis propriis armis solent interfici arrogantes. Contra se ipsum vidit Nabucodonozor statuam, à qua repræsentabatur: *Statua illa magna, & statura sublimis stabat contra te.* Erat Nabucodonozor superbus, proindeque sibi contrarius repræsentatione & re. Quid igitur opus fuit, ut tam procera ac sublimis statua rueret? Satis fuit levis ictus lapidis. *Lapis de monte sine manibus.* Nam arrogantia debilius infirmitas est. Canes timidiores sunt qui importunius latrant, & exigui rivuli qui aquarum decursu magis perstrepunt; qui etiam plus loquitur, minus operatur.

Se conferre in Bethaniam volebat Christus, quem à tali professione Apostoli timore periculi deterrebant, solus Thomas se obtulit socium, reliquos ad eundem comitatum hortatus; *Eamus &*

nos, & moriamur cum illo. Reliqui Apostoli metuentes tacent, & *Joan. 11.* solus Thomas loquitur? Dicunt interpretes talem oblationem non ex valore, sed ex ignavia Thomæ prodiisse. Unde id deducemus? Ex illius verbositate; qui enim verbis se magis venditat strenuum, operibus se magis testatur ignavum.

233. Abciderat Dalila Sansoni capillos, quibus suas immanes vires conservabat; irruerunt hostes interim super illum, qui appetens vindictæ, teste S. textu: *Dixit in corde suo: egrediar, sicut antea feci, & me excutiam.* Quid? tacitus hæctenus Sanson, jam loquitur? Ita: quia modò est destitutus viribus; quando antea pollens viribus mira edebat facinora, tacebat; modò carens viribus ad operandum, abundat lingua ad loquendum. Unico Deo semel prolato verbo omnia operatur: *Omnia per ipsum facta sunt.* Verbum est unicum, opera plurima, imò omnia: & quidem ex ipsius verbi unitate rectè deprehenditur operum multitudo, ac innumerabilitas. Jeremiam delegit Deus, & ei demandavit jurisdictionem, ut regna conderet ac destrueret, quæcunque plantaret, vel evelleret. Qui tanta viget, excellitque potestate ad operandum, qua pollet lingua ad loquendum? *Nescio loqui.* Verba & sermonem ignorat. Qui enim multa operatur, pauca, vel nulla loquitur.

234. Despondentes animum Philistei occiso, truncatoque Goliath, in quo suas omnes spes reposuerant, in turpem se fugam conjecerunt; quibus Israëlita insistentes præclaram reportarunt victoriam. Præsentavit David gygantis caput Regi, Deoque in templo gladium dedicavit: *Arma verò ejus posuit in tabernaculo suo.* Qui enim novit gratificari, vovit vincere. Quæro tamen primo; Cur non dedicavit fundam & lapidem quo dejecit gygantem, sed gladium, quo truncavit? Secundo si tabernaculum est Dei, & non Davidis, cur David appellat suum? Tertio si ex omnibus armis, quæ David victo gyganti detraxit, unicum obtulit gladium cur ait sacer Textus obtulisse arma in numero plurali? Respondeo ad primum plus deberi gladio, quam lapidi: lapis enim incepit victoriam, gladius perfecit, ac confirmavit; item lapides sunt arma ignavorum, gladii sunt arma strenuorum: & semper Deo offerendum quod potius est.

Oblatum Deo magis non unum manet. 1. Reg. 17. **235.** Ad secundum dico, quod appellatur tabernaculum David cum esset Dei tabernaculum, ut intelligerent ingrati non solum gladium, quem Deo obtulit, mansisse suum, sed etiam tabernaculum, in quo illum reposuit; quia nihil magis nostrum est, seu manet, quàm quod pro acceptis beneficiis, in gratiarum actionem, Deo offerimus: *Tollite ab eo talenta, & date ei, qui habet decem talenta.* Jussit Dominus tradi talentum servi infidelis illi servo, qui quinque talentis alia quinque lucratus fuerat. Noto tamen quòd dicat Dominus servum illum in astitium habere decem talenta. Nonne hæc omnia jam tradiderat suo Domino, quando offerens dixit: *Domine quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque super lucratus sum.* Cur ergo dicitur habere decem talenta? Dominus ille Deus est, & quidquid Deo ex gratitudinæ offertur, id ita manet. penes offerentem, ut ab eo majori jure possideatur. *Ut servet illud usque in diem sepulture mee.* Si unguentum illud, de quo loquitur Christus, ad ipsius pedes effusum vel sparsum fuerat, quomodò servabit Magdalena? *Ut servet illud.* Obtulerat unguentum Magdalena Deo gratificans, & quod in actionem gratiarum Deo offertur, non perditur, apud offerentem manet.

Oblatum Deo multiplicatur. 1. Reg. 17. Matth. 6. **236.** Ad tertium videtur dicendum, quod voluit facer textus nos edocere loquens de Saulis ingratitudine, id quod Deo offertur, quanvis unicum sit, oblatum multiplicari. *Thesaurizate vobis thesauros in cælo.* Dicebat Christus hominibus persuadens, ut bona sua in pauperes distribuerent, vel in aliquod Dei obsequium expendere. Noto modum loquendi, qui videtur dissonus proprietati verborum: non enim propriè & castè loquemur, si dicamus Thesaurizare thesaurum: quia non rectè dicitur thesaurus thesaurizatur, sed aliqua illius pars thesaurizatur, quando aliquid pretiosum in thesauro reconditur, V. G. aureus, talentum, gemma. Voluit tamen Christus hoc loquendi modo nobis indicare quòd cunque etiam exiguum, in divino obsequio expensum, & sic in cælesti thesauro reconditum, integrum thesaurum esse: quæ enim in manibus hominum minuuntur, in manu Dei augentur: nam manus hominis ingrata nata fuit, manus Dei grata ab æterno est. Unicus igitur gladius Davidis oblatum Deo in gratiarum actionem crevit in arma plurima: *Arma verò ejus posuit in tabernaculo suo.*

237. Ac-

Adulatio opponitur veritati. 1. Reg. 18. **237.** Acclamavit populus victoriam Davidis, quando cecinit: *Percussit Saul mille: & David decem millia.* Occiderat David unum, & dicit populus occidisse decem millia; vel quia adulatio & veritas semper contrarietatem habent, vel quia cum occideret præcipuum de exercitu, visus est universum exercitum profligasse. At si Saul in acclamatione illa fortitur primum locum, cur non sufficit primatus hic, ut dissimulet excessum numeri occisorum Davidi adscriptum? *Iratus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis ejus sermo iste.* Quia Principes ægrè ferunt alienam excellentiam in re aliqua: excedunt subditis in potentia & bonis fortunæ, quibus non contenti volunt etiam excedere dotibus, quas natura ita distribuit, ut rarò omnes cum fortuna bonis conjungantur: sic enim sua largitate distributa voluit par esse cunctis mortalibus. Irato igitur Saule ex illa Davidis commendatione, versum est obsequium Davidis in invidiam, & invidia in odium: *Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat David à die illa, & deinceps.* Tyrannica & sævissima ingratitude! Quòd Saul invideret valorem eximium Davidi, fragilitas esset humanæ naturæ: at odisse benefactorem, ingratitude est Diaboli, qui tanquam invidus contra suum creatorem perpetuo & inextinguibili odio exardescit.

Ingratitudo tyrannica & diabolica. 1. Reg. 18. **238.** Ex memoratis deprehendi poterit ratio ob quam Jonathas conspiciens Davidem victorem suis armis induit, atque instruxit: *Usque ad gladium, & arcum.* Videbatur David induendus armis à Jonatha, quando prodivit in singulare certamen cum gigante, & non quando victor se conferebat in domum. Nihilominus actio illa Jonathæ qua suis armis munivit, paravitque ad majorem conflictum amicum suum Davidem, nimis congrua, & opportuna fuit: nam quando David prodivit in campum, ibat certaturus cum immanitate & arrogantia gygantis Goliath: quando verò post victoriam se conferebat in domum, ibat pugnaturus cum invidia & ingratitudine Saulis: & longè major præparatio & apparatus requiritur ad contendendum cum invidia hominis ingrati, quàm cum feritate monstri gygantis. Unicus lapis è funda excutiendus sufficit contra Goliath, at omnia arma Jonathæ vix sufficiunt contra Saulem ingratum: nam quò quis magis ingratus, eò magis tyrannus est.

Y

239. Ex-

Victor post
victoriam
præpare-
tur ad pug-
nandum
cum invidi-
is.
Gen. 15.

239. Experientia docuerat Jonatham actiones heroicas nimis esse excitatrices invidiæ: qui enim inter alios plus excellit, majus periculum subit: ideo voluit videre armatum Davidem, postquam victorem aspexit. Abrahamus debellaverat jam fortiter ac feliciter suos hostes, & tunc illi Deus metum excutit pollicendo suum auxilium: *Noli timere Abraham: ego protector tuus sum.* Cur Deus suam promittit protectionem Abrahamo victori jam revertenti in domum, quin promitteret quando in prælium è domo egressus est? Quia egrediens suam domum ibat pugnaturus cum hostibus suæ telluris, victor regressus in domum, veniebat pugnaturus cum hostibus suæ gloriæ: nam regrediebatur exponendus multorum invidiæ. Invidus autem nec obstrictus parcit: quia per invidiam redditur ingratus, & major ingratus, major tyrannus est.

§. SECUNDUS.

Invidi ingrati odium sævissimum est.

Odium in-
vidi sævis-
simum.
1. Reg. 18.

240. Subactus invidiâ Saul decrevit occidere Davidem: & eodem tempore, quo David ab illius corpore ejecerat diabolus, conjecit Saul hastam, ut Davidem trajiceret: *Tenebatque Saul lanceam, & misit eam, putans quòd configere posset David cum pariete.* Terribile ingrati hominis ingenium! Nonne Saul animadvertibat comparasse Davidem duas in illius maximum obsequium & emolumentum victorias, alteram in campo contra gigantem, qui Saulem ipsum terrebat, alteram domi contra diabolus, qui eundem torquebat? quis reddidit Saulem ita sævum, ut ictibus lanceæ velit spoliare vitâ illum, cui tot nominibus obstrictus est? Ingratitudo, quæ pejorem reddit ingratum, quàm diabolus. Ad pulsus citharæ Davidis aberat dæmon à Saule, & Saul à dæmone liberatus eodem tempore nitebatur configere Davidem lanceâ. Pudebat dæmonem concurrere cum tam atroci ac crudeli ingratitude: & Saulem non pudebat esse magis ingratum quàm ipsum dæmonem: quia ingratitude reddit ingratum magis tyrannum quàm ipse dæmon.

Ingratitudo
pejor
quàm dæ-
mon.

241. Hæc tamen reputatur major Davidis gloria, quòd esset bene-

beneficus, quando Saul erat ingratus. Maxima omnium ingratitude fuit quòd homines cruci affigerent Christum, & maximum omnium beneficium fuit, quòd Christus in cruce moreretur pro hominibus vivificandis. Fuit major gratia, quia fuit major excessus. Et quomodò Christus appellavit crucem? Appellavit gloriam suam. Sic multi intelligunt locum istum: *Pater clarifica filium.* In cruce suam Christus habuit gloriam, quia in cruce junctum fuit maximum beneficium Christi cum maxima ingratitude hominum. Quòd in cruce se gerat Christus beneficium, quando homines illum affigentes cruci, se gerunt ingratos, manet Christus gloriosus, quando crucifixus. Nulla enim est major gloria quàm exhibere beneficentiam erga eos, qui eodem tempore repouunt, vel potius opponunt ingratitude. Sicut igitur Christus beneficus cum ingratis hominibus, sic David beneficus cum ingrato Saule.

Beneficentia erga ingratos gloriosior.

Jom. 12.

242. Elapsus jam David è manibus Saulis, cogitat Saul tradere Davidem Philisthinis: nam indignatio Principis est instar pulveris tormentarii, qui concipiens ignem necessariò erumpit in flammam: *Saul cogitabat tradere David in manus Philisthinorum.* Erant Philisthini acerbissimi hostes Saulis, & in hujus defensionem David non semel superatos valde attriverat: & tamen volebat Saul illis tradere Davidem in spoliis & direptionem? Ita: quia cum in Davide plura agnoverit ad invidendum, plura habuit ad abominandum: deinde cum obligatio foret major, sævit odium crudelius: infamis conditio naturæ humanæ, quæ interficit, quando invidet, & abominatur, quando debet.

Indignatio Principis non quiescit.

1. Reg. 18.

243. Moltus Saul suum intentum mandare executioni, pollicetur Davidi suam filiam dare in uxorem, si afferat illi centum præputia Philisthinorum. Noto difficultatem simul, & malitiam iniquæ conditionis: difficultatem, quia Philisthinorum gens erat illius atatis strenuissima, proindeque occidere centum Philisthinos, ut centum afferret præputia, æquè difficilis ac periculosa victoria foret. Idcirco tamen fuit conditio Saulis volentis Davidem non præclarum victoriis, sed obnoxium periculis: item volentis exaturare suum odium, & non dare in uxorem suam filiam. Noto etiam malitiam, quia petiit evidentia signa Philisthinorum, suspi-

Odi effusus.

catus quòd David invaderet tribum aliquam Israël, & capita Hebræorum afferens, diceret esse Philisthinorum. Hoc tamen præsumi non poterat de integritate, & æquitate Davidis: cùm verò Saul esset iniquus, se ipso metitus est Davidem, hunc arbitrans patraturum scelus, quod ipse simili opportunitate patraret.

Judicium
de aliis ex
se ipso quis
format.
Luc. 16.

244. Frequentissimum apud homines est, cogitare in aliis esse malum, quod unusquisque in se experitur. *Pater Abraham mitte Lazarum.* Cur dives ille non obsecrat ipsum Lazarum ut veniat, sed interpellat Abrahamum, ut mittat? Fuerat sævus erga Lazarum, & ideo suspicatus, & veritus est erga se ipsum Lazari sævitiam. Judicat unusquisque de aliis quod experitur in se: sanctus sanctitatem, malus malitiam. *Quod facis fac citius. Putabant quod dixisset ei Jesus, Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum.* Cur se exhibent discipuli tam alienos à sinistra suspitione erga Judam, cum manifesta habeant indicia ex illius cupiditate, quæ ad sinistrè suspicandum compellant? Non sunt ausi suo adscribere condiscipulo malum, à quo erant immunes. Unusquisque judicat secundum illud, quod habet reconditum in corde: & sic judicavit Saul de Davide exigens ab illo signa Philisthinorum occisorum.

Liberalitas
major in-
gratitudi-
ne Regia
est.

245. Nullatenus deterritus, aut detentus fuit David difficultate, & malitiâ iniquæ conditionis, quam postulaverat Saul: cum illi attulisset ducenta præputia Philisthinorum, in quo exhibuit animum verè regium: siquidem donavit plus quàm ab eo poscebatur, ita ut executio liberalitatis superaret petitionem ingratitude: quòd David fit magis liberalis, quàm est ingratus Saul, magna ex hoc innotuit Davidis indoles, ut tractaret sceptrum ornatus coronâ.

Verùm testatur sacer textus mansisse Saulem Davidis hostem in perpetuum: *Factusque est Saul inimicus David cunctis diebus.* Crevit odium ad obligationis augmentum: nam major obligatio inter homines in majus odium vertitur; ita ut crudeliùs oderint, quando ardentius amare debuerant.

246. At quis projicietur in pericula pro liberando Principe ingrato, si quando ille est magis obstrictus se magis exhibet crudelem? Non solum caput in nullum pro illo adducet discrimen, sed ingratum ita deferet, ut nec in eâdem maneat regione. Vocat Deus Jacob, & ait illi se perspexisse ingratitudem foci sui Laban, proindeque

Ingratitudo
contra-
grata est.

illi præcipit, ut terram illam deferat: *Vidi cuncta quæ tibi fecit Laban: egredere de terra hac.* Non erat satis ut Jacob defereret focerum, ut vitaret ejus ingratitude? Satis non esse Deus judicavit: quia ingratitude malum ita contagiosum, ac tabiferum est, ut integræ regionis aërem venenet: *Surge & accipe puerum, & fuge in Ægyptum.* Si Deus Ægyptum suppliciiis tanquam terram hostilem everterat, cur jubet recipi in illam suum unigenitum filium? Nonne timet inveteratum Ægyptiorum odium? Non timet: quia Christus degeret securior in Ægypto terra hostium, quàm in Israël terra ingratorum: nam hostis ob bonum, quod ab adversario accipit, placatur: ingratus quò plus accipit, eò plus ardente invidia, & crescente ingratitude, manet implacabilis.

Gen. 31.

Matth. 2.

§. TERTIUS.

Cor ingratum est cor sine lege & indignatio Principis in omnia audax.

247. Improbavit Jonathas Sauli parenti suo crudelitatem, qua insectabatur Davidem, à quo beneficia acceperat liberatus ab hostibus, & clausit sermonem narrans illi obsequia, & probans innocentiam Davidis. Annuit Saul Jonathæ precibus, eique pro implenda promissione, jurejurando adactus fidem obstringit: *Vivit Dominus quia non occidetur.* Pudet calamum scribere quæ post hujusmodi promissionem gessit Saul. Nam eodem puncto, quo præsentem Davidem oculis usurpavit, arreptam in illum secundò conjecit hastam, ut trajiceret: *Lancea autem casso vulnere perlata est in parietem.* Quid! Hoc gerit Saul Princeps, & generosus? Ita: quia cum foret ingratus, tyrannis illum consequens fuit, & ingratitude tyrannica audet, patratque omnia: defuit fidei, ut fraudulentus, juramento ut perjurus, obligationi ut tyrannus: omnes igitur violavit leges: nam cor ingratum exlex est. Dixit Christus dæmonem auferre à corde audientium doctrinam legis Evangelicæ, quæ figuratur triticeo semine terræ mandato: *Rapit quod est seminatum in corde ejus.* Non dixit ab ore, sed à corde: quia erat cor beneficio acceptæ doctrinæ ingratum, proindeque amisit doctrinam, ut maneret sine lege: quia lex & ingratitude in eodem

Ingratus
sine lege.

1. Reg. 19.

Matth. 13.

*Ingratus
beluis est
crudelior.*

humano corde nequeunt unâ consistere. Ex ingratitude mansit homo rebellis Deo, & ex eadem fit crudelior ipsis beluis, etiam illis quæ raptu vivunt. Leo se gratum exhibuit benefactori suo Gerassimo; canis ex gratitudine mortuus est cum Iasone: aquila se dedit flammis cum puella Tanutina: Doas expertus fuit gratificantem draconem, Egypertus aspidem, pater Philinis panteram. Regem Saulem non pudet insectari Davidem, quando illi erat plus obstrictus: quia ingratus quò magis obstrictus eò magis tyrannus.

Juramentum ingrati falsum est.

1. Reg. 13.

248. Fregit Saul juramentum ut occideret Davidem, & postea juramento Davidis se gerit securum: alia enim opportunitate petiit à Davide: *Jura mihi in Domino, ne deleas nomen meum.* Juravit David, & secessit in curiam sine cura Saul. Quæro, si Saul redditur securus juramento Davidis, cur non manet obstrictus juramento, quod præstat circa Davidem? quia David & Saul moribus valde discrepant: David sincerus, Saul callidus, David amans rationis, Saul amans fraudis, David Rex, Saul tyrannus. Reddatur igitur securus omninò Saul, si illi se juramento obstringat David: & valde timeat David, quanvis Saul juret: quia astutus tyrannus servare fidem nescit. Jacob exegit juramentum à Josepho, & non ab aliis filiis. Cur non ab aliis, siquidem eorum vita non sic ostendebat ad servandam promissionem firmos, ac innocentia & obedientia Josephum? Ex hoc ipso quòd Josephus sanctus est, juramentum servabit: qui vitæ integer non est, facile pejerat: non enim datur probitas cum ingratitude: cum cor ingratum non servet legem: nam omnibus, & ipsi Deo infidele est.

Gen. 47.

Indignatio Principis ex tyrannide & ingratitude.

Ira maximus in Principe defectus est.

249. Ingratitudo Saulem reddidit tyrannum, tyrannus crudelium, & indignabundum: Princeps verò indignatus similis est mari, quod corpus nobile, vastum, & potens cum fit, quocunque vento agitato intumescit, ac insanit: & Plato dicit incapaces esse regiminis qui facile iram concipientes furore corripiuntur: cum enim ira præcipitet mentem, sola durationis brevitate ab insania discrepat. Ira furor brevis est: nam quandiu durat, furibundus indignatus est insanus: & major alius in Principem defectus cadere nequit: siquidem spoliatur Principem re omninò ad gubernandum necessaria, quale est iudicium purum, perspicuum, & placatum.

• Duo iracundia importat mala, alterum, quod est subita quædam

dam tempestas animi, alterum quòd est iudicii perturbatio, cujus detrimenta cerni possunt facile in iracundo: illum enim fœdat, deformat, & sic afficit, ut plures interfecerint indignationes, quàm labores: adeo ut brevioris vitæ sint animalia, quæ brevius concepta bile facile irascuntur. *Indignatio Regis nuntii mortis.* Regius ille furor non unicus, sed multiplex nuntius mortis est.

250. *Cum apprehenderit eum gladius, non poterit ei resistere, neque hasta, neque thorax.* Si loquitur de iracundis, cur ait quando gladius arripuerit eos, & non quando illi arripuerint gladium? Gladius enim apprehenditur, & non apprehendit capientem. Voluit Job exprimere infortunium iracundorum: quando enim gladium indignationis, seu furoris evaginant, se ipsos potius, quàm alios vulnerant & interficiunt. Cœpit ira in Principibus, & cum iisdem progredietur: est enim conditio veluti Principi congenita indignabundum esse. *Iratus est Cain vehementer, & concidit vultus ejus.* Fuit Caimus unus ex primis totius orbis Principibus, & Saul primus Rex Israël: & cum forent primi in principatu, etiam fuere primi in indignatione.

251. Indignatus vehementer Saul quòd furorem suum morte Davidis non impleverit, suis familiaribus injunxit, ut Davidem quærerent, & quocunque loco, etiam intra ejusdem domum interficerent, quin retardaretur à tali iussione sciens in tali domo esse filiam suam Michol: indignatio enim Principis detineri nequit. Verùm industria Micholis decipientis executores tyrannidis, liberavit Davidem: & quidem industria fœminæ elusit strenuitatem militum, quia innocentiam Davidis tuebatur: adeo enim innocentia est facilis defendi, ut per ipsam defendatur debilitatem, nec illi resistere ipsa strenuitas possit.

Dimisit Davidem Michol per fenestram, & interrogantibus militibus de Davide, respondit illum ægrotare. Si Michol nitebatur decipere milites Saulis, cur non respondit illum dormire: nonne facilius hoc crederent, quàm ægrotare? Voluit prætereve-
rissimilem, ac prudentem excusationem; vix enim crederetur dormire Davidem, virum gnavum & industrium, quando hostis Saul assiduè vigilabat in eo persequendo. Dormienti Nabucho observabatur imperium repræsentatum in statua, cujus pedes erant lutei,

*Indignatio
ma-
la.*

Job 41.

Gen. 4.

*Industria
prævalet
viribus.*

1. Reg. 19.

*Vigilantia
Principis
necessaria.*

lutei, in quos lapis excisus de monte impegit, ac universam illam machinam redegit in pulverem. Si statuæ caput erat aureum, petus argenteum, reliqua ænea, vel ferrea, quomodo potuit unicus lapidis ictus illam sternere ac omninò comminuerè? quia dormiebat Nabuchodonozor: *Vidit in somnis statuam*: Et nunquam imperium est majoribus obnoxium periculis, sine pedibus firmis ut sustentetur, nisi quando Princeps dormit: tunc enim necessariæ non sunt manus ut destruat; sufficit lapis excisus absque ulla manu. Sanson dormiens amisit capillos, & cum illis fortitudinem: *De somno consurgens*. In magno discrimine versabantur Apostoli faviente procella: *Navicula jactabatur magnis fluctibus*. Quia licet secum afferrent Christum liberatorem omnium, ac maris & totius universi dominatorem, ipse tamen interim somno indulgebat: *Ipsè verò dormiebat*. Etiam Christo Principe dormiente videbantur adducti omnes in magnum discrimen. Continebat somnus Christi mysterium, quo Dominus voluit monere graviora regnorum pericula à somno, & incuria Principis suboriri. Increpavit Christus Petrum propter somnum: *Simon dormis!* Et ipsum Petrum ob negationem repetitam non objurgavit verbis, sed solo oculorum ictu pupugit: *Conversus Dominus respexit Petrum*. Cur severior Christus erga prius, quàm erga posterius Petri delictum? Erat Petrus Ecclesiæ Princeps, & in Principe non tam improbandus est error, quàm somnus. Igitur hoc crimen dormitionis ignavæ noluit Michol imponere Davidi Principi, quando dixit illum esse infirmum.

252. Animadvertendum est stratagemata, quod excogitavit Michol ut eluderet milites petentes ad necem Davidis. Collocavit in lecto statuam speciem moribundi Davidis præ se ferentem, & sic liberavit: *Tulit statuam, & posuit eam super lectum*. At deliberatis ad inferendam necem quomodo potuit obistere super lectum Davidis jacens statua? Nullum esse potuit remedium efficacius, ut cohiberet furorem militum, quàm simulacrum hominis morientis. Nullus enim est tam fervens iracundia, qui illam non temperet, conspiciens mortis imaginem; ad hujusmodi conspectum defervescent ac deficiunt affectus deformiores & ardentiores.

iii. Dicebat Sponsæ suæ divinus Sponsus illius amicos placidas illi præ-

præbere aures: *Amici auscultant te*. Quosnam habere poterat amicos, quæ dicebat etiam fratres suos in hostes fuisse conversos? *Filii matris meæ pugnaverunt contra me*. Illam ibant auscultatum in viridario, ubi erat sponsi sepulchrum: *Et in horto monumentum novum*. Et quidem ad conspectum sepulchri ac mortis de feritate hostium, in lenitatem amicorum conversi sunt.

Ut Christus suaderet amorem hostium, pro exemplari attulit solem super bonos & malos splendorem suum dividentem: *Qui solem suum oriri facit super bonos & malos*. Sed cur Sol se exhibet beneficium etiam erga malos? Rationem videtur inculcare David: *Sol cognovit occasum suum*. Fertur Sol cursu capido per ipsos celestes orbes, defixis semper oculis in occasu, radiorum suorum quotidiano sepulchro: & cum sit creatura insensibilis, ad conspectum mortis, veluti irâ erga malos depositâ, induit liberalitatem, quam exercet. Solem non fuit æmulatus Saul, qui Davidem quò plus afflictum, eò plus insequabatur: nam ingratitude tyrannica Principis indignati in omnia audet, nec cessat, vel exaturatur usque ad interneccionem. Non quievit Herodis iracundia nisi post interfectos innocentes; quia indignatio Principis detineri nequit, & totius huminatis expers est.

§. QUARTUS.

Effugere invidium tyrannum, nihil ignavia, multum prudentiæ continet.

253. Architectatione illa Micholis evasit David manus Saulis: *Salvatus est nocte illa*. Animadverto tamen fugam Davidis: *David fugit*: Si David pollet viribus ad fugandum dæmonem, quomodo caret valore ad resistendum Sauli? Effugit David Saulem: quia licet vigeret robore ad superandum & fugandum dæmonem, longè difficilius erat resistere Sauli: quia ut vinceret, confligit cum nequitia Dæmonis, ut resisteret, debuit certare cum invidia tyranni: & quidem si difficile est expugnare dæmonem, difficilius, imò pœnè impossibile est superare invidium.

Triumphavit Christus de Erebo, ac diabolis in cruce, juxta Apostolum:

Z

stolum:

Dan. 4.
Negligen-
tia Principis
damno-
sa.

Jud. 16.

Math. 14.

Marc. 14.

Math. 26.

1. Reg. 19.

Mortis
imago pas-
siones fire-
nat.

Cant. 8.

Cant. 1.

Math. 5.

Psal. 103.

Fuga Da-
vidis pru-
dens.
1. Reg. 19.

Invidia
insuperabi-
lis.

Ad Col. 2. stolium: Delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci: & spolians principatus, & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semet ipso. Et quando dæmones subacti jam quiescunt, instant Judæi coram Pilato, ut deleat nomen Regis: *Joan. 19.* Noli scribere Rex Judæorum. Expugnatis dæmonibus, & jam cessantibus, adhuc Judæi contra Christum audent? Ita: quia dæmones erant instigati solâ nequitiâ, Judæi invidiâ: & difficilius est subjugare invidum, quàm dæmonem. Fugit Jacob Esau fratrem suum invidum, proindeque suæ felicitati infestum, & superavit Angelum sibi obviam procedentem ad luctandum: vires habuit Jacob ad superandam strenuitatem Angeli, & non ad subigendam nequitiam invidi: quia solus vincit qui illam fugit.

In Ignatio Principis fugienda. 254. Prudentia fuit, & non debilitas fugere indignatum Saulem: quia resistere Principi, rebellio est; non declinare iracundiam Principis, ignorantia: nam illius indignatio est sine pietate, & sine resistentia. Interfecit Elias quadringentos prophetas Baal absque timore Regis Acab; & ubi primum cognovit indignationem Jefabelis, timuit, seque contulit in Samariam: *3. Reg. 19.* Timuit ergo Elias, & surgens abiit. Validus fuit ad occidendos adulatores Principis, & fugit indignationem Reginae: nam si supplicium adulatorum fuit zelus, recessus fuit prudentia. Quia adversus indignatum Principem, nec ratio, nec innocentia potens est. Herodes occidit innocentes Bethlem, quia fuit indignatus contra Magos Orientis; ira enim obcæcatus etiam contra innocentes sæviit. *Prov. 14.* Sicut frenitus leonis, ita & Regis ira.

255. Non minorem David præ se tulit strenuitatem fugiendo Saulem, quam invadendo Goliath fuga enim non censetur ignavia, quando eam suadet prudentia. Notetur quod ait Paulus loquens de viris Ecclesiæ strenuissimis: *Fuga ali-* Sancti per fidem vicerunt regna, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii. Quomodo Apostolus ad extollendam fortitudinem sanctorum conjungit cum subactione regnorum, & conflictu leonum fugam ensium? quænam fuga hæc tam gloriosa, quæ conferri possit cum prælio difficili, & cum periculosa expugnatione? Despicere opprobrium fugæ, quando expedit fugere, est actio profecta à valore.

lore maximo: Omnes qui fugiebant à malis additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamentum. Fugerat Matathias Antiochum, & cum suis filiis se abdidit in quosdam montium secessus; Deus verò illum roboravit milibus fugitivis. At quodnam robur duci possunt addere fugaces milites, qui nempe pro vita tuenda nolunt decertare, sed fugam arripere? Nihilominus, ait Sacer textus, addidisse robur: Facti sunt illis ad firmamentum. Non est ignavia, sed robur fugere, quando fuga pro opportunitate, & dispositione præsentis rerum expedit, Hebræis igitur tunc fuit unicum remedium, ut hostes postea vincerentur. David fugiendo Saulem superavit, cum postea sceptrum Israël obtinuerit.

S. QUINTUS.

Eventus Davidis quando Saulem fugit.

256. Cum ingrederetur David pressus fame, armisque exutus domum Pontificis Aquimelech, eique diceret se venisse in obsequium Saulis, Pontifex illi auxiliatus est allato pane sacro, & gladio gigantis Goliath. Ingens fuit metus Davidis; siquidem fuga tam celeri se proripuit, ut nec arma tulerit, ut se tueretur. *Fuga Davidis rapida.* Gladium meum, & arma mea non tuli mecum. Mystica fuit pietas Aquimelech, cum illi auxilietur pane sacro, & gladio Deo jam dicato in templo. *1. Reg. 21.*

Fugit sine armis David; quia qui nititur evadere invidum Principem, optimorum armorum loco sibi debet veloces alas annectere; nemo enim evadit invidiam nisi qui profugit. Cum modis innumeris posset Christus declinare invidum Herodem, profugus abiit in Ægyptum. Jacob ut Esau fratrem invidiâ flagrantem effugeret, se in Labani domum recepit. Nam quis ab invidis hostibus eò securior est, quo ab illis remotior. *Matth. 2.* *Gen. 29.*

257. Pontifex Davidi auxiliatus est sacro pane: Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem. Cum enim David esset jam unctus Rex, voluit Deus significare in angustiis, seu dubiis ac calamitosis temporibus succurrendum esse Principi etiam pane sacro: tradidit item illi enses Goliath, quia Davidis meritum representabat, & fo-

*Meritum
salvat.
Gen. 32.*

& solum meritum ad salvandum sufficit: *Nunc salva facta est anima mea.* Dixit Jacob quando in luctamine accepit ab Angelo benedictionem. Quid? si hæc benedictio erat illa eadem, quam ei pater suus Isaac impenderat, cur tunc non se tutum credidit à fratre suo Esau, sed solum quando per Angelum à Deo accepit? Quia Isaac benedixit Iacobo propter epulum; Angelus benedixit propter conflictum luctæ; & tunc mansit Iacob salvus ac securus quando ex meritis comparavit honorem. Nullo armorum genere facilius vincuntur invidi, quàm gladio meritorum; hic enim est qui plus fecat, & lethalius vulnerat invidiam.

*Indignatio
invidi ma-
jor est
quàm o-
dium ho-
stis.
1. Reg. 21.*

258. Saulem indignatum fugit David, & se recepit in curiam Regis Aquis hostis sui: *Et venit ad Achis Regem Geth.* Visus est elegisse perperam; nam ira seu indignatio ex sua ratione brevis est, odium diuturnum; quomodo igitur tutus erit David, si ut vitet indignationem Saulis, se tradit odio Achis? Verum quidem est, quòd Achis Rex erat Geth civitatis Philisthinorum, quos David multis cæfos cladibus profligaverat: erat Saul indignatus ex invidia, quanvis Davidi ob beneficia obstrictus: & judicavit David se vivere magis securum inter hostes, quos læferat magnis afficiens cædibus, quàm cum invidio, quem magnis beneficiis obstrinxerat: quasi inter hostes incertum sit periculum, inter invidios certum damnum. Voluerunt fratres Josephum occidere solum ob illius somnia: *Ecce somniator venit: venite occidamus eum.* Et Putifar filius dominus ob gravissimæ offensæ suspicionem solum detrudit in carcerem: *Tradiditque Joseph in carcerem:* In utroque eventu innocens erat Joseph: & tamen dominus punit solo carcere, & fratres illum conantur spoliare vitâ: nam major est æmulationis vis & rigor, quàm offensæ: inter offensos vita secura est, inter æmulos periclitatur.

Gen. 37.

Gen. 39.

*Invidi-
parit mul-
tiplex peri-
culum.
1. Reg. 21.*

259. Fugit David invidiam Saulis, & fugienti venit obviam invidia familiarium Regis Achis; nam qui homines quærit, invidios invenit: *Dixeruntque servi Achis ad eum, cum vidissent David: Nunquid non est iste Rex terra.* Quæsit Deus factus homo populum suum, & ex invidia per Phariseos patibulatus mortem oppetiit. Inter urfos ac leones degebat in arvis securus David, in palatio tamen degens inter homines semper subivit discrimina: sunt enim

*Homo sa-
vior ali-
quando
bestiis.*

enim homines sæviores belluis. Vidit Ioannes ascendere de quodam puteo bestias veneno armatas, quarum pars leonum, pars scorpionum referebat speciem; in omnibus tamen eminebant humanæ facies: *Et facies earum tanquam facies hominum.* Quid? ad manifestandam sævitiam, quam putabant exercere, non erat satis brutalis, ac belluina species? Non erat satis. Nam ad exaggerandam impietatem, ac crudelitatem, qua in universum orbem sævirent, debuerunt afferre humana capita, & non apparere ut puræ bestie. Ad denunciandum mortem Balthafari non iussit Deus pingi in pariete unguis, vel rictum leonis, sed manum hominis: *Apparuerunt digiti quasi manus hominis.* Nam manus hominis etiam belluinos unguis crudelitate excedit. Turbatus est Barthasar aspectu humanæ manus: *Tunc facies Regis immutata est,* & non fuit turbatus in lacu Daniel inter leones: nam sæviores leonibus homines se gerunt.

Dan. 5.

260. Non injunxit Christus suis discipulis, ut effugerent venenosos serpentes, aliasque sævissimas belluas, sed solum præcepit, ut ab hominibus caverent: *Cavete ab hominibus:* ne in hominibus suo malo experirentur majorem sævitiam, ac nocentius venenum quàm in belluis. Paterfamilias dæmonem vocavit hominem, quando servi querebantur zizaniæ segeti superfeminatam: *Inimicus homo hoc fecit.* Mutavit nomina, & damnum illatum imputavit homini; cum totum à dæmone emanaverit. Quia ad nocendum peior ipso dæmone homo est. Quare effugere dæmonem hominem, qualis erat Saul, Davidis prudentia fuit, & non debilitas.

*Bellua mi-
tiores ho-
minibus.
Matth. 10.*

Matth. 13.

261. Auxiliatur Aquimelech Davidi dicenti se venire in obsequium Saulis, & Doëg famulus Saulis insinulavit Aquimelech tanquam infidelem, eo quòd Davidi opem tulerit; nam confidentia major semper præbuit invidis ansam calumniæ; calumnia verò edulium est valde lapidum illis Principibus, in quorum appetitu vindicta residet. Interrogat Saul Pontificem, cur in ipsum conspiraverat cum Davide, illi suppeditans panem sacrum, & gladium Goliath? suam Aquimelech innocentiam manifestat Sauli, cui merita, & excellentias Davidis proponit; ultima tamen Regis injusti deliberatio fuit decernere Pontificis necem, ac universæ familiæ ejusdem parentis, *Morte morieris Achimelech tu, & omnis domus*

*Saulis in-
justa &
impia cru-
delitas.*

Patris sui. Et confestim jussu Regis interfectus fuit repetitis pignorum ictibus, & unà cum eo quinque supra octoginta sacerdotes sacris vestibus ornati.

Rogo, quodnam crimen patrarunt sacerdotes illi, & Achimelech auxilians Davidi, nuncianti se venisse in obsequium Saulis? Non requiritur ut præcedat in subdito culpa, ut suscitetur furor ac indignatio in Principe: hic enim iracundia commotus nec sacro parcit, omnia cædibus impiis commiscens & cruentans. Ad hæc, respectu invidiæ Saulis nullum majus esse potuit crimen, quàm commendatio meritorum Davidis: *Quis in omnibus servis tuis, sicut David fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuum, & gloriatus in domo tua.* Nam invidus alienam laudem non sustinet: auferet à laudatore vitam, ut à laudato eripiat laudem: laudatorem reputat criminosum, ex eo tantum quòd in laudando verax sit. Ex hoc capite Achimelech ab invido Saule damnatus poenam capitale subivit: innocens enim ac sincerus coram illo commendaverat Davidem, cui antea succurrerat.

Reus semper à Principe accipiendus.

262. Verum si Saul condemnaturus erat Pontificem innocentem, cur eum de crimine interrogat? Quia Saul quanvis foret tyrannus, erat Princeps; tanquam tyrannus condemnavit innocentem, tanquam Princeps audivit reum. Damnare enim reum inauditum, nec Princeps etiam tyrannus audeat. Sacerdos verò damnatus prodiit, cum foret innocens; quia major culpa apud tyrannos innocentia est. Efflagitabat David à Deo tutamen & protectionem, pro qua obtinenda sanctitatem suam tanquam rationem offerebat: *Custodi animam meam Domine, quia sanctus sum.* Aptà videretur flagitatio, si David iniquus, ac sceleratus esset: nam contra sceleratos creaturæ etiam in animas conspirant. Efflagitavit tamen David ut prudens ac discretus, quia in tribunali sceleratorum nullum est majus scelus, quàm ab omni scelere immunem esse. Christum damnarunt scribæ & Pharisæi tanquam miraculorum operatorem; & quidem illorum iniquitas tanquam hæreditas relicta est plurimis: siquidem multos omni ætate damnavit innocentes. Saulis iniquitas adeo perversa fuit, ut Deo, à cujus largissima manu sceptrum accepit, fuerit inobediens, & tyrannus erga Davidem, cujus virtute, ac periculo suos infestissimos hostes feliciter evaserat: nam cor ingratum semper erga suum benefactorem perversum est.

Psal. 85.

Innocentia reputatur crimen à pravus.

C A

CAPUT III.

Davidis generositas & patientia cum ingratitude Saulis.

S. PRIMUS.

Proponuntur rationes ob quas noluit David ulcisci Saulem.

263. **H**Actenus moram fecit calamus in referendo Saulis ingratitude, ac tyrannidem; & quidem scelus esset, nisi ex adverso staret generositas & patientia Davidis; vitium enim silentio involvi debet, sicut ex adverso virtus extolli, ac propalari laudibus. Virtutes verò quibus ad Deum multum accedimus, sunt generositas & patientia. Capiamus exordium à generositate Davidis, postea facturi gradum ad patientiam.

Generositas & patientia Davidis.

Bis in Saulis vitam dominatum potuit exercere David; semel in cavea Enggadi, quam ingressus fuit Saul adeo incautus, ut illius non attendentis particulam vestimenti absciderit David: *Surrexit ergo David, & præcidit oram chlamidis Saul silenter.* Iterum in solitudine Zeph, quando David à dormiente Saule hastam eripuit: *Tulit igitur David hastam, & scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul.* Et in utraque illa opportunitate non defuit qui vellet suadere Davidi, in ipsius manus Deum tradere Saulem, ut eo extincto maneret liber à nequitia invidi ingrati que hominis: parcere tyranno esse pietatem crudelem; siquidem incolumitatis bonum conferebatur illi qui nociturus erat multis. At David non acquievit tali consilio, & secundum meum judicium, rationibus ex sequentibus.

1. Reg. 24.

1. Reg. 26.

264. Prima, quia posse vindictam sumere, erat apud Davidem fortior ratio, ne ulcisceretur. Adamo præcepit Deus ne comederet de fructu arboris scientiæ, & illi declaravit subitum mortem quocumque die fregerit tale præceptum. *In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Cur igitur non est mortuus Adamus eadem die, qua comedit, sed vixit nongentos annos post fractionem mandati? quia ex eo quòd posset Deus illum vitâ privare, illum à mor-

Vindictam posse sumere, sufficit pro vindicta.

à mor-

à morte eripuit; quia licet erat supplicium, & videretur ultio; & non ulcisci qui potest, divina potius quam humana actio est. Adventante jam passionis tempore commendaverat Christus discipulis: *Qui non habet gladium, vendat tunicam, & emat gladium.* Et tamen Petro Malcum percutienti obstitit Christus; ne progredere-
Luc. 22. tur, Malcumque sanavit: *Converte gladium tuum, in locum suum.*
Matth. 26 Cur præcipit emi gladium, si impediendus est illius usus, quando postulatur ad defensionem? Voluit Dominus, hoc documento instituere discipulos, ut condonarent injurias, quando illas possent ulcisci. Est enim Dei singulare attributum, esse simul potentem & clementem.

Intellectu pollet qui parcat. 265. Secunda, quia condonata injuria, non sumendo vindictam, voluit ostendere, quanto polleret intellectu: nesciunt enim ulcisci qui matura ac perspicati mente pollent. Hoc nobis sicut exemplo, ita doctrina suavit David: postquam enim condonavit injuriam Sauli, concinnavit psalmum, cui titulus est, *Intellectus David.* Quasi significans illum esse maturæ vividæque mentis competentem, qui novit injurias remittere vindictæ ignarus. Hortatur nos Christus ad veniam & misericordiam, ut simus filii Æterni parentis: *Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est.* Filius naturalis Æterni parentis est verbum, cui personæ peculiari-
Luc. 6. ter adscribitur sapientia: & quidem sapientes instar verbi manebunt filii per adoptionem, qui illatas sibi injurias condonaverint.

Princeps non offendendus, sed defendendus. 266. Tertia ratio, quia noluit David ulcisci Saulem Regem, ea fuit; ne illi manus inferret; sunt enim manus sacrilegæ, quæ inferuntur Principi; nam manus subditi promptæ esse debent ad Principis coronam tuendam, & non ad auferendam vitam. Quando David abscidit fragmen purpuræ Sauli, ita abscissionem sensit, ac si cor suum fauciaret; nam generosum cor quando fecat, se ipsum offendit: *Percussit cor suum David, eo quod abscidisset oram chlamidis Saul.* Quod si abstulit lanceam, qua intenderat Saul ipsum transfigere, fuit ad monendum Abner de incuria, qua suum Principem servabat; ita enim dixit: *Quare non custodisti Dominum tuum Regem? Ingressus est enim unus de turba, ut interficeret Regem dominum tuum. Non est bonum hoc quod fecisti: Vivit Dominus, quoniam filii mortis estis vos, qui non custodistis dominum vestrum.* Voluit etiam
i. Reg. 24.
i. Reg. 26. ostend-

ostendere Sauli ingratitude esse, quæ de illius manu arma eriperat; nam Principis manus ad gratificandum collatis beneficiis nata est.

267. Optavit David superare Saulem, & superavit tanquam generosus, non vindex: quæ victoria major fuit, quàm reportata à gigante, & dæmone: nam se ipsum vicit, dum pepercit ingrato, cui parcere valor est humanam excedens virtutem. Exhibuit David in victoria generositatem simul & prudentiam: generositatem, prout ab hoste ingrato non sumpsit vindictam; prudentiam, dum suum Principem non offendit.

Cum Rex in terra sit veluti substitutus Dei, cujus vices agit, ad solum Deum pertinet illum supplicio afficere. Sceleratus erat Rex Nabucodonozor, & minabatur Deus illi non obedientibus. Quando Daniel adversitates Regi erat denunciaturus, prius unius horæ spatium cogitatione profunda exegit: *Tunc Daniel cepit intra se ipsum tacitus cogitare quasi una hora.* Optabat enim reperire viam, qua sine detrimento veritatis observare Regem posset. Princeps bonus diligendus est, malus sustinendus. Si Deus injustum ac crudelem Principem tolerat, cum punire valeat, cur subditi non tolerabunt, cui parere tenentur? Dei brachium non eget nostris manibus ut ab iniquis Regibus pœnas sumat. Subditorum obligatio est sustinere; Dei cura eos punire.

268. Denique noluit David injuriam exequi, quia nulla est victoria æquè gloriosa contra malos, ac illa, quam ab illis bonitas reportat; sua enim Deus bonitate malos vincit. Voluit Petrus in horto Christum districto gladio tueri, cui Dominus obstitit, talem defensionem nolens: *Converte gladium tuum in locum suum.* Majorem enim reputavit victoriam superare ingratitude judæorum bonitate, quàm potentiâ, sanando amputatam aurem Malcho, & in cruce impendendo veniam ingratissimis tortoribus; nam superando nequitiam bonitate se exhibebat Deum. Interrogatus Diogenes quomodo quis de suo hoste rectius posset vindicari? respondit: si ita se gerat, ut probitate illum superet. Hæc est sana doctrina, quam David à Deo didicit, & homines docuit; ubi enim generosa apparet tolerantia, omnis disparet injuria. Qui potentiâ nititur delere offensam, eam duplicat, facitque apparere majorem.
 A a 269. Po-

Generositas in pariendo.

Rex à solo Deo puniendus.

Dan. 4.

Punitio Principis ad Deum spectat.

Bonitas malos vincit.

Matth. 26.

Vindicta qualiter sumenda.

Vindicta reddit vitem. 269. Potentiâ magis proditur collatâ veniâ, quàm sumpta vindicta. Vindex, suæ iracundiæ executor est, clemens, illius dominus: qui verò dominatur suis passionibus, potentior est. Petrum in horto districto gladio percutientem Christus objurgat, & S. Matthæus, quasi ille foret anonymus, vocat quendam hominem: *Unus ex his.* Cum tamen illum postea Christus interrogans de amore, compellarit non semel Petrum, & iterum Simonem: *Simon Joannis diligis me?* In quo fuit nominationis disparitas? In amore & vindicta. Qui diligit Christum, & proximum, æquipollet multis hominibus, & ut sic compellatur duplicato nomine, qui gladio irruit ad vindictam, unus vix homo est, & absque nomine: *Unus ex his.*

§. SECUNDUS.

Patientia arma expugnant omnia.

Patientia insuperabilis. 270. Superavit David Saulis ingratitudinem ac tyrannidem generositate, & patientiâ; his enim armis opportunius & facilius vincuntur potentes: nam quædam potentia aliam subigit: patientia verò cum à nullo superetur, omnia superat: cordis validi ac fortis nota, est pati; nam ex patientia Christus, & valore cordis in sustinendo se Dei filium exhibuit. Vocat Christus Thomam, eique injungit, ut videat, & attentè dignoscat suæ passionis signa: resuscitatus jam & gloriosus ostendit illi vulnera, cum posset gloriæ splendoribus se manifestare Deum: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & asser manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.* Voluit Thomæ ac discipulis se testari, & ostendere Deum hominem, & Dei hominis notam distinctivam, ac veluti characterem esse patientiam. Non aperuit illi vulnera, quæ spinea corona capiti inflixerat; cum enim in capite fuisset vulneratus tanquàm Rex, hoc documento voluit monere Principes, illustriorem victoriam de vulnerantibus esse vulnerum oblivionem. Discipulos euntes Emaus, & loquentes de tormentis passionis, interrogavit Dominus de fermone & tormentis, quasi illorum immemor: *quæ?* Sustinuit injurias tanquàm Princeps, & talem

lem se esse significavit oblivione. Sic hac opportunitate Dominus illorum discipulorum corda identidem allexit, quousque ex integro subegerit: nam patiens præter quàm quòd sit æque pretiosus, & impenetrabilis instar adamantis, est etiam mirabilis ad attrahendum instar magnetis. Quavis enim duo hi lapides sint ita æmuli, ut alter coram altero hebescat, & quasi virtutem amittat, tamen in patiente conjuncti suas integras vires continent, & exerunt. Nihil est quod patiens & constans cor frangat, nihil adeo durum & rigidum, quod ab eo mollitum & attractum, illi non subjaceat.

271. Armatura adeo firma ac nobilis est patientia, ut divina manus eam conflaverit ad superandas ingratitudines ac tyrannides: est item necessaria convictui humano; siquidem nihil in vita frequentius, quàm ingratitudinem, ac tyrannidem obviam reperire. Est generale remedium contra omnia mala: nam quæ æquanimiter sustinentur, malorum speciem exuunt.

272. Patientia Job superavit dæmonem: omnia enim superat, qui ferre novit. Præcipua adeò materia est sustinere, ut nulla alia virtus fortitudinis nomine gloriatur, nisi patientia; fortes aliæ ut sint, id à patientia mutuuntur. Præcipuus fortitudinis actus non consistit in immani potestate, sed in magna tolerantia: hujus ratio subdi potest, quia fortitudo non tam corpore, quàm animo sita est. Robur Josephi fuit insuperabile, etiam fœminæ robur Sansonis fœminæ succubuit; nam Josephus erat validus generositate animi, Sanson vigebat corporis viribus.

273. S. Paulus conferens patientiam cum miraculis, & prodigiis operibus, primatum defert patientiæ: quia si in miraculis enitescit magnitudo potestatis, in patientia animi valor exprimitur: & quidem virtus est non in viribus potestatis, sed animi. Spiritus S. ait meliorem esse virum patientem, quàm fortem: potius namque est sustinere, quàm vincere; victoria enim humanis viribus, sustinentia valori Spiritus Sancti, & prudentiæ comiti adscribitur.

274. Non possum non animadvertere Davidem electum à Deo in populi sui remedium, & juxta cor ipsius Dei probitate & magnificentiâ, & tamen continenter tot afflictum tribulationibus. Quid? ex eo quòd sit electus, molestiis jactatur? Ita; nam Deus

Princeps ex patientia.
Luc. 23. cùm vellet Davidem, constituere Regem, voluit ad patientiam exercere laboribus. Christum in cruce tanquam Dominum regni agnovit, & veneratus est Dimas: *Dum veneris in regnum tuum.*

Laborum patientia facit Regem.

Luc. 23.

Quis edocuit Dimam esse dominum regni illum hominem, quem quasi delictorum comitem videbat iisdem cruciatum tormentis? Vidit Christum esse justum: *Hic autem quid mali egit:* & iusto, quem labores infectantur, deesse nequit regnum, in quo coronetur: Magnificus Regis titulus supra caput Christi in cruce collocatur: *Erat autem & superscriptio scripta super eum: Hic est Rex Judeorum.* Nonne titulus ille utpote in irrisionem appositus aptius constitueretur ad pedes, ut facile à prætereuntibus legi & agnoscipossit? Cur supra caput? Quia in Christi capite erant sentes, ex quibus corona texebatur, & voluit Christus ostendere per illos ascensum fieri ad regnum cœleste, quod titulus ille propalabat.

S. TERTIUS.

multa bona continent molestia ac labores.

Labores estimandi.

Job. 50.

275. Non potuit justus & mansuetus David conqueri se duris exercitum laboribus, variisque infectionibus vexatum: siquidem obtinuit quæ Deus ipse sibi delegit, cùm ipsamet foret innocentia: contulit Davidi Deus quæ suis electis in hoc mundo solet impendere: aurum enim probatur in igne, ut quò plus excoquitur, magis splendet: sic à laboribus patienter toleratis cor humanum valorem & splendorem capit. Virtus à pœnis nascitur, sicut rosa à vepribus: & sicut his manet rosa gratior, ita illis manet virtus sublimior. Labores probant ac perficiunt justos, corrigunt peccatores. Dixit Job eum esse beatum, quem Deus puniebat: *Beatus qui à Deo corripitur.* Videtur abesse beatitudinem, ubi adest supplicium: siquidem beatitudo impenditur iustis, supplicium delinquentibus infligitur. At locutus est patiens Idumæus tanquàm in patiendo disertus: est enim inchoata gloria pati in hac vita: cùm ex patiendi meritis fiat ascensus ad gloriam. Deus tanquàm pater puniens liberat, & occidens salvat.

Pœne prosunt.

276. Monuit olim Philosophus quidam: *Sustine, & abstinere: quasi*

quasi diceret: Sustine mala pœnæ, & abstinere à malis culpæ, ut ex patientia consequaris felicitatem: malum morale nullum inest supplicio, sed causæ, seu radici illius, scilicet culpæ: sustinere propter culpam, pœna est: sustinere sine culpa, felicitas. Aliud est nocere, aliud punire tanquàm pater, curare tanquàm medicus, & exercere tanquàm magister: quæ omnia non conferuntur nisi dilectis: *Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi Pater in filio complacet sibi.* Supplicium licet videatur rigor, & affligat, documentum est: medela etiam amara prodest: & certè malum esse nequit, id quod confert amans, qui probè novit quod confert, & quidquid vult, potens est conferre.

Prover. 2.

277. In molestiis ac laboribus clauduntur tria bona, scilicet agnoscere Deum, se ipsum agnoscere, & Christo assimilari. Vexatus laboribus homo cognoscit Deum ad quem clamat pro obtinendo auxilio: *Ad Dominum, cum tribularer, clamavi.* Objurgat Deus Manassen ob sua scelera, in quibus, non obstante objurgatione, Rex perseverat: igitur suis hostibus à Deo traditus, ut vexari laboribus, & molestiis exerceri cœpit, ad Deum recurrens, pœnitentiâ scelerum tactus resipiscit: tunc (ait Sacer textus) agnovit Deum: *Cognovit Manasses quod Dominus ipse esset Deus.* Nam tribulatione probat Deus nostram fidem, excitat nostram cognitionem, exercet nostram fortitudinem.

Laborum & molestiarum bona.

Cognitio Dei ex tribulatione.
Psal. 119.

1. Par. 33.

278. Item ex tribulatione se ipsum agnoscit homo: nam scientia ex afflictione in nos diffluit: Quid enim scit, qui nondum tribulationem subiit, ait Spiritus S. Vera scientia est se ipsum agnoscere. Favet Deus Ezechia, & Ezechias Deum offendit: tanquàm ingratus a Deo punitur, & sic peccatorem se agnoscit. *Flevit que Ezechias fletu magno.* Felicitas eum reddidit ingratum, simulque ignarum sui, tribulatio in pœnitentia se agnoscentem *Nescio Dominum.* Dicebat Pharaos, quando in fortuna prospera felix: & postea: *Fugiamus Israël, Dominus enim pugnat pro eis.* Quando jactatus a fortuna in maximum incidit infortunium, agnoscit Dominum. Eadem enim fortuna quando prospera, illi clausit oculos, ut Deum ignoraret, quando adversa, aperuit, ut agnosceret ac timeret.

Cognitio sui ipsius ex afflictione.
Eccles. 24.

4. Reg. 20.

Exod. 5.

Prosperitas excæcat.
Exod. 14.

279. Isaias dixit tribulationem præstare mentem auditui: *Ve-*

intellectus. *ex oratione.* *Isai. 28.* *Intellectus.* *satio intellectum dabit auditui.* Videtur non esse tribuendum corporeo sensui, quod peculiare est spiritualis animæ quod scilicet est intellectrix facultas. Tribuit tamen disertè: quia in laboribus & afflictionibus corpus gubernatur per animam, seu potius corpus instar est animæ, ut quasi mentis compos intelligat. Nam veritates, & apertiones fraudum non tam intelliguntur, & creduntur, quando animæ rationali obversantur, quàm quando à corpore sustinentur: tunc enim corporei sensus facultatibus spiritualis animæ subduntur.

Adversitas probat, & facit splendore. *Psal. 48.* *Isai. 28.* *Joan. 12.* 280. Sed rogo; quænam assignari causa potest, cur homo se præstet in felicitatibus immemorem & inscium, at in adversitatibus gnarum & sapientem? Effectus utriusque causa duplex est, nempe ingratitude, & afflictio; ingratitude parit oblivionem & inscitiam: *Homo cum in honore esset, non intellexit.* Afflictio confert intellectum & sapientiam. *Vexatio intellectum dabit.* Certum est hominem in prosperitate amisisse gratiam; & nos docet experientia in adversitatibus eam recuperare tanquàm sapientem & disertum; solent enim virtutes in rebus dubiis & adversis splendidius fulgere, sicut stellæ in nocte magis atra & obscura; certè generositas cordiseò validius proditur, quò majori afflictionum tumultu cor jactatur. Nam pondus manifestat constantiam palmæ cum illo surgentis; adversitas detegit fortitudinem animi, quando patientia superatur. Strigilis repurgat aurum, fornax decoquit, afflictio purificat; & exemplum grande sine fortuna adversa dari nequit. Tribulationes Jobum sublimarunt, Josephum illustrarunt, Davidi sceptrum contulerunt: & Christus ipse exaltatus fuit mortis suæ tormentis & doloribus: *Cum exaltatus fuero.* In justis tolerantia in patièdo est certior magnitudinis sublimatio: quicumque vult augeri, patiatur: solus enim exaltabitur, qui noverit sustinere.

S. Q U A R T U S.

Qui plus patitur, plus assimilatur Christo.

Patientia nobilitas. 281. Res est adeo præclara & illustris patienter ferre, ut quicumque magis sustinet, magis æmuletur Deum, qui homo factus est, ut

est, ut pateretur. Christus in mundum venit, ut malum reprobaret, & eligeret bonum. *Ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.* *Christo similis est qui patitur.* *Isai. 7.* Reprobavit peccatum, & elegit labores, ut ostenderet viam merendi esse viam patiendi: Christus errare non potuit in electione, quia erat sapientia patris; ergo errat mundus, & omnes ejus sequaces, dum labores reputant adversitatem. Christus ab exordio mortalis vitæ usque ad exitum continenter passus est: cum enim fieret homo ad patiendum, voluit ut universa & integra vita foret meritum; est enim vita mortua quæ sine laborum patientia transigitur. Nobis ad patiendum vita impensa fuit: qui plus patitur, plus meretur, & Christo magis assimilatur.

282. Non fuit Christi figura Saul in prosperitatibus, nec Salomon in opulentiis, sed Josephus venditus in afflictionibus, & David variis laboribus jactatus: solus enim qui labores & insectationes sustinet, Christum repræsentat. Duobus modis in hac vita pænam, seu laborem subimus, vel ex culpa: vel sine culpa: & utroque modo patièdo felices sumus: si enim ex culpa patimur, debitum solvimus, & sic felices, quatenus à debito liberamur: si sine culpa, feliciores, quatenus nostris pænis æquanimiter toleratis Deum facimus debitorem, & Deum habere debitorem ingens felicitas est. Solvit David suis laboribus injuriam, quam intulit Uriæ, & labores Davidi sceptrum contulerunt: qui enim plenè solvit, non solum satisfacit, sed obligat.

283. Vidit se Josephus à suis fratribus venditum, & innocentem à suo domino conjectum in carcerem: & hujusmodi afflictiones illum reddidere sapientem, Deoque perquam similem: qui enim innocens patitur, Deum exprimit: *Nunquid Dei est interpretatio? referte mihi, quid videritis.* *Patiens est Dei imago.* *Gen. 40.* Dicebat sanctus juvenis duobus Pharaonis famulis, qui sua somnia illi proposuerant, & explicatum postulabant. Dubitationem mihi injicit ratio, quam Josephus assignat, simul & deliberatio, quam capit circa interpretationem. Si enim ad solum Deum spectat somniorum interpretatio, cur exigit illorum narrationem, ut interpretetur? Duplici ex causa. I. Quia Josephus innocens sustinebat carcerem, & vincula; qui enim innocens patitur, viva quadam similitudine Deum refert. II. Nam qui immunis à culpa pænam sustinet, divinam quadam sapientiâ præditus est.

*Persecutio
& vexatio
dat regnum.* 284. Tyrannis, & multiplicata infectatio Josephum reddidere sapientem, imò & à fratribus adoratum, totiusque Ægypti dominum: similiter labores Davidem fecere Regem, & in toto orbe celeberrimum. Innocentia enim patitur ad regnandum, & etiam regnat, quando patitur. De regno interrogat Christum Pilatus: *Tu es Rex Judæorum?* Respondet Christus: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Cur igitur Pilatus Regis titulum jubet cruci affigi, quem vetat auferri? Noverat Pilatus Christi innocentiam, & ubi vidit in cruce pendentem, significare voluit in cruce regnare, siquidem innocens patiebatur: crux enim innocenti ad regnandum sceptrum est. Permisit hostibus suis Christus, ut in cruce spoliaretur rebus omnibus, exceptâ coronâ: cum enim hanc conferret invidia innocentia, auferri non potuit: nam Deus coronam innocentibus in hac vita collatam, reddit perpetuam, utpote ex meritis majoribus.

*Innocentia
patiens re-
gnat.
Joan. 18.*

S. QUINTUS.

Ingrati manus magis tyranna sunt.

*Crudelitas
ingrati ma-
jor.* 285. David ex generositate & patientia coronam Israël adeptus est, quam Saul amisit tanquam ingratus & tyrannus, cum sui ipsius homicida foret: *Arripuit itaque Saul gladium; & irruit super eum.* Sunt manus ingrati hominis crudeliores hostilibus: nam hostis partâ victoriâ, à cædibus abstinet: ingratus sibi etiam tyrannus propriæ spoliator vitæ est. Saul erga Deum inobediens ob superquam, ab ipsâ superbia interficitur: Saul in sacrilegio erga sacerdotes crudelis ab ipsâ crudelitate in sui authoris exitium versa, pœnas subit. Fuit ingratus Saul infectando Davidem, & sibi etiam ingratus fuit. Regnavit in supplicium aliorum, & supplicium sibi infligit; nam ingratitude erga alios tyranna, sibi etiam crudelis est.

*Mors sibi
illata ex
ignavia.*

286. Impii reputant valorem, sibi necem inferre ad vitandum dedecus ab hostibus inferendum, sicut fecit Saul, ut evaderet manus Philistinorum; quasi mors æquior animo ferenda sit, quam injuria. Verùm sibi mortem consciscere, ignavia impiorum est, & in-

& ingratorum deliberatio. Nam qui se occidit, ut effugiat dedecus ab hoste inferendum, majus subit dedecus, dum se mortuum tradit hosti in spoliolum. Mortem oppetere in defensione, honestus valor est: se occidere, antequàm hostis subigat, ignavus timor: est enim periculum fugere: & parum refert fugam manibus, an pedibus arripere. Brutus fugam confessus est, quando sibi necem intulit. Aliud est non timere mortem, aliud odisse vitam: non timere mortem in defensione, fortitudo est: odisse vitam in periculo, ignavia: cum ex metu periculi desit quis suæ obligationi. Non se interfecit Saul ad mala præcavenda, sed ex defectu animi ad mala sustinenda.

287. Evangelista dilectus scripsit Dominum tunc mortem obiisse, quando jam omnia sustinuerat. *Sciens quia omnia consumata sunt.* Voluit Sacer historicus advertere Christum mori gloriosum tanquam strenuum: non quidem ex patientia deficiente, sed quia defecerat materia ad patientiam. Dixi ingratorum deliberationem esse, sibi necem inferre: quia ingratus potius optat mori, quam se gratum exhibere. Se laqueo suspendit Judas postquam suam agnovit culpam, simul & Christum: *Peccavi tradens sanguinem justum.* Quid, non erat Judæ longè utilius vivere, & mereri veniam, quam mori, & ex desperatione perire? Cum foret ingratus, tam durum illi videbatur gratificari pro accepta venia, ut optarit potius mori periturus, quam vivere gratificaturus. Se proprio gladio interfecit Saul: quia ingratitude tyrannica nec sibi parcat. Vicit Saulem David patientia: quia cor sustinens superat omnia.

*Labores
sustinendi
in vita, &
non vitandi
questi
morte.*

Joan. 19.

*Ingratus
eligit mori
ne gratifi-
cetur.*

Matth. 26.

B b

C A

CAPUT IV.

Ingrata conditio est inter omnes magis perversa.

§. PRIMUS.

Ingrata conditio beneficia odio compensat.

288. Queritur David ingratos; & eos reputat ac definit proditores & hostes bonitatis. *Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.* Vocat proditores, quoniam detrahunt, quando plus accipiunt: vocat hostes bonitatis: quia bonitas eos obstringit. Affabilitas Servatoris cum Pharisæis manducantis, fatis non fuit, ne ab illis detraheretur: *Et ipsi observabant eum.* In Spelunca Enggadi Saul commendavit justitiam Davidis, eique primas detulit: *Justior tu es, quam ego.* Deinde ut speluncam egressus est, Davidem morte, dignum propalabat: *Filius mortis est.* Ex bonitate Davidis causam deprompsit, ut capite damnaret, & ex obligatione motivum ut læderet: nam motiva ingratorum ad lædendum, sunt ipsamet accepta beneficia. Sannabat & illuminabat Christus cacos sputo: *Expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & lenivit lutum super oculos ejus.* Et Judæi in compensationem beneficiorum: *Expuerunt in faciem ejus.* Quia beneficia in manibus ingratis motiva, & instrumenta sunt ad offendendum benefactorem.

289. Qualitates ingratae conditionis sunt, magna beneficia compensare odio: diffisam, & crudelem esse, timidam ac malitiosam: denique proclivem ad credendum quod pejus est, tyrannicam in condemnando. Quod attinet ad primam qualitatem, solvendi odio beneficia: In nuptiis, & convivio Cana petiit à Christo B. Virgo, ut vini defectui succurreret: *Vinum non habent.* Respondit Dominus nondum sibi moriendi tempus adventasse: *Non dum venit hora mea.* Quid? Virgo Mater non petebat, ut Christum vitam spoliaretur, sed beneficium nuptis, & convivis illis conferendum:

dum: cur igitur Christus responsum reddit loquens de propria morte, quasi petita? Quia inter ingratos adeo frequens est compensare odio beneficia, ut nullum fere interponatur tempus inter benefacere & occidi, seu inter beneficii collationem, & pro illo collato vitæ ablationem: non videbatur Christus paratus ad benefaciendum, quia nondum advenerat tempus ad moriendum.

290. Contulit Alexander patri Antipatri regnum Macedoniae, & Antipater in tanti beneficii compensationem, illius matrem & duos liberos occidit. Regem Ægypti constituerat Pompejus Ptholomeum, & hujus filius Pompeji caput amputavit, ut offerret Cæsari. Ad ipsius Cæsaris occisionem valde juvit filius Brutus, cum à Cæsare maxima accepisset beneficia. Tyberius Juliae uxori suæ acceptum imperium ita gratificatus est, ut illius filium Agrippam interfecerit, & summam adhibuerit curam ad pœnitens abolendam familiam Octaviani, à quo fuerat in imperium adoptatus.

Magnum fuit beneficium sceptri: sed ingrata conditio magna beneficia compensat odio: & quasi onerata debito anhelat, ac sola crudelitate levata respirat. Præcipit Deus Eliseo ut in Regem ungat Jehu: Prophetæ tamen injungit, ut peracta unctione, ab illius conspectu se fugâ celerrimâ proripiat: *Aperiesque ostium, & fugies, & non ibi subsistes.* Cur unctum Jehu in Regem statim fugere debet Elifæus, & non cum eo saltem per aliquot dies manere? quia à Jehu jam uncto & constituto Rege, nihil sperare poterat, nisi odium ingratitude, ita ut periclitetur vitâ, nisi se statim coniciat in fugam.

291. Quoad secundam qualitatem, quæ est diffidentia, hæc in Judæis planè innotescit. Venit in mundum Christus ut Judæorum regnum firmaret, ac perpetuum redderet, & Judæi diffidentes Christo, quem à gentibus cognitum & adoratum videbant, perdere regnum verebantur: *Venient Romani & tollent nostrum locum, & gentem.* Tanquam ingrati fuere diffisi, & tanquam ingrati Regi, diffisi sunt regno, & ea crudelitate ex ingrata diffidentia sæviere in Christum, ut inter duos latrones cruci affigerent.

Caligula obstrictus populo, à quo acceperat imperium, dictitare solebat, optare se, ut populus unius tantum cervicis foret, quò suos omnes subditos unico ictu jugularet. Adeo illis omnibus in-

Ingratorum exempla.

4. Reg. 9.

Diffidentia ex ingratitude.

Joa. 11.

gratus diffidebat, ut mallet sine subditis esse, quàm videre illos, à quibustantum honoris fastigium acceperat. Galba, qui in Hispania fuit acclamatus imperator absque ullo jure ad imperium, Hispanos omnes insignibus militaribus, multos capitibus spoliavit, & aliquarum civitatum muros solo æquavit: reputans sibi facilius, crudelem esse, quàm vivere diffidentem illis, quibus erat obstrictus: nam diffidentia naturalis est effectus ingratitude.

Ingratitudo timida & malitiosa.

1. Reg. 19.

Joan. 11.

292. Quod ingrata conditio jungat simul timorem & malitiam, apparet manifestè in Saule & Judæis: *Tremuit Saul David.* Et statim ex malitia illi mortem architectatus est: cum enim videret prudentem ac strenuum, cogitavit futurum Regem Hebræorum. Timuerunt Pharisei Christum: *Omnes credent in eum.* Et ex timore decreverunt illum vitâ privare: *Moriatur homo.* Timor omnia credit, malitia omnia suspicatur, & ingratitude, cum sit timida, & malitiosa, ut se tutam reddat, non veretur crudelis fieri.

Crudelitas ingrati. u. dimis.

Justinianus imperator, postquam in Asia, Africa, & Europa dux inclytus Bellizarius egregias comparavit victorias, quibus magnopere auxit imperium, eum oculis privari, & fortunis spoliari iussit, ex falsis suspicionibus: & ob confictas hostium calumnias ignominiosè generalatu abdicavit Narce, qui feliciter suo robore imperium protulerat. Valentinianus occidit Ecium, postquam hic strenuissimus dux subegit Attalam, & ab armis Francorum Romanam eripuit; fuitque illa occisio nata ex sola culpa, quam ex invidia æmuli confinxere. Cum enim ingratitude conditio æque timida & malitiosa sit, quæcunque levis suspicio sufficit, ut se gerat crudelem ac perversam.

Ingratitudinis timor & malitia.

293. Rogo tamen; nonne Saul perspecta habuerat obsequia Davidis, ne eum timeret? nonne Judæi Christum agnoverant prodigiosum, ut Regem acciperent; Nonne Imperatores Iustinianus, & Valentinianus intellexerant facinora Bellizarii, & Ecii, ne acquiescerent illorum calumniatoribus? Cur igitur in prædictis tantum valuit timor, & malitia? Quia erant ingrati; & ingratitude ex majoribus beneficiis depromit motiva ad ignorandum benefactores, eisque nocendum.

Voluit diabolus Serpente indutus suadere Evæ transgressionem, & detraxit Domino tanquam imponenti præceptum grave in materia

teria levi, qualis erat esus cujusdam pomi: *Cur præcepit vobis Deus, Gen. 3. ut non comederetis ex omni ligno paradisi?* Mirabilis calliditas serpentis! Ut suadeat inobedientiam, revocat in memoriam Evæ beneficia divina, quæ erant motiva ad obediendum? Videbatur quòd ad impellendum facilè in lapsum, debuerat priùs abolere de memoria Evæ omnia Dei beneficia. Non ita, quia in primis illis parentibus jam agnoverat, quod in Principibus eorum posteris eventurum erat, scilicet minorem fore correspondentiam in illis, quando esset major correspondendi obligatio.

294. Animadverto præcipuum, & quidem honestum dictamen Principis, esse suo honori ac estimationi consulere; si igitur magna subditorum servitia, & obsequia reddunt Principem magnum, & honore magno dignum, cur talia obsequia non semper Princeps beneficiis compensat? quia obsequiis magnis obstat magna ingratitude, ambitio, & invidia; ingratitude merita illa quasi sepulchro obruit, ambitio omni suspicioni fidem adhibet: invidia nullum non scelus molitur; & cum sceptrum ad vindictam sit proclivius, quàm ad gratificationem, facilè exequitur furorem; Principi enim gratificatio videtur onus, vindicta satisfactio. Qui gratificatur, se exhibet obstrictum, qui vindictam sumit, potentem; & Princeps non se reputat supremum, quando fatetur obligationem, sed quando exercet potestatem.

Principes faciliores ad vindictam quàm ad gratificationem.

§. SECUNDUS.

Est ingrata conditio facilis in credendo malum, tyranna in condemnando.

295. Inter præcipuos ingratae conditionis defectus duo feruntur, alter facilè malum credere, alter non auditum condemnare: prior emanat ex illius perversitate, posterior ex tyrannide. Perversus in se ipso deprehendit totius mali probationem; tyrannus renuit audire defensionem, ut condemnet innocentiam.

Ingratitudo malum facile credit.

Credit Saul facilè contra se conspirasse Davidem cum Aquimelech. Et non vocata ad examen veritate, pugionis ictibus interfecit Pontificem innocentem, cum enim foret ingratus Saul

1. Reg. 26.

Credulitas levis damnatur. extitit in credendo perversus, & in condemnando tyrannus. Ex-
 istimare debet Princeps humanam malitiam, omnia moliri, to-
 tiusque industriæ nervos contendere, ad suadendam calumniam:
Ecc. 19. qui autem magis sapiens est, plus dubitat; & minus credit, qui
 plura audit. Dixit Spiritus S. *Qui citò credit, levis est corde.* Plu-
 res sunt falsitates quæ pullulant ex credulitate Principis, quàm ex
 nequitia hominum; nam hæc formidat veritatem, illa facilitat
 mendacia. Qui verò aurem mendaciis libenter accommodat, ju-
 stitiam adducit in magnum discrimen: *Princeps qui libenter audit*
Pro. 29. *verba mendacii, omnes ministros habet impios.* Dixit Rex Sapiens;
 nam illi Principi omnes blandiri appetent excogitatis fraudibus
 & mendaciis facti totius justitiæ & pietatis hostes.

Justitia Principis in maturitate credit, & rectissime damandi. Reus audiendus. 296. Debet Princeps esse tardus, maturusque in credendo, &
 rectus in condemnando; non reputabit criminofum omnem qui
 accusatur, sed solum qui in competenti judicio vincitur: nam
 accusatio non parit crimen, nec facit criminofum; sed probatio
 in judicio competenti examinata. Et mos est humanæ naturæ ac-
 cusare innocentiam, & excusare nequitiam; quia accusatio ori-
 tur ex malitia, naturali focia nequitia, & crudeli hoste innocentia.
 Deus omniscius audivit Adamum, & convictum damnavit; ut nos
 doceret esse de jure naturæ defensionem in omni crimine; & ut de-
 tur justitia, dandum esse judicium. Hæc Deus gessit erga Adamum;
Gen. 3. & quid Herodes erga Baptistam? capite spoliavit nec insimulatum
Marc. 6. de crimine, nec auditum. Nam crimen totum Baptistæ fuit veri-
 tas, quam prædicabat Herodi; & tyrannus sicut Herodes, ex ve-
 ritatibus format delicta, nec admittit defensionem, ut condem-
 net innocentiam.

Judicium ante justitiam. 297. Duo vellem monitos Principes, alterum, ne judicent quin
 audiant; alterum, ne condemnent quin judicent. *Regnabit Rex,*
Fern. 25. *& sapiens erit: & faciet judicium, & justitiam.* Dixit Propheta de
 Christo servatore, quibus innuit prærequiri judicium, ut detur ju-
Psal. 88. stitia; semper enim conjungi debent: *Justitia & judicium præpa-*
ratio sedis tue. Dixit David de eodem Domino. Thronus Dei est
 justitia conjuncta cum judicio, & extra judicium, tyrannis: *Te-*
stimonium reddente illis conscientia in forum, & inter se invicem cogita-
tionibus accusantibus, aut etiam defendentibus. Nostra conscientia,
 & no-

& nostræ cogitationes testes erunt vitæ nostræ coram Deo giudice;
 qua ratione? Accusando, & defendendo; cùm enim Apostolo
 sermo sit de judicio Dei, in eo ita admittitur accusatio, ut non ex-
 cludatur defensio. Ubiprimùm Assuerus audivit accusationem
 Aman contra Judæos, statim jussit ut Aman eos morti dederet:
Scriptum est, quod jusserat Aman: ut occiderent atque deleverent om-
nes Judæos. Cur non dicit Sacer textus quòd jusserat Rex, sed quòd
 jusserat Aman? quia proferre capitalem sententiam non audito
 reo se defendente, actio est non Regis, sed tyranni.

298. Duo sunt capitales hostes Principum, quos vitare debent, *Principis*
 quando timent, & diffidunt, scilicet ambitio, & ira; nam ambi-
 tio majus reputat incommodum se diffidentem vivere, quàm pa-
 ti innocentiam; ira non admittit rationem, quia furor est. *Matth. 21*
 Herodes ambitiosus occidit innocentes. Saul indignatus occidit Sacer-
 dotes, quin ibi ratio, vel innocentia attenderetur; nam irata am-
 bitio omnia proculcat. A Deo suppliciter efflagitabat Judith, ut
 suo flagello puniret Bethuliam, & eam eriperet ab Holofernis fla-
 gello; *In tuo flagello vindica iniquitates nostras.* Cur renuit suppli-
 cium ab hominibus infligendum, si hoc Deus quando mitior &
 lenior minatur? *Arguam eum in virga virorum.* Quia si homo
 puniturus, est ambitiosus ut Holofernes, acerbitate rigoris divi-
 nam iram excedit. *Judit. 7.*

299. Suam Deus obstrinxit fidem, ad puniendum septies illum, *Supplicium*
 qui interficeret Caimum: *Qui occiderit Cain septuplum punietur.* *ab homine*
 Caimum occidit Lamech, & cum hujus uxores lamentarentur ca-
 sum, veritæ, ne Caimi posterii illius cædem ulciscerentur, Lamech
 juravit se ultionem septuagies septies esse sumpturum de illo qui
 sibi vellet irrogare injuriam: *Septuplum ultio dabitur de Caim: de La-*
mech verò septuagies septies. Si Deus minatur septem vindictas pro
 morte Caimi, cur Lamech pro sua offensione minatur septem su-
 pra septuaginta? quia videtur (ut opinor) ira hominis major esse
 septuaginta vicibus, quàm ira Dei. Quando Deus vehementer
 irascitur, septies tantum punit: quando homo corripitur iracun-
 diâ, non quiescit, donec ulciscatur septuagies septies. *acerbius.*
Gen. 4.

300. Nihil magis expedit Principi, quàm fidelitas in subditis: *Fidelitas*
 idcirco omnia applicare debet remedia, ne eorum animi agrotent, *erga Prin-*
 cipem ne-
 cessaria.
 vel.

vel ægrotantes sanentur. S. Pagina appellavit Principem medicum: & sanè bonus medicus non desperat de salute ægrotantis, quandiu profunt medicamenta: *Princeps Esto noster: non sum medicus.* Non se excusavit Deus à principatu sui populi, nisi postquam vidit illi non prodesse adhibita medicamina: nam bonus Princeps solùm ut verus dominus satisfacit suo muneri, quando curat ut medicus. Clementiã sanavit Augustus ab infidelitate Cinnam: & Christus Petrum, defixis in ipsum negantem piissimis oculis. Augustus lucratus est ministrum optimum suo senatui, & obtinuit ut omnis deinceps infidelitas aboleretur in suo imperio: Christus lucratus est primum suæ Ecclesiæ Principem, qui postea pro illo, & ejusdem fide cruci affixus vitam posuit. Et qui non amant clementiam, verba Dei audiant: *Ego pascam oves meas: quod perierat requiram; & quod abjectum erat reducam; & quod fractum fuerat alligabo; & quod infirmum fuerat consolidabo; & quod pingue & forte custodiam, & pascam illas in judicio.* Divinus pastor, seu Princeps clementia & judicio pascit suam & administrat gregem: nam qui judicio utitur, justitiam amat, & qui amat justitiam, clementia utitur: sunt enim inseparabiles divinæ virtutes: & clementia principis justitia est quidem ingenua.

301. Divina & humana lex clementiam dicit: & Spiritus Sanctus eam vocat robur ac firmamentum principatus: *Misericordia & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia thronus ejus.* Spiritui Sancto commendavit Æternus Pater judicium de infidelitate: de hac enim intelliguntur verba illa Christi servatoris: *Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato.* Quia erga homines infideles clementer debuit exercere, quod in consiliis dederat Principibus. At si Spiritus Sanctus essentialiter amor est, & amor parcit omnibus, cur Spiritui Sancto commendatur supplicium infidelium? quia Spiritus Sanctus est amor rationalis, seu per rationem & mentem regulatus; sine mente simul & amore justitia rectè administrari nequit. Mens dicit rationem, amor clementiam: & in ratione simul ac clementia consistit æquitas justitiæ. Sanguis & aqua profluxit ex Christi crucifixi latere: *Exiit sanguis & aqua.* Dicunt interpretes exiisse sanguinem in supplicium Hebræorum, qui clamant, *Sanguis ejus super nos.* Notò produisse sanguinem illum ex corde

Ferm. 22.
Isai. 3.

Princeps
est medicus.

Matth. 26.

Ezech. 34.

Clementia
firmat
principatum.

Prov. 28.

Joan. 16.

Joan. 19.

corde salvatoris: quia Deus etiam puniens amorem exhibet: punire cum amore, clementia est; punire sine amore, vindicta.

302. Sæpenumero Deus suo populo scelera patranti diffidens, contra eum vehementissimè & justissimè exarsit: at pro populo semper Moyse intercessit. *Cur Domine (aiebat) irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne queso, dicant Ægyptii: callide eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret de terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui.* Deo hæc arrisit intercessio, & distulit supplicium: *Placatus est Dominus.* Sic Deus edocuit clementiam Principes, ne de supplicio indignationem consulant: similiter edocuit ministros, ne pro iracundia Principum interveniant: nullus enim major justitiæ hostis est, quàm furor. Pauci tamen ministri sunt, qui hoc documentum capiant, & multi qui Principis iram magis ac magis accendunt, quasi igni effundentes oleum, alii ex invidia, alii ex ambitione, alii ex adulatione.

303. Diffusus est imperator Adrianus cuidam subdito suo, & ab optimo consiliario audivit: *Animum devince beneficiis.* Beneficia enim sunt potentiora arma, quæ animos superant. Sic debuerant omnes suadere Principi, quando diffidentem intellexissent. Nam Princeps munificentia & clementia amorem aucupatur, diffidentia fit crudelis, & nullus crudelis tutus esse potest.

Jactavit se Valentinianus Imperator quòd occideret Ecium generalem suum: nec defuit qui argutè & audacter illi respondit, in hac occisione, ô Imperator, tuo sinistro brachio dexterum secuisti: nam fidelis minister, si est strenuus, inseruit suo Principi pro brachio dextero: sicut si est disertus & sapiens, pro capite. Unde majus detrimentum est Principis amissio ministri disertis ac sapientis, quàm strenui; nam ex amissione ministri strenui perdit brachium, ex amissione sapientis perdit caput, & in eo regnum, & plura regna.

304. Suam Herodes adstrinxit fidem Saltatrici illi impiæ, pollicitus se daturum quidquid peteret, etiam dimidium regni sui: petiit illa caput Baptistæ, quâ petitione auditâ Rex mæstitiã affectus est, quòd juramento adactus promiserit: *Contristatus est Rex.*

Ira Dei
placabilis.

Exod. 32.

Indignatio
Principis
non augetur.

Beneficia
arma potentiora
ad superandum.

Minister
bonus &
Principe
magis faciendus.

Consiliarius
fidelis &
sapiens
quæ anti fit.
Marc. 6.

Nam caput Baptistæ consilarii optimi, proindeque utilia fideliter suadentis, etiam in existimatione Herodis fiebat pluris, quàm regnum. Servis fidelis juxta Spiritum Sanctum est domino suo pro anima: *Si est tibi servus fidelis, sit tibi quanti anima tua.* Cur non potiùs tribuitur domino officium animæ erga servum & servo officium corporis erga Dominum, cùm anima sit corpore nobilior? quia rationalis anima vivere potest sine corpore, non ita corpus sine anima; sic fidelis minister potest sine domino vivere, non tamen dominus sine assistentia ministri & consilarii fidelis, qualis erat Baptista. Herodes in hoc egit Principem, quòd ex nece Baptistæ dolorem conciperet. Animadverto quòd Evangelista cum octiès nominaret Herodem, solum appellavit Regem, quando exhibuit tristitiam de amittendo Baptista: *Contristatus est Rex.* Quia magni facere consilarium optimum, nempe Baptistam, propria majestatis actio est: in reliquo tractetur ut Herodes, in hoc nominetur ut Rex.

305. Herodes tamen amplexus est quod abominari debuerat; & religionem existimavit quod sacrilegium erat. Valentinianus credidit licitum quod sibi utile visum est; quia uterque ingratitude & ambitioni subjacuit. Herodes timuit veritates Baptistæ, Valentinianus fortitudinem Ecii; & potestas conjuncta timore omnia proterit; & quidquid utile sibi visum est, licitum reputat. Timuit Pharaò Hebræos, & timore correptus jussit eorum filios projici in flumen. Ardens Caimus invidiâ fratrem suum duxit in campum, ut ejus sanguinem cautiùs effunderet: sic enim ex timore proditio delituit, ut nemo posset in suspicionem venire, illum in propria natura fraternas manus cruentasse: *Egrediamur foras.*

306. Princeps non erit, sed tyrannus, qui justitiam non coluerit; qualis Saul erga Davidem, & Herodes erga Baptistam; uterque

307. De Nabuchodonozore dixit Daniel: *Fœnum ut bos comedit.* Eò quod non habuerit gratias Deo, pro accepta Regis dignitate. At si in Brutum transformandus est, cur non in leonem, vel aquilam, sed in bovem? quia in specie leonis & aquilæ retineret adhuc sceptri vestigia, in bove solum jugi laborem: in leone & aquila nonnullum honorem, in bove solam vilitatem. Verùm si infelicitas magna est imitari similitudinem ingrati, maxima erit assimilari ingratitude auctori, proindeque eandem participare à diabolo, & cum diabolo similitudinem.

æquè crudelis ac ingratus. Sicut ingratitude agnoscit in dæmone suum exordium, ita in jumento suam similitudinem: *Comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Dixit David de Adamo ingrato. Cur similis homo jumento vilissimo? quia inter omnia animalia solus homo & jumentum prodire ingrati: & nihil bonum, honestumve esse potest ex similitudine ad tale exemplar. Nonne pro exemplari inter omnia animalia reperit natura jumentum in opprobrium hominis nobilissimi? Non ita: sed in futuram cautelam, & animadversionem: voluit enim natura, ut si hominem non puderet ingratitude propter vitium, saltem puderet propter similitudinem. Et quidem ignominia maxima erit Principis referre vilissimum animal conditione, qui naturâ inter homines nobilissimus est.

308. Valde eniti debet Princeps, ut gratitudine ac liberalitate præditus, se gratum exhibeat obsequentibus, & liberalem omnibus. His enim dotibus ornatus mirum in modum colliget omnium gratiam, ut ab omnibus ametur & servietur. Gratitude obstringit, liberalitas ipsam etiam accipientium libertatem devincit: quantum, denique homines sibi lucentur gratitudine, ignorant. In universali diluvio octo personæ incolumitatem obtinuerunt teste S. Petro. *Octo animæ salvæ factæ sunt.* Et post diluvium, suam Deus adstrinxit fidem Noëmo, promittens in posterum nullam fu-

§. TERTIUS.

Princeps ut ametur, gratus & liberalis esse debet.

309. Princeps non erit, sed tyrannus, qui justitiam non coluerit; qualis Saul erga Davidem, & Herodes erga Baptistam; uterque

Ingratitudinis vilitas. Psal. 48.

Dan. 4.

Gratitudo & liberalitas in Principe animos clientum allicit.

1. Pet. 3.

Gen. 8. turam universalem alluvionem, qua homines deleteret. *Nequaquam ultra maledicam terra.* Cur antea Deus tam parcus in salvando, ut solum octo personis incolumitatem præstiterit, post diluvium tam liberalis, ut omnibus promiserit salutem? quibus meritis non antea, sed postea Noëmus tantum comparavit favorem? Ante diluvium Noëmus colebat justitiam: *Noë vir justus,* ait Sacer textus: post diluvium, exhibuit gratitudinem, erecto altari in Dei honorem: *Edificavit autem Noe altare Domino.* Quà justus solis octo meruit incolumitatem, quàm gratus, mortalibus omnibus in posterum.

Beneficia multiplicantur ob gratitudinem.
Joan. 8.
2. Reg. 12.

309. Arripuerunt Pharisæi lapides, ut Christum interficerent, à quibus Dominus querulus interrogavit: *propter quòdnam ex beneficiis ab eo in ipsos collatis, lapidaretur?* *Multa bona opera ostendi vobis, propter quòd eorum me lapidatis?* Davidi ait Deus post multa in eum collata beneficia se collaturum majora: *Et si pauca sunt ista, adjiciam tibi multo majora.* Si pauca videntur Deo quæ Davidi impenderat, cur arbitratur multa Judæis impensa? quia quando homines Deo gratificantur pro bono accepto, ita Deum gratificatione illa devinciunt, ut Deus beneficium collatum reputet quasi debitum solutum, & cum se debitorem cogitet, illi videatur exiguum quidquid nobis impendit. E contra, quando homines instar Judæorum gratificationi defunt, beneficia illis collata non apparent debita, sed indebita, proindeque Deo videntur semper pauca, quæ gratificantibus, & multa, quæcunque confert ingratis. Sit Princeps obsequentibus gratus, si expetit subditorum obsequia: sit liberalis, si omnium appetit amorem.

Libertas Principis insigne.
Ezech. 6.
Psal. 67.
Psal. 149.

Principis manus non ligantur.

310. Principes appellat sacra pagina montes: *Montes Israel audite verbum.* Quia si montes naturam sublimem fovent, foecundant, & locupletant valles depressas, sic principes debent fovere, ac ditare subditos: *Mons Dei, mons pinguis.* Compedes injicere Deum Regibus, & manicas nobilibus, cecinit vates: *Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Cur non commutavit David vincula, ita ut devinceret nobiles compedibus, & Reges manicis? Locutus est David tanquam Rex disertus, probe intelligens non cohærere magnificum Regis titulum cum manibus devinctis: omnis enim Rex habere debet expeditas, ac li-

beras

beras manus, ut suis omnibus possit munera largiri.

Negavit Petrus in domo Caiphæ Christum, cur promiserat liomagium usque ad mortem. Confessus fuit Thomas Christum in cœnaculo, quando magis incredulus. Quis erga Christum sic mutavit Petrum? quis erga Christum sic mutavit Thomam? Mutati sunt discipuli, quia manus Christi mutationem subiere. In domo Caiphæ erant manus Domini vinctæ: *Misit eum ligatum ad Caipham.* In cœnaculo apparuit Dominus manibus non solum solutis, sed etiam perforatis: quæ proinde manus Principem decent. Quando Zaram ex utero incipiens prodire, brachium ligatum sensit, confestim retraxit, ac germano Phares cessit natalitii præcedentiam: cum enim se vinctum agnosceret, noluit prior nasci, sed maluit amittere principatum, quàm principem esse ligatis manibus: quanvis enim sic ligatus principatum obtineret, non veritate, sed solo nomine Princeps esset.

311. Qualitas regia est habere manus perforatas, & obligatio principis tempestivè conferre præmia: qui enim confert præmia, alienum distribuit: & qui alienum retinet, justitiam violat. Non solum præmium absque mora conferendum, sed etiam beneficii expeditio citò præstanda est. Cunctator enim in benefaciendo, videtur coactus benefacere: & parum à negante distat, qui retardat. Celeritas beneficium reddit magnum, cunctatio exiguum: & princeps suam in omnibus exhibere debet magnitudinem. Quando à domo Abrahami secessit Agar, ei apparuit Deus, ut dolore afflictam, & mœrore confectam levaret, & illa beneficii memor Deum statim expressit nomine, quod imposuit puteo, ubi beneficium accepit: *Propterea appellavit puteum illum, puteum viventis & videntis me.* Alia opportunitate cum filio suo Ismaële expulsa, cum videret puerum siti pereuntem, & non reperiret aquam, Deus illi opem tulit: *Aperuitque oculos ejus Deus, quæ videns puteum aquæ abiit, & implevit utrem, deditque puero bibere.* At non legimus imposuisse nomen puteo, nec divulgasse hoc posterius beneficium, sicut prius; cum ex majori periculo tale beneficium majus & æstimabilius patuerit. Disparitatis ratio ex eo petenda est, quia prius beneficium sine mora, sine lacrymis, sine vocibus adepta est, proindeque nullo impendio petendi, & nullo tormento expectandi:

Manus principis ligari non debent.
Matth. 26.
Joan. 20.

Joan. 18.

Gen. 25.

Beneficium citò conferendum.

Celeritas in beneficiis ista magnificat.

Gen. 16.

Gen. 21.

posterius beneficium comparavit magnis cordis angustiis, post longam expectationem, post effusas voces & lacrymas: ideo memor prioris, tacuit posterius; quod enim multum differtur, vix nomen beneficii retinet, & quidem satis charè emitur quod multis precibus comparatur.

Beneficium more minuit. Gen. 21. 312. Sara quando natum sibi filium in ulnas accepit, illi risus nomen imposuit; *Risum fecit mihi Deus.* Quia cum nonagenaria post multos annos continuo desiderio transactos aspiceret natum filium, sibi favor ille visus est ludus: cum beneficium dilatatum, videatur ludibrium, quasi qui retardat, ludat: qui expectat, doleat: cum sperare sit in poenis vivere; & gaudium imaginatum, sit tormentum verum. *Nos autem sperabamus.* Dixerunt discipuli Domino post triduum expectationis, quasi unus dies sperandi videatur æternitas patiendi. Duplici opportunitate per duplex editum miraculum. Christus pavit in solitudine turbas: non in primo, sed in secundo voluerunt acclamare Regem ob tanti beneficii gratitudinem. Discrimen utriusque eventus fuit, quòd non in secundo, sed in primo fuit dilatatum beneficium: *Miserior super turbam, quia jam triduo sustinent me.* Pretium demit beneficio, qui protrahit. Omnis enim ab spe, & desiderio suo retardatus patitur: & quicumque patitur, impensum sibi favorem, solutionem reputat. At conditio ingrata nec ullum recognoscit debitum, nec aliquem tempestivè præmiatur: siquidem ex ingenita propensione accepti beneficii immemor, semper coacta beneficium confert, majorem retinens perversiorem.

CAPUT V.

David ingratus Uriæ ingratis filiis
punitur.

§. PRIMUS.

Ingratitudinis cum crudelitate magna est conjunctio.

313. **M**ortuus est Saul, manente tamen ingratitude viva in principibus Israël; nam etiam electus à Deo David fuit ingratus, quando uno ictu spoliavit vita & honore Uriam, fidelem suum clientem, assiduam in laboribus comitem, strenuum in præliis militem. Vexatus David infestatione per Saulem, se Deo, & hominibus gratum præstitit: at ubi sceptrum arripuit, Deo & Uriæ ingratus extitit. Peculiaris coronæ influxus est ignorare debitum: & ingratitude tam altas in cordibus coronatis agit radices, ut etiam David inventus secundum cor Dei, hac opportunitate similis evaserit Sauli. Misit enim litteras ad Joab sui exercitus Generalem, quibus illi injunxit, ut in prima exercitus fronte, loco magis periculoso constitueret Uriam, ne incolumis posset hostes evadere: *Ponite Uriam ex adverso bello, ubi fortissimum est prælium, & relinquire eum, ut percussus intereat.* Nihil tam vile & abjectum est, quòd non aggrediatur ingratitude: Saulem fecit perjurum, Davidem crudelem, Absalonem rebellem, Salomonem infidelem, Judam proditorem.

314. Indignatus est Deus contra Davidis ingratitude, & statim ei per prophetam Natan minatus est: *Quamobrem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum.* Propter scelus unum perpetuum domui illius minatur supplicium: nam culpa principis utpote agentis personam publicam gravius Deum offendit: nixus enim potestate se exhibet magis ingratum beneficiis acceptis. Unversus deliquit populus colens idola, & tamen Moyse jussit Deus, ut solos principes suspendio afficeret: quia cum essent personæ publicæ, magis Deum offenderunt illa impietate & ingratitude.

C A.

*Ingratitudo Principis puni-
tur.
2. Reg. 12.*

Qui

Prov. 17. *Qui reddit malum pro bonis, non recedet malum de domo ejus.*

Innocentis injuria vindicatur à Deo. 315. *Culpa Davidis fuit ingratitude principis contra innocentem: & Deus illatam cuidam innocenti injuriam magis ægrè fert, quàm propriam offensam. Deliquit Caimus, & Deus illi maledixit: Maledictus eris super terram. Deliquit Adamus, & Deus terræ maledixit: Maledicta terra in opere tuo. Quia cum Caimus foret innocenti Abeli injurias, & Adamus Deo inobediens, gravius animadvertit Deus in Caimum, quàm in Adamum.*

Deo jubente corripuit ignis illos qui Babilonicam fornacem accenderant, & non legimus fuisse punitos, qui statuat impio cultu adorandam fabricaverant. Quia æquè pronus est Deus ad plectendum eos qui innocentiam lædunt, atque tardus ad puniendum offensas sibi immediatè illatas. Timuit Pilatus conspiciens Dominum sibi judicaturu oblatum per Judæos: *Cùm audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit.* Non timet Christus agens reum, & timet Pilatus acturus judicem? Ita: quia æquè valida est innocentia, atque infirma nequitia: qui igitur innocentem lædit, timeat ultorem Deum, qui innocentia propugnator est.

Injustitia multum de- decet Regem. 316. *Coarguit propheta Natan Davidem ingratitude, & quando objurgat, Regis nomen tacet. Quia indignus est regio nomine injustus. Justitia acclamat Regem, injustitia tyrannum. Acclamato jam Regi Israël Davidi dixerunt Hebræi: Ecce nos os tuum, & caro tua sumus. Ut intelligeret David sibi delatum esse principatum, ut subditos tueretur, & eorum sentiret calamitates tanquàm proprias: incumbit enim capiti reliqua membra protegere, & alere. Dixit Christus suis olim discipulis animæ nostræ incumbere, pro vita sustentanda corporis alimoniam: Nolite solliciti esse animæ vestrae, quid manducetis. Et videtur temporalis vitæ alimoniam quærendam corporis potius onus esse, quàm curam animæ. Dominus tamen onus illud ac sollicitudinem dixit incumbere spirituali animæ: cùm enim illa tanquàm domina præsideat corpori, regatque omnia corporis membra, tenetur ex munere illud protegere, & ut proprios sentire illius labores.*

Regis est suos tueri & alere. Luc. 12. 317. *Hoc documentum Christus dedit suis discipulis, & postea proprio effuso sanguine firmavit. Nam prior sanguis è Christi latere effluxit, quàm aqua. Exiit sanguis & aqua. Est aqua humor*

humor subtilior & liquidior quàm sanguis, proindeque debuerat prior emanare; & tamen prior erupit sanguis; cùm enim esset unitus divinitati, voluit Dominus ut exiret feffinior ad complendam hominum redemptionem, & intelligerent Principes, & quicunque loco edito collocati qualiter teneantur sentire aliena mala, eisque tollendis celeriter occurrere. Sanguine nobis Christus, & non aqua conjunctus erat: ideo sanguis prior in nostrum remedium desiluit: quia nemo prior tenetur nobis opem ferre, quàm consanguineus & propinquus. Hanc igitur obligationem Davidi in memoriam revocarunt subditi, dicentes illum esse ex eademmet carne & sanguine: & certè quicunque suo sanguini opem fert, sibi met ipsi opitulatur.

318. *Conservatio vitæ & honoris, simulque protectio fortunarum, bonorumque omnium introduxit imperium; nam privatus unusquisque peculiare dominium quod vendicabat à natura, ut se gubernaret nemini subditus, transtulit in unum hominem, ut gubernaret justè omnes. Idcirco quando regimen tyrannicum est, deficiunt conditiones ad translationem domini, & qui debuerat esse communis pater, manet communis hostis. Impenderunt privati homines Principi dominium ac nomen, ut tractarentur ab eo tanquàm filii; nec ob id manserunt illius servi, quòd dominum appellaverint: expetierunt prudentem administrationem benigni parentis, & non absolutum regimen feveri dominatoris.*

319. *Æternum parentem vocavit Christus simul patrem & dominum: Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ. Quia dominatio sine paternitate aliena est à Deo, qui condens hominem tanquàm Dominus, pro eo (inquit Apostolus) mortuus est, ut adoptaret in filium. Dominus enim qui pater non est, obtinebit reverentiam à subditis, sed non amorem, & reverentia sine amore tuta esse nequit. Postquam Deus innumera contulit Abrahamo beneficia, & promisit dominatum telluris in toto orbe posterioris; cui Abrahamus suppliciter querulus responsum dedit interrogans, quomodò posset esse dominus, & non pater, seu dominari sine filiis? Intellexit enim bonum esse dominum non posse, qui simul pater non foret. Domine Deus quod dabis mihi? Ego vadam absque liberis.*

Imperii
introduc-
tio.

Principis
instaurati-
onis.

Amor sub-
ditorum in
Principe.
Matth. 11.
Ad Gal. 4.

Gen. 15.

Pater & pastor principis.
Psal. 88.
Isai. 56.
Joan. 10.
Matth. 1.
 320. Sacrae litterae principem appellant patrem & pastorem. Obligationem patris & pastoris nos Christus edocuit, quatenus ut pater & pastor nobis opem tulit; nam ut pater vitam, ut pastor alimentum dedit. In sua genealogia non appellatur Christus filius Dei, sed vocatur filius Davidis, & filius Abrahami. Cum enim fuerit Abrahamus multarum nationum parens: *Pater multarum gentium*: Et David pastor, voluit Deus indicare Regibus, eos simul cum obligatione patris & pastoris capere sceptrum, ut suis subditis tanquam filiis & ovibus succurrant.

Principis obligatio ad opitulandum.
Luc. 23.
 321. Oportet notare formam petitionis, quam Dimas Christo obtulit in cruce: *Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum*. Memoriam sui postulat Dimas à Salvatore, ubi venerit in regnum suum, & non antea. Quid? Nonne Dimas praesenti acerbissimo urgebatur tormento, cui levando praesens ac celerrimum auxilium à praesenti servatore poterat implorare? Cur petit memoriam remedii differendi in posterum? quia ante adeptionem regni gerebat se Christus tanquam privatam personam: post adeptionem, tractari debuerat tanquam Rex, & Dominus universalis omnium; diserte igitur ad hoc tempus postulat Dimas memoriam sui remedii differri: quia tunc Christus jam scepro & corona ornatus se obligatum agnosceret ad opportunum remedium ferendum.

§. SECUNDUS.

Ipsa ingratitude punit Deus ingratum.

Supplicia ingratorum.
2. Reg. 12.
2. Reg. 13.
 322. Exordium sumpsere Davidis supplicia à morte filii ex adulterio nati: *Accidit autem die septima, ut moreretur infans*. Fuit primum supplicium filius adulterinus extinctus, quia ex culpis abolitae vult Deus solam manere resipiscenciam, & non scandalum. Secundum supplicium fuit violentia, quam Amnon intulit Thamar: *Oppressit eam*. Offenderat David Uriam in honore tanquam ingratus, ideo à filio suo ingrato in honore offensus fuit. In adulterio ignoravit David obligationem Regis, sic & Amnon in stupro obligationem filii. Contra protectionem Principis David spoliavit.

Consan- guinei in supplicium ingratorum, ut majus sit.
Gen. 3.
 vit vitam Uriam, ex quo habuit filium operantem contra protectionem fratris. Violavit David leges Principis, & ejus filii fregerunt leges naturae; Amnon violentiam, quam intulit Thamar, & Absalon prodicione, qua interfecit Amnonem: nam ingrata crudelitas ingratitude punit; & quae crudelior, majus reputatur supplicium; idque maximum est per proprias illatum manus; tunc enim sentitur tormentum, unde sperabatur levamen. Voluit igitur Deus instrumentum supplicii ab ipsius Davidis sanguine descendere. Queritur Adamus Evam, *Mulier quam dedisti mihi*. Et non queritur serpentem, quando increpatur ob culpam: quia ab Eva tanquam à carne suae carnis sperabat amorem, sicut à serpente odium: & nobis injuria eò est acerbior, quò illam inferens nobis propinquior, & obligatior.

Injuriae quas nostri nobis inferunt, valde ledunt.
2. Reg. 13.
 323. Magnum doloris sensum exhibuit Absalon ob injuriam sorori suae Thamar illatam: nam injuriae quae minus timentur, majorem dolorem infligunt: & quidem crudelior injuria est illata à consanguineo, cum eam inferat, qui tenebatur depellere. Voluit Absalon vindictam exequi, & ejus conatibus non obstitit infamis proditio: nihil enim est quod vindicem sanguinarium à sumenda vindicta retardet. Invitavit Amnonem, & reliquos fratres, ut simul peragerent convivium, & primum illatum ferculum Amnoni fuit mors insidiosa: *Percutite eum, & interficite*. Plures ex incautis interficiuntur, quam ex aggressoribus: qui offendit, cautè incedat: nullus ad retundendam vindictam fortior umbo, quam cautela. Proditione executioni mandata, fugit Absalon in domum Regis Gessur avi sui materni: & fuit hoc fratricidium supplicium Davidis tertium, quod dolore primum appellari potuit, ex causa, & nocumento. Nam in hoc eventu aspexit David filiam Thamar ex violatione dehonestatam, ac duos filios perditos, alterum ex ingratitude, alterum ex prodicione: & certè exploratum habemus, quòd ingratitude omnes reddiderit crudeles, Davidem in occisione Uriae, Amnonem in dehonestatione Thamar, & Absalonem in insidioso fratricidio.

Supplicium contra delinquentem Principem multiplicatur.
Joan. 8.
 324. Pepercit Christus adulterae, quin ipsa fateretur adulterium, vel ploraret culpam: *Vide, & amplius noli peccare*. Et contra Davidem multiplicantur supplicia, quando ob adulterium jugiter

solvitur in perenes lacrymarum rivulos? quid tantum aggravavit culpam Davidis, ut in delinquentem tot ingruerent supplicia? Ingratitudo, qua Deum offendit, post acceptam ab illo coronam, item scandalum datum populo, cui in remedium electus fuerat à Deo: Denique offensa Uriæ, cui protegendo ob sceptrum erat obstrictus. Contra adulteram, utpote privatam personam erat lex, quæ præscribebat supplicium, executioni quidem mandandum, nisi Phariseorum malitia id postulantium pro excusatione foret.

Punitio Regis spectat ad solum Deum. Dan. 5.

325. Si Principes delinquentes divina justitia non puniat, manebunt eorum scelera in hoc mundo impunita: ideo solus Deus eos punit. Jusit Deus succidi arborem illam, qua exprimebatur Nabucodonozor: *Succidite arborem, & pracidite ramos ejus.* Et nemo fuit qui interpellaret pro supplicii suspensione. Jusit paterfamilias succidi ficum infructuosam, & pro illa intercessit colonus: *Domine dimitte illam & hoc anno.* Quid? datur intercessor pro ficu, ne succidatur, & nullus pro arbore regiam sublimitatem exprimente? Ita: quia ficulnea illa erat arbor privata, hæc erat publica, seu regia: si privatus & subditus evadit supplicium, non sic Princeps, cum hic sui exempli perversitate plus lædat.

Lu. 13.

Peccata Principum non evadunt supplicium. Culpa ex debilitate minor.

326. Culpa Davidis fuit crudelitas, culpa mulieris adulteræ fuit debilitas: adultera tanquam persona privata offendit paucos: David tanquam persona publica offendit omnes: atque adeò rigor Dei erga Davidem, fuit clementia, & clementia Christi erga adulteram, fuit justitia: nam in priori eventu punivit Deus Principis ingratitude: & omne supplicium quo afficitur ingratus, exiguum est; in posteriori casu pepercit Christus debilitati peccatrici, & omnis venia erga debilem, ac miseram personam, justa est.

Violentia stuprantis Ammonis excusatur, quia ex ingratitude.

327. Quæro modò, quisnam è duobus filiis graviorem, patrauit culpam? Amnon violentiâ, & despectu, quibus tractavit Thamar, an Absalon prodicione, qua interfecit fratrem? Volunt aliqui excusare Ammonis violentiam ex amore, & despectum, ex displicentia sceleris. At violentia illa fuit mera audacis crassities, & despectus mera crassi hominis ingratitude. Nam rectè poterat Amnon diligere absque violentia, & abominari culpam quin ob-

visce-

visceretur debitum: siquidem quòd illud magis agnosceret, eò plus obstrictus ac resipiscens maneret.

328. Satis ploravit & abominatus est David suam culpam, & tamen magni fecit Bersabeam; quia resipiscencia non impedit gratitudinem, imò gratitudo consequitur resipiscenciam. Magdalena postquam semel ex pœnitentia ad pedes Christi provolata ubertim flevit, ex gratitudine Dominum, ejusque discipulos semper alvit. Violatione audacter se gessit Amnon erga Thamar: *Prævalens viribus oppressit eam.* Correspondit ingratus: quia sicut reverentia est amantis, ita audacia ingrati correspondentis. Quærit Magdalena Dominum tanquam amans, ut fletu deleat suas culpas, & provolvitur ad pedes Christi: *Stans retrò secus pedes ejus.* Quærit Judas magistrum suum in horto, ut prodatur tanquam ingratus suis hostibus, & extollit se ad Christi faciem: *Et osculatus est eum.* Nam Magdalena ex amore quæsierat, ideo erga Dominum reverenter se habuit, Judas ex ingratitude quæsierat, ideo se gessit audacter.

Resipiscencia cum gratitudine datur.

Præ-2. Reg. 13.

Amor reveretur.

Luc. 7.

Matth. 26.

329. Cœpit Ammonis amor excessibus, & clausus est contemptibus: nam homines sicut ad procurandum sunt efficaces, ita ad gratificandum immemores. In morbum incidit ex amore Thamar: *Ita ut propter amorem ejus ægrotaret.* Vivere non poterat Amnon absque illius conspectu, quasi in sororis Thamar oculis ac manibus vitam propriam sitam haberet: *Veniat, oro, Thamar soror mea, & cibum capiam de manu ejus.* At ubi primùm se illius beneficiis vidit obstrictum, nec videre, nec audire sororem potuit; jusit ut eiceretur extra cubiculum, & clauderetur ostium, ne rediret: imò factus debitor etiam illius nomen oblitus est: *Ejice hanc à me foras, & claude ostium post eam.* Hæc est humana conditio: appetit, non amat; adeptus, & odit; appetendi excessus est in spe, ingratitude in possessione; repulsa homines reddit excessive appetentes, favor ingratos.

Amor aboletur per ingratitude.

2. Reg. 13.

330. Amore ægrotavit Amnon appetens & procurans Thamar, & postquam voti compos illius obsequio se vidit obstrictum, ita exarsit odio, ut dicat sacer textus majus fuisse odium amore. Humano in corde majorem vim habet odium quàm amor; est enim humanum cor naturâ crudele. In horto discipulorum amor dor-

Odius est amore efficaci.

mitavit, & Christum deseruit, odium tamen Judæorum excubias egit, ut illum in vincula conjiceret. In resurrectione amor discipulorum tridua spe fatigatus est, & circa Dominum suscitatum dubitavit; odium verò Judæorum vigilavit ut detraheret, & insectaretur. Est odium & amor in homine duplex passio efficax; sed odium amore efficacius. Nam odium habet pro fine maleficium, amor beneficium, & natura humana ex innata propensione appetit malefacere. Allatum fuit nuntium Davidi Saulem & Jonatham in bello cecidisse: *Saul & Jonathas filius ejus interierunt.* Si David erat vehementer torquendus cognita morte Jonathæ, quem ut animam suam diligebat, cur illi tale nuntium affertur? Cum morte Jonathæ simul nunciata est Davidi Saulis mors, & intellexerunt cursores, in pectore Davidis prævalere odium contra Saulem, amor erga Jonatham; nam in hominibus ex innata propensione ad malum, potentius amore odium est.

*Crudelitas
Absalonis.*

331. Extitit Absalon sævus erga Davidem, erga Amnonem, & Thamar; siquidem offendit parentem nece filii, quem unicè diligebat; insidiosè vitâ spoliavit fratrem, & non consuluit honori Thamar affectæ injuriâ, cui poterat satisfieri sine vindicta; quando enim malum medicabile est, supplicium sine medicaminè evadit crudele. Vulnera eò meliùs censentur curata, quorum minor, vel nulla cicatrix relicta est; prior nobis sollicitudo habenda de honore, quàm de vindicta; qui enim manifestat injuriam se vindicando, potiùs subit infamiam, quàm sumit vindictam. Duplíciter fuit proditor Absalon, nempe occidendo insidiosè, & invidiam vertendo in vindictam; sed cum proditio agnoscat patrem furorem, & matrem ignaviam, illi pater sævitiam, mater confert calliditatem.

*Ambitio &
ingrati-
tudo. Vi-
olunt omnes
leges.*

332. Non ferebat Absalon quòd Amnon parenti Davidi acceptissimus, sceptri foret successor: idcirco prætextu violationis Thamar exaturavit lividum odium. Fuit Absalon crudelis & insidiosus, nam ambitio violat omnes leges: verùm Amnonis culpa fuit atrocior: siquidem obstrictus injuriam intulit, proindeque Amnon ex ingratitude, Absalon ex invidia, & magis offendit ingratus, quàm invidus: nam invidus offendit ex dolore alieni boni, ingratus armatur bono proprio adversus eum, à quo illud accepit, existans

existans simul debitor ac offensor.

333. Tales prodire duo prædicti filii Davidis electi Regis fecundum cor Dei, quando ob sanguinem, exemplum, & nutritionem debuerant optimi evadere; sed deest quandoque obligationis correspondentia debito sanguinis, vel ex defectu naturæ non valentis assequi finem, vel quia animæ nobilitate & generositate sunt impares, non quidem essentia, sed modo operandi: nam operantur juxta dispositionem corporis in quòd influunt.

*Filii dege-
neres ali-
quando.*

334. Multis hæreditaria fuere parentum trophæa, sed non virtutes; quia nec virtutes, nec vera nobilitas est hæreditas, sed quæ acquiritur; non enim sanguis, sed virtus est, quæ nobilitatem animat: Injunxit Nabucodonozor Asphener præposito Eunuchorum, ut quærerat pueros Hebræos de sanguine regio, ut in aula educati sibi obsequerentur: *Ait Rex Asphener præposito Eunuchorum ut introduceret de filiis Israël, & de semine regio, & tyrannorum pueros.* Deinde cum facer textus narret executionem præcepti Regis: *Fuerunt (inquit) inter eos de filiis Juda Daniel, Ananias, Misael, & Asarias.* Nullam facit mentionem, quòd essent de sanguine regio, ut Rex præceperat. Quia satis videbatur expressisse eorum regiam nobilitatem, expressa probitate: *Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa Regis.* Sicut corpus deficiente anima non manet homo, ita nobilitas cadaver difforme manet, deficiente virtute.

*Nobilitas
sine virtute
nulla est.*

Dam. i.

335. In Abrahamo, & non in ejus parente cœpit Hebræa familia; quia hæc in viro probò incipit, in vitioso desinit: & quidem vertitur in maximum opprobrium Israëlitarum descendere ab Abrahamo: eo quòd suis sceleribus tantum degeneraverint à parente eximie virtutis. Scelera enim majorem pariunt illustribus ignominiam. Inter creatas naturas Angelica nobilissima id maximum in dæmonibus sustinet opprobrium, quòd à tanta nobilitate in tantam ignominiam deciderit. Nobilitas ipsa fœdat degeneres, eandemmet deformantes. A paterna nobilitate degeneraverunt filii Davidis, quia à primo parente Adamo hauserunt ingratitude tanquam hæreditariam: Ubi viget ingratitude, abest nobilitas, adest sævum cor, & sanguis vilis; nam si ægritudo corrumpit sanguinem, morbus inter omnes pessimus ingratitude est; & adeo

*Peccata
nobilium
sunt illo-
rum oppro-
bria.*

adeo perversa ut inviolabile cum crudelitate foedus inierit, etiam ad puniendum ipsummet ingratum: quia ingratus ingratitude punitur propria.

CAPUT VI.

In ingratitude insolenti reperit supplicium ingratus.

§. PRIMUS.

Clementia Davidis cum Absalone ingrato.

Absalonis scelera. 336. **P**udet calamum scribere insolentias Absalonis: fuit enim tam ingratus propriae naturae, ut parentem Davidem, à quo vitam hauserat, vità spoliare voluerit. Elapsis aliquot annis post fratricidium, quod patraverat Absalon, sibi habuit persuasum Joab, ex indiciis quae deprehenderat in Davide, non fore Regi ipsi injucundam aliquam opportunitatem, quae offerretur, ut parceret suo filio; nullum enim crimen est quod tempus non sepeliat, & clementia non remittat.

Vita temporalis est prolixior mors. 337. Usus fuit Joab maturo judicio foeminae Thecuites ad loquendum Davidi, quae satis diserta, ut dissuaderet Regi mortem Absalonis, sic orsa est: *Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram.* Optima ratio; quasi diceret; si optas, ô Rex, Absalonem mortuum, ut ab eo vindictam sumas, permitte eum vivere: nam in hac temporali vita cernitur mors, quae eò acerbior, quò prolixior. De Lazari amici morte dixit Christus se gaudere: *Lazarus mortuus est, & gaudeo.* Quando verò Lazarum à morte excitavit: *Lacrymatus est Jesus.* Lazari morte desierant illius labores, & ideo lætabatur Christus; revocatione ad temporalem vitam, coeperunt iterum molestiae, & ideo emisit lacrymas. Suscitavit Lazarum non ad vivendum, sed ad moriendum; quia in vita est instrumentum mortis: *Loquar ad Dominum meum* (dicebat Abrahamus) *cum sim pulvis, & cinis.* Difficile satis ad credendum est quod profert Abrahamus; si diceret se è terra & pulvere formatum,

matum, rectè haberet: at dicere se jam factum cinerem, est se appellare mortuum, imò cadaver jam destructum, seu in cineres redactum; cum Abrahamus adhuc viveret. At disertè & subtiliter locutus fuit; reputabat se mortuum, quia se considerabat vivum; in ipsa vita habebat alligatam mortem; mors enim non est morbi, sed vitæ effectus.

338. Milit Benadab Rex Syriae servum, qui interrogaret ab Elisæo, an à gravi morbo, quo afflictabatur, evasurus esset sanus? Respondit Propheta sanandum esse Benadab; quia sibi ostenderat Deus Regem ipsum moriturum. *Vade, dic ei, Sanaberis: porrò ostendit mihi dominus, quia morte morieris.* Quid? vitam illi & sanitatem securam pollicetur, quando Dei revelatione mortem acceperat? Ita: quia mortis abitus, seu recessus est manifestius signum illius adventus: & subita ægrotanti Regi adveniens sanitas satis ostendit appropinquantem mortem. Vita rapidum ac lethale venenum est contra ipsam vitam: non mortem oppetit quis quia ægrotat, sed quia vivit, nam vita ipsa lethalis morbus est.

339. Compulsus & subactus David rationibus Thecuites (nam loquens disertè suadet) dixit Joab se pepercisse filio suo Absaloni: *Vade ergo, & revoca puerum Absalon.* Non soli Moyfi admodum prudenti mandavit Deus legationem in Ægyptum: illi socium adjunxit Aaronem uberi præditum eloquentia. Rationes expediunt ac reddunt facilia negotia; qui verò hæsitanter ac infacundè illas proponit, reddit difficilia.

340. Verùm animadvertendum est, qualis detur etiam in principibus subjectio: nam etiam Regis filius debuit in aula habere advocatum, ut à Rege obtineret veniam. Proh misera conditio mortalium! Etiam qui se reputant supremos, dependent, ut tanquam subditi se submittant. In aula per solos patronos comparantur meritorum præmia, ita ut semper desideretur justitia, quando abest patrociniū.

Fregit Jonathas præceptum Saulis jubentis sub poena capitali, ne quis ederet, & poenam non subiit. Deliquit Acháo furatus regulam auream de templo, & capitali supplicio affectus est. Quænam utriusque eventus disparitas. Pro Jonatha incersitit populus; *Dixitque populus ad Saul: ergo ne Jonathas morietur?* Acháo

Morbus lethalis vitæ ipsa.

4 Reg. 8.

Eloquentia suadet.

2 Reg. 14. Exod. 4.

Advocati in aula quanti sunt.

Patrociniū in aula efficac.

1 Reg. 15. Jos. 7.

cháo nullum advocatum, vel patronum habuit. In domo Pontificis Petro exprobratum est, quod Domini esset discipulus: *Nunquid & tu ex illis es?* Cur non id exprobratum Joanni cujus favore Petrus domum ingressus fuerat? *Erat notus Pontifici.* Ideo cum eo tanquam domestico familiari dissimulatum est.

*Advocato
carens mi-
ser.
Dan. 4.*

341. Miserrimus ille debitor qui caret advocato, solvit omnia; Fatale exitium passa est Nabucodonozoris arbor illa, quæ trunco suo occupabat omnem terram, & suis ramis usque ad cælum pertingebat. Neque avulsa, neque excisa est ficus illa, quam paterfamilias damnaverit ut sterilem. Non est vulgaris difficultas, quam alibi jam tetigimus, & hic nova luce perfundemus. Habuit ficus advocatum: *Domine dimitte illam, & hoc anno.* Nemo pro arbore Nabucodonozoris intercessit.

Luc. 13:

*Favor est
let apud
Principes
etiam cæ-
lestes.
Cant. 5.
Cant. 8.*

342. Etiam apud cœlestes Principes multum valet favor & patrocinium. Quando Sancta anima fuit inventa sola à civitatis custodibus, qui erant Angeli, cœlestes Principes, per eosdem fuit percussa, & pallio spoliata. Eidem postea suo jam sponso associatæ obsequentes applauserunt. Si Christus servator non ferret opem paralitico, eumque extraheret de piscina, adhuc sine remedio ibi miser jaceret, quia carebat favore hominis, per quem salutem compararet: *Hominem non habeo.*

*Venia ex
clementia.
2. Reg. 14.*

343. Condonata culpa regreditur Absalon Hierosolymam, in- juncto tamen decreto, ne appareret coram Rege: *Revertatur in domum suam, & faciem Regis non videat.* Remissa ei est culpa, denegato favore: nam venia ex clementia proficiscitur, favor ex merito.

Ægrè ferens Absalon quòd prohibitio ultra biennium duraret, jussit acciri Joab, ut pro eo coram Davide advocatus foret: cum verò Joab in parendo cunctaretur, Absalon non distulit vindictam, sed jussit confestim incendi campum cum omnibus fructibus, quos habebat Joab prope Hierosolymam. Nam ingratitude insolens nemini parcat: imò jactat se impudenter se offendisse illum, cui plus debet. Questus fuit Joab tantam sibi illatam injuriam, & pro compensatione Absalon vindictam arroganter fassus est. Quasi se non reputaret Principem, nisi vindicem ageret. Etiam Davidi in mortis conflictu non excidit è memoria vindicta sumenda de Semei, quam proinde commendavit filio suo Salomoni ut clausulam testamentariam: *Noli pati eum esse innoxium.*

*Vindicta
Principis.
2. Reg. 14.*

344 Prin-

344. Principes etiam potentissimi non effugiunt notam, si se gerant vindices: nam ex hoc nomine maximam contrahunt ignominiam: potestas enim quæ expenditur in benefaciendo, suprema est: quæ in nocendo, venenifera: illa reperta est ad conservandum, hæc ad destruendum. In horto abscidit Petrus Malcho auriculam, & increpationem à Christo audivit: *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Quis dignior lethali ensis ictu, quam lux adeò tenebricosa, ut lucem mundi, unigenitum Dei filium tanquam miraculorum patratores quæreret ad vincula? Promiserat Christus Petro cœli claves unà cum Ecclesiæ suæ principatu: *Tibi dabo claves regni cœlorum.* Et ideo non tulit quòd manus potentes ad salvandum, forent potentes ad ferendum.

*Vindicta
est principi
ignominio-
sa.*

Matth. 26:

*Potestas
non in vin-
dicta.
Matth. 10.*

345. Sanavit statim Christus Malchum, ut manifestaret se Deum, quando Malchus manifestavit se hominem. Ostendit Christus se Deum benefaciens suo malefactori: ostendit Malchus se hominem malefaciens suo benefactori. Divinitas Christi patrantis miracula in horto, ignorata est, cum foret cognita in Calvario: *Verè filius Dei erat iste.* Quænam ratio discriminis? In horto exhibuit suam potentiam dejiciendo in terram milites suorum vinculorum ministros. In Calvario effudit sanguinem pro ipsis tortoribus fauciantibus. *Vidimus Dominum.* Dixerunt Thomæ discipuli. Et Thomas postea Christum appellavit Dominum & Deum: *Dominus meus, & Deus meus.* Si discipuli solum vocant Dominum, cur Thomas appellat Dominum ac Deum? Viderant discipuli Christum inter gloriæ splendores fulgentem, ideo venerantur tanquam hominem: vidit Thomas Christum fauciatum pro hominibus, à quibus vulnera acceperat, ideo agnoscit Deum.

*Beneficen-
tia Deum
declarat.*

Matth. 27.

Joan. 18.

Joan. 20.

346. Fatetur Absalon vindictam, & statim petit à Joab favorem coram Rege, ut admittatur ad ejus præsentiam: quasi tunc Rex non obliviscatur culpam, recordetur inferendæ mortis: *Obsecro ergo ut videam faciem Regis: quod si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.* Petitio erga Davidem, fuit justa, sed fiducia erga Joab, immodica: cum enim culpa Absalonis foret insidiosa proditio, melius tali Principi erat mori, quam cum nomine proditoris vivere: extincto enim honore vita torquetur.

*Mors ante
ponitur de-
decori.
2. Reg. 14.*

347. Fuit immodica fiducia: nam voluit ut Joab post offensio-

Ingratus est impudens ad petendum. nem intercessor existeret: sed qui ingratus est ad gratificandum, pudore caret ad petendum. Joab immemor injuriæ Davidi ostendit, quod minus contineat mali poena rigida, quam venia probrosa: siquidem poena illa finitur vitâ & venia illa vivit infamiâ: ac vita cum infamia mors est cum vita: Et ea felicitate eventus intercessit pro Absalone, ut plus obtinuerit quam volebat: *Osculatusque Rex Absalon.* Et hoc documento docuit Absalonem David, quod Princeps optimus etiam ingratis, se debeat exhibere beneficium: nam pro ingratis Deus homo factus est. Item quod oblitus esse debet Princeps injuriarum, ut benefaciat: nam reponere bonum pro accepto malo Principis est, qui clementia exprimit clementiam Dei.

Benefacere malefactoribus est solius Dei. 1. Cor. 4. 348. *Maledicimur & benedicimus* (dicebat Apostolus de se, & condiscipulis) *persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus.* Notatu dignum est quod dicat Paulus se suosque condiscipulos blasphemari. Nam blasphemia scelus est, quod verifatur circa Deum, prout blasphemus vel detrahit Deo, quod ille habet, vel ponit quod non habet: sive id ore proferat, sive corde & mente concipiat. Quomodo igitur in homines cadebat blasphemia, quæ in solum Deum cadere potest? Dixerat Paulus se & alios Apostolos reponere pro malo bonum: *Maledicimur, & benedicimus:* quæ actio sublimis adeo est, ut videatur solius Dei peculiaris: idcirco per illam quasi de humanis in divinos cooptati maledicis obversabantur non tam ad detractionem, quam ad blasphemiam.

§. SECUNDUS.

Ingratitudo Absalonis erga parentem suum Davidem.

Ingratitudo Absalonis. 349. Restitutus jam Absalon in pristinam Davidis parentis sui gratiam, apud se statuit parentem sceptro & vitâ spoliare: quia ut ingratus favorem odio compensavit, & ut ambitiosus proditionem tot nominibus execrandam aspernatus non est. Cœpit detrahere de parentis sui regimine, queri duram populi subjectionem, quasi compulsus Zelo boni publici: ea tamen calliditate, ut colligeret Israëlitarum gratiam, plaufumque aucuparetur. *Quis me*

me constituit judicem super terram (ajebat proditor) *Ut ad me veniant omnes, qui habent negotium, & justè judicem?* His thecnis & astutiis solent turbare respublicas, qui earum ditionem affectant, ut in easdem postea exercent tyrannidem: cum verò populus natura sua sit mobilis, seditiosus, & amans novitatum, facilè sibi persuadet regiminis mutationem: numquam enim sibi complacet de fortuna præsentis; alii enim ex mutatione sperant rerum suarum augmentum, alii in opportunitate de suis hostibus fumere vindictam, & penè omnes in aqua turbida aliquid expiscari.

350. Delegit Absalon Achitophalem in rebellionis consiliarium, & prætextu sacrificandi in Hebron secessit à parente suo Davide: nam Israëlita semper appetierunt virtutibus sua vitia tegere. Erat Achitophel callidus & astutus valde, ardebatque latenti odio in Davidem ob offensionem Uriæ confanguinei sui; cum verò tale odium diu lateret in pectore, erupit in vindictam admoto igne ambitionis Absalonis, quin proficerent honores, & magistratus, quos à Davide acceperat, ut offensam oblivisceretur. Nam scribebat in cera beneficia, in lapide injurias, & in ære vindictam; nec ingratus magis formidandus, quam cum magis obstrictus. Postquam in spelunca Engadi David Sauli vitam indulfit, statim abscessit, nec se credidit tutum, nisi in montis cacumine: *David, & viri ejus ascenderunt ad tutiora loca.* Nam eo ipso quod contulit beneficium, formidavit ingratitude; erat Saul magis obstrictus: magis igitur vitâ periclitabatur David.

351. Verum si consilarii rectè vocantur Principis oculi, & hi non intuentur res ut sunt, nisi clari, puri, ac perspicui, cur delegit Absalon consiliarium Achitophalem, passione obcæcatum contra Davidem? Consilium exigit judicium maturum, in omnem bonitatem & rectitudinem propensum; erat verò judicium Achitophelis malignum, & odio turbatum. Delegit tamen Absalon Achitophalem, quia Principes optant conformes suis passionibus consilarios; volebat Absalon privare sceptro parentem, & Achitophel de Davide vindictam fumere; conformis igitur fuit consiliarius ambitioni Absalonis, ut intentam proditionem moliretur: uterque enim erat ingratus, & uterque insolens.

352. Herodes elegit Scribas & Pontifices Hierosolymis ut in-

Consiliarii
pessimi ad
latus Regis
pravi.
Matth. 2.
Exod. 7.
3. Reg. 22.

terficeret Christum. Pharao Magos Ægypti ut inobediens à Deo rebellaret. Achab falsos prophetas, ut suam nequitiam mandaret executioni. Sunt consiliarii suorum Principum vivæ imagines: Princeps tyrannus eligit consiliarios crudeles, justus pios ac temperatos. Herodes jussit truncari Baptistam, tanquàm utilium suorum: cum enim foret Rex pravus, non poterat ipsi arridere consiliarius sanctus, proindeque non qui suaderet utilia, sed placita.

Populus ad
malum
pronus.
2. Reg. 18.

353. Devènit Absalon ad locum Hebron, & confestim se illi conjunxit populus. Ut scepro privaret Davidem, pium, strenuum, & virum secundum cor Dei, illudque traderet Principi, de quo ad aptè regendum nullum aliud erat experimentum, nisi fratrem suum occidisse prodicione, & contra parentem rebellasse ex ambitione. Est populus monstrosum animal, sibi impar, varium, inconstans, ac semper pronum ad omne pessimum. Barabbam in prætorio à morte eripuit, Christum in Calvario morte crudeli affecit. Hac gente fretus & stipatus rebeliavit Absalon contra Davidem, ut coronâ & vitâ spoliaret. Nam ambitio est quædam vitiorum sentina, officinave prodicionum: nullum scelus est, neque tam deforme, neque tam atrox, quod ab illa non erumpat: in omnia impudenter se projicit, etiam ad inferendam prodicione necem illi, à quo liberaliter vitam hauserat.

Ambitio-
nis mala.

Proditio ex
ambitione.

Luc. 22.

354. Audierant discipuli à Christo esse in mensa illam proditoris manum, per quam erat suis hostibustradendus: *Ecce manus tradentis mecum est in mensa.* Cum verò inter se cæpissent quærere, quisnam esset proditor ille ingratus, statim suborta est contentio, *quis eorum videretur esse major?* Rogo, quomodò cohæreat dicere Christum se ab uno ex discipulis vendendum ac prodendum, & omnes disputare, quisnam ex illis ambiat principatum? Fuit (ut arbitror) discursus Apostolorum hujusmodi: Excæcat adeo dominandi ambitio, ut pro obtinendo dominatu ambitiosus non vereatur Deum ipsum vendere, & cruci affigere; quare non abs re fuit excitata contentio de procurante majoritatem in collegio Apostolico, ut ex tali deprehensa procuratione inferrent architectum prodicionis.

Fraudes ig-
novate ab
innocenti-
bus.
2. Reg.

355. Inopino, atque imparato Davidi allatum fuit nuncium de Absalonis defectione; cum enim timor fere semper cum malitia sit con-

fit conjunctus, viri generosi faciliùs decipiuntur. Nam fraudes, & astutiæ, quarum sunt immunes, non intelligunt quando ab aliis fabricantur, sed quando ipsi patiuntur. Dolo affectus David æquè ob infamiam filii, atque ob propriam offensam, egressus est ab Hierosolymis in montem olivarum, ut ibi opem quæreret, ubi Christus opem ingratus erat allaturis. In itinere audivit Rex imprecationes, quas Semei in ipsum jecit: *Egredere, egredere vir sanguinum.* Nam in summa calamitate videntur mala omnia conjurare, & necti; ideo symbolum laborum catena est, in qua sicut feriatim nectuntur ansæ, ita misero cuique labor alius atque alius superveniens catenæ instar efficitur.

356. Triticum illud quod Evangelicus agricola feminavit juxta viam, non solum ab hominibus conculcatum, sed etiam ab avibus devoratum est: *Aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud.* Quid? non satis erat conculcari, sed debuit ulterius devorari? Ita: quia contra bonum omnes arman- tur; instar pluvie congreginæ ingruunt labores in eum, ac veluti paroxysmi per repetitum febris accessum, multiplex successivum infortunium in illius torturam connectitur. Quando Rebecca architectata est modum, quo Jacob aucuparetur benedictionem, eum induit optimis vestibus Esau: *Vestibus Esau valde bonis, quas apud se domi habebat, induit eum.* Si Isaac spoliavit majoratu Esau, quomodò Rebecca v. vestibus etiam spoliat? Fuit mysterium, quòd ubi fortuna cœpit misero adversari, ita crudeliter privat omnibus, ut nec relinquat pallium, quo infelix operiatur: labor unusest gradus alterius, & omnes veluti ut blandiantur fortunæ, certatim augent infortunia.

Infortunia
solent ac-
cumulari.
Luc 8.

Gen. 27.

357. Voluit Abisai pœnas fumere de Semei audaciter insultante, & non permisit David, intelligens maledicum illum esse Dei instrumentum, cui punienti foret nefas reluctari. *Dimitte eum ut maledicat: Dominus enim præcepit ei, ut malediceret David: & quis est qui audeat dicere: quare sic fecerit?* Obligatio simul & prudentia est æquo animo labores ferre: nam quæcunque mala ex voluntate Dei nobis accidunt: esset verò ingrata rebellio velle de manu illius accipere bona, & malis ab eadem manu provenientius reluctari: qui mala sustinere didicit, bona mereri novit. Optimus Princeps, qualis Da-

Patientia
in labori-
bus pru-
dentia est.
2. Reg. 17.

lis David, sustinet, ac dissimulat, & parcit tyrannus, ut Saul, nec sustinet, nec dissimulat, nec parcit.

Pœnitentia delet crimina.

358. At si Simei intendit onerare conviciis Davidem, cur non vocat adulterum, homicidam, cum appellet Regem intrusum? *Invasisti regnum.* Quia David adulter & homicida versus est in Davidem pœnitentem: David culpatus novit esse David resipiscens. Adulterium & homicidium crimina erant jam plorata, & crimina esse desinunt, quæ plorantur. *Lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.* Regius Davidis lectus non tam erat ornatus margaritis, quàm lacrymis, quæ ibi margaritarum instar renidebant. Hæ delictorum maculas ita diluerant, ut David videretur non deliquisse. *Omnis (inquit Joannes) qui natus est ex Deo, peccatum non habet.* Non videtur cohærere hoc axioma cum alio ejusdem Apostoli sic asserentis: *Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Si omnes ex Deo nati sumus per Baptismum, & omnes ex Deo nati peccatum non habent, quomodo mentiemur, si asseramus nos peccatum non habere? Uterque locus facilè conciliabitur aptatus proposito assumpto, scilicet peccare omnes homines, at qui peccaverunt, si nascantur ex Deo per veram pœnitentiam instar Davidis, eorum peccata ita manebunt deleta, ac si nunquam peccaverint.

Psal. 6.

1. Joan. 1.

S. TERTIUS.

Ingratitudo reddidit Absalonem magis brutum, quàm ipsas belluas.

Ingratitudinis scelera.

Minus nocet hostis magnus, quam consilium pessimum.

2. Reg. 16.

359. Hierosolymam ingressus est Absalon suo exercitu, & cum reperiret in palatio decem concubinas patris sui, illis abusus est, consilio Achitophelis, id suadentis ex eo quòd offensa illa Davidis firmaret erga se animos Israëlitarum: *Ingrederi ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendum domum, ut cum audierit omnis Israël, quod fœdaveris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum.* Fuit consilium astutum, & diabolicum: astutum, quia voluit quòd Absalon violaret honorem patris sui, ut inter se odio perpetuo arderent: diabolicum, quia suasit Principi, ut frangeret legem Dei & naturæ, ut suasor ipse de Davide vindictam sumeret. Pejus fuit Achito-

Achitophelis consilium, quàm Absalonis potestas: nam pejus est & nocentius consilium pravum, quàm potens hostis.

360. Avarus ille in Euangelio se ipsum consuluit, & illicò apud se statuit horrea sua destruere: *Quid faciam, quia non habeo quòd congregem fructus meos? & dixit: Hoc faciam. Destruam horrea mea.* Quodnam illi gravius damnum inferre poterant sui hostes intestini, quàm solo æquare domos, in quas reciperet fructus? Hoc igitur sibi ipsi parat inferre avarus? Ita: quia se ipsum obcæcatum passione consuluit. Quando consiliarius passione ducitur ad suadendum, semper deliberatio est damnosior, quàm odium hostis infestissimi: tunc enim cæcum consilium obtenebrat rationem, qua sola hostis superatur.

Passionis consilium nocivum. Luc. 12.

361. Conformavit se Absalon consilio Achitophelis, quia tale consilium Absaloni conforme erat. Absque metu Dei, & gentis pudore executioni mandavit, quod suaferat tum consiliarii malitia, tum innata propensio: æquè enim in sylvis, atque in palatiis aluntur monstra ad ubera magnitudinis; & nullum sævius, ac effrenatius est, quàm Princeps, quem nec pungit conscientia, nec excitat honor, sed pascitur in majoribus delictis, ut suos exaturaret appetitus. Achab & Jezabel in palatio Israëlis vitalem lucem hauserunt, & nullæ in solitudinibus extitere belluæ æquè crudeles, atque effrænes.

Princeps ductus pessimo consilio pessimus.

362. Nunquam magis Princeps videtur probitate ac pudore destitutus, quàm cum suam ostentat turpitudinem; nam peccare fragilitas hominis est, permanere in peccato, miseria peccatoris, at se jactare de peccato, conditio, ac perversitas diabolica. Naturale dominium nulla alia re magis nititur, quàm in eo quòd optimus Princeps reliquos probitate & sapientia excellat: illius purpura sapientia est, illius corona ratio, illius splendor temperantia. Ille natura servus est, in quo virtutes desiderantur, ille naturâ Princeps ac dominus qui virtutibus præditus. Avarum divitem appellavit Euangelista indutum purpurâ, sed non Regem: quia purpurato moderatio deerat. Illi purpuræ splendor inerat, sed sine corona probitatis: & quidem regalis purpura non est, quam virtutum splendor non ornat.

Jactantia de peccato pessima.

Virtus facit Principem.

Luc. 16.

363. Victorem Davidem acclamantes & salutantes puellæ Hie-

Rex solus qui virtute præditus. 1. Reg. 18. rofolymæ, *Percussit* (ajebant) *Saul mille, & David decem millia.* Nunquid iste est Rex universa terra? Regale nomen, quod Davidi indiderunt, Sauli denegarunt, in quo se gessere disertas: erat enim David probus, Saul perversus. Nec Marcus, nec Joannes appellarunt Herodem Regem, quando de turpissimo incestu fuit à Baptista objurgatus: *Dicebat Herodi: non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Splendidum non meretur titulum, qui amisso pudore, violat, sicut Abfalon, naturæ leges, & effrænis turpem sequitur voluptatem.

Homicida approbrium 364. Peccato Abfalon Deum offendit, parentem injuriâ, clientes scandalo: & certè opprobrium est hominis, nedum filii, videre bestias solo naturæ instinctu attendentes ad conservationem suorum consimilium, & ex adverso quòd homo spiritu rationali animatus, proindeque rerum omnium sublunarium dominus sit hostis infestissimus ipsius hominis. Nec leo invadit leonem, nec tygris tygridem, & Abfalon prodicione invasit vitam & honorem sui parentis. Est proditio malum æquè frequens ac periculofum, & quò magis tegitur, eò propinquius est, nec agnoscitur, nisi quando sentitur.

Ingratitudo insolens 365. Hac infami turpitudine prolusit Abfalon ad aggrediendum parentem: nam in foedis turpitudinibus solet ad turpissima scelera proludere ingratitude insolens: quò enim quis insolentior, eò ingrator. Trajecto jam flumine Jordanis, Abfaloni suasit Achitophel, ut de toto exercitu feligeret duodecim Hebræorum millia, quibus posset capere imparatum Davidem: nam si per opportunum tempus illi liceret se parare, nec universi Israëlitis potestas ad illum infringendum sufficeret: *Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar David.* Satis Achitophem edocuerat experientia, fortunam nasci ex opportunitate, hanc breviter elabi, & non regredi: illam non comparari ab iis qui intempestivè cunctantur: in bello nihile a cunctatione damnosius: sicut enim bellum, ut suscipiatur, maturam exigit deliberationem, ita promptitudinem celerem, ut executioni mandetur: in bello enim omnia fortunæ mobilis ductu pendent ex accidentibus.

Consilium bello quanti facientiam. 366. Placuit Abfaloni consilium Achitophelis: cum tamen David à Deo efflagitaverit, ut consilia Achitophelis confunderet, Abfalon noluit.

noluit rem decidere, quin audiret prius Chufay, qui tanquam amicus Davidis satagebat intercipere pravos illius filii conatus. Se ergo Achitopheli opposuit dicens non esse sanum consilium statim parva manu invadere Davidem, qui imparatus cogitari non debebat utpote peritus & expertus miles: longè tutius esse quærere hostem universo exercitu jam comparato, & non exponere periculo victoriam, quam superiores vires pollicebantur; denique vires dividere, imprudentiam esse; tentare fortunam, temeritatem: *Congregentur ad te universus Israël à Dan usque Bersabeth, quasi arena maris, & tu eris in medio eorum, & irruemus super eum.* Projiciuntur facilè in discrimina, qui anhelant ad superiora; qui verò potentia superiores sunt, cautè volunt declinare omne ruendi periculum.

367. Nondum sententiam suam absolverat Chufay, quando eam probavit, & tanquam potiori acquievit Abfalon? *Melius est (inquit) consilium Chufay Arachita consilio Achitophel.* Consilia timida majorem videntur redolere prudentiam, quàm fervida: & Principes qui ambitione flagrant, ad timorem, quàm ad temeritatem proniores sunt; ambitio enim vitium est, & omnibus vitiis timor adhæret; Abfalon igitur formidare debuerat culpam prodicionis, qua fratrem occiderat, & culpam rebellionis, qua contra parentem rebellaverat. Interfecit Caimus Abelem, & Lamech interfecit Caimum: prisca ac frequens iniquitatis compensatio, perire iisdem pœnis, quibus virtutem insectatur: *Occidi virum in vulnus meum.* Notandum est, quòd Caimus postquam occidit Abelem, perpetuo semper correptus timore vixerit, sibi persuadens se à quocunque obvio occidendum; *Omnis qui invenerit me, occidet me:* Non legimus Lamechum, postquam occidit Caimum timori jugi fuisse obnoxium. Disparitas utriusque eventus (ut opinor) fuit, quia Caimus occidit Abelem ex culpa, Lamech occidit Caimum ex errore: mors Abeliis ortum habuit ex malitia Caimi, mors Caimi ex ignorantia Lamechi; conspicatus enim Lamechus Caimum inter sylvas condensas abditum, & putans naturâ feram esse, illum, qui sævitiâ ingenii fera erat, emissâ sagittâ confixit. Igitur non formidet Lamechus culpæ immunis, formidet Caimus culpæ reus. Videt Balthazar manum scribentem in aulæ regie

Dan. 5. pariete, & timore ingenti consternatus est. Vidit Jeremias oculatam virgam, quæ supplicii instrumentum est, & non timuit. Ratio illius timoris, & hujus securitatis est, quia ille injustus ac sceleratus, hic justus & innocens: timore injusti corripuntur, justus ab omni metu vivunt immunes. Absalon formidavit ut injustus, & ideo acquievit consilio, quod tutius arbitratus est: *Congregentur ad me universus Israël.*

S. QUARTUS.

Achitophel quia ingratus sibi met ipsi supplicium fuit.

Superbi dolent. 368. Sistet hîc Absalonis historia: & scrutemur finem, quò suis consiliis pervenit Achitophel. Adeo ægrè tulit suam reprobari sententiam, ut confestim ab Absalone recesserit: homines enim tumidi ita in judicando sibi complacent, ut velint quòd pro decisione habeatur, quidquid judicant. Hoc sensu doloris se recepit in domum Achitophel, & mœrore ingravescente impatiens necem sibi suspensus intulit: *Suspensio interit.* Naufragatur judicium in perversitatum pelago, & suis met fallaciis, seu dolosis consiliis puniuntur improbi: nam ædificia quæ fundantur malitia, ruunt super ipsos architectos. Suspensus fuit Aman in eodem patibulo, quod extolli jusserat ad suspendendum Mardocheum. Achitophel mansit spoliatus vitâ per consilia quibus intenderat scepro spoliare Davidem. Consilium pravum in sui caput authoris recidit. Prædictis accidit quod arachneorum telis, quæ frequenter capiunt ipsos textores. Vendiderunt fratres Josephum, ne adorationem cernerent, & ipsamet venditio illi peperit adorationem. Calumniati sunt Principes Chaldæorum Daniele, ut eum à leonibus viderent laniatum, & ipsi laniandi inciderunt in ipsos leones.

Gen. 40. *Dan. 6.* *Malitia est morbus lethalis.* 369. Ruinam traxit Achitophel ex causa duplici: confidit malitiæ nixus Principis gratiâ; utraque ægritudo lethalis, & ut sic immedicabilis. Primus instructus malitiâ & pollens gratiâ fuit Lucifer, & ex utrâque decidit in Erebum. Est malitia lethiferum judicii venenum in corde genitum, malumque proinde sine medicamento: Principum gratia seu favor est quædam hydropisis, quæ

plura

plura recipientes certius necat. Primam cathedram Angelicam recepit Lucifer, & statim voluit Deo æquari: *In cœlum conscendam, Isai. 14. & similis aro altissimo.* Nonne mente assequeretur Lucifer nullam creaturam posse æquari Deo? Non latuit hæc perspicua veritas Luciferum: sed cum videret se apud Principem Deum gratiosum, appetiit esse omnia, atque adeo præceps ruit in Erebum, nativum centrum illorum, qui æquè pollent apud Principes gratiâ, & flagrant ambitione.

370. Sua omni astuta sapientia oblitus fuit Achitophel tria, quæ omnibus favore apud Principem valentibus obversari debent. Oblitus fuit, Principis favorem collectum iniquitatibus, tutum non esse: durare minus illum, qui magis anhelat; denique magis esse timendum, quando fuerit major.

Voluit Achitophel pollere gratiâ ex iniquitatibus, & illis ipsis periit, ob causam duplicem. Prima fuit, quia Principis gratia tuta non est, nisi quando habet pro fundamento Dei gratiam, quæ iniquitate extinguitur. Gratiâ valere Josephus apud Pharaonem, Daniel apud Darium, & Aman apud Assuerum. Fuit tamen discrimen inter eos, quòd Josephus & Daniel favorem principum retinuerunt, Aman amisit & periit. Ratio discriminis facilis est, nam favor Aman nixus erat se ipso, favor Josephi ac Danielis nitentur gratiâ Dei; & quando gratia apud principem fundatur, gratiâ apud Deum, ruere nequit; quando fundatur se ipsâ, ruinæ proxima & obnoxia est.

371. Secunda ratio est, quia principes utuntur perversis hominibus, tanquam instrumentis suæ voluptati, & passioni accommodis; cum autem voluptas & quæcunque passio brevi evanescat, his abeuntibus, illos abjiciunt; nec est qui perversis confidat: illos abominantur omnes. Favor enim qui magis anhelat ascensum, minus durat: & ubi pervenit ad culmen, statim declinat: & quidem in extremis gratiæ certa ruina est. Aman ad regium solium aspiravit, & ex illo in infame patibulum decidit. Seyanus reperit inter Romanos necem, quando expectabat imperium. Favor denique eò magis timendus, quò major est; nam principis amor instar est illius ignis, qui in regione aeris subortus levem materiam corripit, & quò major accenditur, citius extinguitur.

Et 3:

371. Non

Amor &
favor
Principis
brevis ac
mutabilis.

371. Non narrantur culpæ, quas patrarunt pincerna, & architrclinus Pharaonis, & narrantur vincula, quæ subierunt. Quando auditur casus illius qui apud Principem valebat gratiâ, non debent inquiri causæ: nam principes hodie infectantur duro odio, quem heri blando amore prosequabantur. Satis fuit levis querela Esther, ut Affuerus odio haberet Aman, quando in ejus majori amore fuerat: Et quædam Tyberii suspicio occidit Seyanum, quando hic apud illum majori gratiâ pollebat: & quidem tot sunt exempla, quot gratiosi, seu gratiâ valentes, sed apud eos exempla non valent: nam humana ambitio quando favore valet, nihil aliud meditatur, & conatur, quàm valere.

Inconstan-
tia & bre-
vitas re-
rum huma-
narum.
Matth. 20.
Ezech. 26.

372. Primum inter omnia documentum illis, qui gratiâ polent, esse debet, nullam in humanis magnitudinem diuturnam esse: siquidem omnis illius vigor, firmitas ac duratio consistit in inconstantia. Nescios appellavit Christus duos fratres, qui procurabant cathedras in suo regno: *Nescitis quid petatis.* Cur nescii? quia volebant firmitatem in hoc mundo: *Dic ut sedeant.* Describitur Tyro, magna & populosa civitas ab Ezechiele sub eleganti navis metaphora, & cum propheta illi conferat apparatus omnem nauticum, vela, remos, funes, malos, & reliqua necessaria, solam anchoram non tribuit. Cur? quia in humanis rebus quantumvis magnis & pulchris nulla est firmitas, nulla securitas. Et quidem in principum favoribus inconstantia major.

Gratie
apud Prin-
cipem levi-
tas.
Gen. 4.

373. Primus favor in mundo, quo quis valuit, fuit Abelis apud Deum, & certè innotuit in fumo sacrificii, qui directus in cælum evolabat. Cur gratia & favor Abelis significatur in fumo? Duplici ex causa: I. Quia in hoc mundo favores sunt instar fumi, ita inconstantes & mobiles, ut quacunque reflantis fortunæ aurâ evanescant, aut mutantur. II. Quia sunt substantiæ æquè levis ac tenuis, ut fumus, qui proinde facilè abeunt, & rediguntur in nihilum. Achitophel periit ut fumus, & Absalon ut infidelis: quia ingratitude insolens se ipsâ portat supplicium.

§. QUINTUS.

Supplicium insolentis ingratitude Absalonis.

374. Periit Achitophel violentis manibus suæ malitiæ, & Absalon suæ ingratitude insolentiâ: nam filius qui vexat, & infectatur suum parentem, ab ipsa insolentia punitur. Illi debet amorem & reverentiam, tum ex naturæ vinculo, tum ex divino præcepto; & utranque violat legem rebellis filius, qui patrem offendit. Interfecit Deus in primævo ætatis flore filium Davidis, quem genuerat ex Bersabea: *Percussit quoque Dominus parvulum.* Cur Deus innocuum occidit filium, & non parentem, qui deliquit? Ut discerent filii vitas parentum propriis anteferre. In dilectissimam matrem accepit Joannes virginem, quam illi Christus commendaverat in cruce: *Ex illa hora accepit illam discipulus in sua.* Et quid postea egit Dominus, ubi magnæ Matris curam ille suscepit? *Post hæc sciens Jesus, quia omnia consummata sunt &c.* Omnia perfectissimè exacta reputavit, ubi positam in tuto vidit matrem.

Filius erga
parentem
insolens,
ipsa punitur
insolentia.

2. Reg. 12.

Joan. 19.

Pater ho-
norandus.
Gen. 49.

375. Jacob appellavit Rubem filium suum exordium sui doloris. *Principium doloris mei.* Quid? nonne prius Jacob vehementissimè doluit auditâ morte Josephi, & nece quam intulerant filii Siquimitis? Nobis videtur Jacob dubitandi rationem diluere, his verbis: *Ascendisti cubile patris tui.* Dolores reliqui versabantur circa vitam, fortunas, & familiam: dolor hic erat circa honorem, & reverentiam parenti debitam: & quidem violatio patris honoris per filium Rubem, fuit Jacob præcipua inter omnes pœnas, certè si non tempore, sensu prior: est hujusmodi maximus dolor, qui torquet parentes, & culpa, quæ à Deo maximè punitur.

376. Voluit Absalon parentem suum Davidem honore & vitâ privare: nam fractâ divini & humani juris reverentiâ, in omnia audet ingratitude insolens: ipsa tamen insolentia punivit Absalonem. Cum enim uterque ad conflictum exercitus concurreret, ut vitæ suæ consulere Absalon, necesse fuit stationem deserere: in ipso tamen effugio reperit mortem, quam fugiebat: infidelitatis enim:

Ingratitudo insolens:
Absalonis.

enim culpa viam apperuit, qua duceretur ad supplicium. *Ad-
2.Reg. 18. hæsit caput ejus quercui.* Ignominiosa poena, sed merita! Qui enim
patrem suum dedecorat, ipso dedecore afficitur.

*Justitia
causa dat
victoriam.* 377. Egressus fuit David Hierosolymam exutus, imparatus, lacrymis perfusus, in via per Simei conviciis oppetitus: ingressus fuit Abfalon Hierosolymam potens, triumphans, & acclamatus per Israëlitas, tamen David laceffitus opprobriis, & fortunâ adversâ, victor evasit, Abfalon salutatus, & acclamatus ab omnibus victus succubuit. Quis commutavit fortunam, & supplicium: si Abfalons vires erant longè superiores, & David pro adulterio Reum aversum, ac minacem senserat? Commutata fortuna est, quia pugnavit justitia pro Davide, quem filius insolens volebat regno injustè spoliare: & nulla major vis & potestas ad vincendum, quàm quæ nititur justitia.

*Victoria
compara-
tur à ju-
stitia.
Num. 31.* 378. *Armate* (dicebat Moyfes) *ex vobis viros ad pugnam, qui possint ultionem Domini expetere de Madianitis. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel.* Si Moyfes conatur expugnare Madian, regionem quinque potentissimis Regibus gubernatam, strenuis, ac veteranis refertam militibus, cui proinde oppugnandæ universus Israël non sufficit, cur ad expugnandam & vincendam, tam paucos jubet deligi milites? Pro Moyse stabant vires justitiæ, pro Madianitis vires belli. *Depopulati sunt urbem in ultionem stupri.* Duo viri Simeon & Levi everterunt Siquem, urbem civibus, & opibus potentem. Quid? duo viri prævaluerunt contra civitatem universam? Ita: quia pugnarunt non tam ferro, quàm justitiâ, non tam armorum, quàm rationis viribus. His David subegit Abfalonem, & supplicium commutatum est, quia David ex amoris immôdici passione deliquit, Abfalon ex ingratitude: & ingratitude semper major culpa est.

*Hostis num-
quam de-
spiciendus.* 379. Reputavit se Abfalon Regem Israëlis, ubi se vidit superiorem viribus; & certè nulla potentiæ magnitudo est, quæ possit hostem despiciere: nihil enim est quod victoriam securam reddat: nam cum belli eventus sit varius & incertus, frequenter despectus facit hostem audacem, & victorem. Displicet enim Deo, quòd adscribantur potestati humanæ, quæ pendent à providentia divina. Ruit in bellum præceps Abfalon, & in ipso conflictu se gessit igna-

ignavum: qui enim imprudens contemnit pericula, facilè in periculis deficit.

380. Didicisse à parente Davide cautelam poterat Abfalon. *Cautela in bello pru-
dens.* Cum leonibus & ursis pugnabat David, adeo fortis, ut ipsis manibus eos laceraret: *Illi consurgebant adversum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam.* Et tamen prodiens in singulare certamen cum gygante, non illicò pugnaturus cominùs irruit in eum manibus, sed eminùs fundâ excussit lapidem, & prostravit. Cur modò eminùs, & non cominùs pugnavit, sicut cum belluis? quando illi certamen erat cum ursis ac leonibus, postulabat necessitas eripiendi prædam ab unguibus, ut cominùs pugnaret: quando cum gygante, fatis erat à longè interficere: quando igitur non cogit necessitas, prudentia est non contemnere hostes, ut victoriæ comparentur.

381. Deseruit castra Abfalon, & tam celerem arripuit fugam, *Supplicium
insolentis
Abfalons.* ut capitis sui crinibus caperetur: caput enim leve ac insolens secum affert vincula. Monitus Joab pendentis infeliciter Abfalons subito ac inopinato eventu, festinus advolavit, & illius cor transfixit tribus lanceis crudelibus & audacibus. *Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Abfalons.* Fuere crudeles, quia vulnerarunt impeditum ad defensionem: fuere audaces, quia projectæ à clientibus in suum Principem. Officialibus militiæ commendaverat David, ut sibi Abfalonem fervarent incolumem: *Custodite mihi puerum Abfalon,* & suo exemplo erga Saulem, fatis edocuerat subditos, quæ reverentia Principibus haberi debeat: qui enim plus observat Principem, plus exhibet valoris. Hæc omnia oblitus Joab se gessit crudelem, & audacem: nam scelus Abfalons exigebat supplicium à crudelitate & audacia profectum. Tentaverat enim crudeliter & audaciter patrem suum scepro, & vitâ spoliare: & certè pietatem paternam violans omni pietate indignus est.

382. Clientes armigeri Joab semivivum Abfalonem penitus occiderunt: *Mors Ab-
salons.* *Concurrerunt decem juvenes armigeri Joab, & percutientes interfecerunt eum.* Cum enim ille foret insolens contra propriam naturam, invenit in clientibus insolentiam contra propriam majestatem. Animadverto tamen, quo nomine David appellaverit in vita Abfalonem, scilicet puerum: *Custodite mihi puerum*

Absalom, & quo nominaverit in morte, scilicet filium: *Fili mi Absalom: Absalom fili mi.* Cur modò in morte filius, si hactenus in vita puer? In vita se gessit pueriliter vanitate & luxu: in morte se gessit fortiter tanquàm miles strenuus bello occumbens, quanvis ex causa pessima: & proprium decus reputabat David patrem esse illius, qui in bello fortiter occubuerit. Christum in Thabore Æternus Pater declaravit filium suum: *Hic est filius meus* Cur non in horto? quia in Thabore visus est latari mortis sermonibus, quos alacriter inter gloriæ splendores admittebat: *Loquebantur de excessu.* In horto ex carnis debilitate adeo formidavit mortem, ut fuerit expediens, quòd Angelus è cœlo delapsus eum confortaret.

Valor morientis in bello gloria patris. Luc. 9.

Simplicitas cordis Sancta, duplicitas cordis pessima.

Cant. 4.

Supplicium culpis accommodum. 2. Reg. 18. Exod. 7.

4. Reg. 25.

Beneficii instrumentum pro supplicio majori.

383. Tribus lancearum ictibus fauciatum fuit Absalonis cor ob scelus triplex, scilicet rebellionem in patrem, occisionem Amnonis, & incestum scandalosum concubinarum. Triplici illo scelere naturalem, divinam, & humanam legem fregerat, & ideo unaquæque lex suâ lanceâ Absalonem confixit. Tres lanceas jecit Joab, quia tria corda furabatur Absalon, nempe Regis, ducum, & populi. At cur opus fuit triplici vulnere ad perimendum Absalonis cor, cum sufficiat unicum ad subigendum cor Dei? *Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.* Quia cor Absalonis multiplex erat, cor Dei simplex: unicum habet Deus cor ex sincérité: tria videbatur Absalon habere corda ex insidiosa calliditate.

384. Vincit crinibus capitis pependit Absalon, ut aptè sustineret poenam in ea corporis parte, cui aptare nitebatur coronam à parente ereptam. Primum Ægypti supplicium fuit versio Nili fluminis in sanguinem: quia in hoc flumen jubebat Pharaon pueros recenter natos projici. Defuit Sedecias fidei & obedientiæ, quam promiserat Nabucodonozori, & statim bello fuit desertus à suis: Ut qui infidelitate deliquerat, suorum infidelitate puniretur. Supplicia à Deo nobis inflicta correspondent criminibus.

385. Verùm Joab qui revocaverat Absalonem in Davidis gratiam, est qui illum vitâ spoliavit? Ita: quia ad majus tormentum, interfecto est, qui reconciliator fuerat. Quodam halitu, seu inspiratione Dei dixit Eliphaz ad Jobum, se vidisse peccatores interire: *Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt*

turrit

tunt eos, flante Deo perisse. Quid? Dei inspiratione experientur scelerati malum mortis, si eadem Deus Adamo impendit bonum vitæ? *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem.* Intendit Deus infligere grave supplicium, & illud gravissimum est, quod ipsius instrumento beneficii infligitur. Expugnationem civitatis Jerico præcepit Deus Josue, & simul injunxit, ut secum afferret tubas, quibus in jubilæo personuerat: *Sume septem buccinas, quibus usus es in Jubilæo.* Quid Jubilæo cum expugnatione? nonne ad bellum aptiores tubæ militares? Non: quia tubæ quæ indulgentiis inservierant, puniendæ Jerico durius bellum inferre debuerant.

386. Vitam clausit Absalon tanquàm ingratus inter cœlum & terram: *Illo suspensio inter cœlum & terram, mulus, cui infederat, pertransivit.* Illum cœlum respuit, & ideo pendentem non admittit; illum terra ejecit, & ideo mansit in aère. Illum sui crines illaquearunt; nam cogitationes hominis ingrati capillis ipsis significatæ inexplicabiliter præpediunt. Laqueos mortis invenit in eo quod plures fecerat in vita; nam pro laqueis lethalibus est humana pulchritudo. Vir non tam venustatem, quàm masculam virtutem à natura inditam æstimare debet. Non tanti facienda pulchritudo, quæ parum valet, & citò perit; Forma bonum fragile est &c.

387. *Pulchra ut luna.* Dixit Spiritus S. de Sponsa; & illa merito sub pedibus calcata despexit. *Luna sub pedibus ejus.* Ut pulchritudinis brevitatem ostenderet, dixit Iob: *Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini ejus statim.* Veritus fuit celerrimam illius pulchritudinis extinxionem; & ideo ne maledictio frustra esset, statim maledixit. Devovenda est pulchritudo Deo, ut magis fiat. Magdalenæ capilli ad Christi fervoris pedes sparsi ac projecti fuere instar radiorum lucis ad vitam æternam: & capilli Absalonis mundo dicati fuere scelerum laquei ad mortem interminam. In capillis perdidit Sanson libertatem, & Absalon vitam. At Sanson ut strenuè generosus, ultus est Dei offensam, & suam. Absalon ut ingratus periit offendens Deum, & propriam naturam; ille zelavit honorem divinum supplicio, hic violavit honorem paternum insolentiâ. *Et qui maledicit patri suo, & matri, extinguetur lucerna ejus in mediis tenebris.*

§. SEXTUS.

Compassio Davidis, & insolentia Joab.

Patris amor & pietas. 2.Reg. 18. **388.** Allatum fuit Davidi nuncium de nece Absalonis; & ver-
sa est victoria in tristitiam, spolia in luctum, triumphus in dolo-
rem: *Fili mi Absalon, Absalon fili mi: quis mihi tribuat* (aiebat pius
Rex) *ut ego moriar pro te.* At cur plorat David ut filium, quem
persecutorem senserat, ut hostem? quia generosum cor nunquam
se jactat vindicem, & naturalis amor semper se pium exhibet. No-
Victoriam fadat sanguis. luerat David ut tanti staret victoria. Quæ sanguinolenta est, ma-
jorem habet speciem vindictæ, quàm fortitudinis; in ea plus fero-
citas, quàm ratio dominatur; & quæ major vindicta quàm supe-
rere hostem? Princeps optimus non debet amare victoriam, quæ
non nisi profuso suorum hostium sanguine comparatur.

Luc. 22. Victoria illa letior que non damnosa. **389.** Proximus neci suæ Dominus Jesus, discipulis suis ait:
Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum. Vehementer
suam optabat mortem, ut hominum repararet vitam; & tamen
prodiens in campum cum ipsa morte & tormentis pugnaturus ma-
Matth. 26. xima tristitia affectus est: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Si
tot desideris expetebat mortem, ut sui triumphi causam, cur ad
illius conspectum tristatur? Ingentis materia doloris domino erat
fatale Hebræi populi exitium: non placebat victoria tanto suorum
hostium sanguine ac detrimento comparata. Cùm verò David
2.Reg. 18. cordi Dei esset conformis: *Inveni virum secundum cor meum.* Do-
lebat de victoria parta contra Absalonem tanto ejus detrimento:
Servate mihi puerum Absalon. Extollebat laudibus Pacatus Con-
stantinum Imperatorem, eo quòd illi displicuerat victoria, quam
comparaverat multo suorum hostium effuso sanguine: *Constanti-
num tu tantum sanguinis fundere coëgisti: cui quia salutem vestram à
vobis impetrare non licuit, plenè displicuit ipsa victoria.*

Audacie immoderatio magis cruciat. 2.Reg. 19. **390.** Dolorem de morte Absalonis conceptum exprobravit Da-
vidi Joab verbis tam amarulentis & audacibus, ut mansueti Regis
cor tanquam lanceæ ictus fauciarent: *Nunc igitur surge, & procede,
& alloquens satisfac servis tuis, juro enim tibi per Dominum, quòd sa-
non.*

non exieris, nec unus quidem remansurus sit tecum nocte hac. Non ali-
ter alloqueretur filium suum iratus pater, ac fuit allocutus Joab
suum Principem, postquàm ejus filium interfecit. Superbia au-
dax est, & omnis audacia immoderata: & nota est insolentium
calliditas velle, ut culpa vertatur obsequio. Verùm David adeo
prudens, & mansuetus fuit, ut dissimulato dolore suis ducibus vi-
ctoriam grataretur: *Surrexit ergo Rex, & sedit in porta.*

2.Reg. 19. **391.** Debet Princeps optimus suos omnes affectus metiri bono
publico, itaut operetur non ex innata propensione, sed ductu æ-
qui regiminis: quia ipse magis suorum, quàm suus est. Postquam
Dominus in templo prædicavit omnibus, & curavit multos, se con-
tulit in domum Petri, ad ejus focrum, quæ ægrotabat, sanandam:
Et protinùs egredientes de synagoga venerunt in domum Simonis. Plus
solicitudinis impendit Centurio in procuranda sanitate sui famu-
Marc. 1. li: siquidem suam domum egressus quæsivit Christum, & sic fla-
gitavit: *Puer meus jacet paralyticus.* Si igitur Centurio monet, &
compellat Dominum pro salute famuli, cur non sic Petrus pro sa-
Matth. 8. nanda focru? assumendus erat Petrus in totius Ecclesiæ princi-
pem: ideo incumbens primo loco reliquorum omnium saluti, de
peculiari suorum sanitate solùm curat, quando Christus eius do-
mum ingreditur.

392. Jephthe suam filiam immolavit pro victoria populi. Et pro
sodditorum bono Princeps suos debet immolare affectus. *Sicut* *Principes-
bono publi-
co priva-
tum ante-
ponat.!*
coram tondente se obmutescet. Cur sicut ovis & sicut agnus, qui om-
Jud. 11. nium pastor est? quia pastor est, & pastori incumbit se pro ovibus
Isai. 53. sacrificare, & subire omnia discrimina, quibus oves expositæ sunt,
ne pereant. Dignitas personæ intercedit pro sacrificio: sed ob-
ligatio principatus in omne discrimen projicit.

393. *Clamavit populus ad Pharaonem alimenta petens, quibus ille* *Rex. Alar-
respondit: ite ad Joseph.* Cur non dicitur clamasse populum ad *suos.*
Regem, sed ad Pharaonem? Non videbatur Rex qui suis fame *Gen. 44.*
enectis non condolebat, sed eos remittebat alendos ab alio: ideo
Regis magnificum nomen tacet S. Pagina. Invasit numerosus, ac
1.Reg. 28. potens Philisthinorum exercitus Israël. Samuelem defunctum
de eventu belli Saul consuluit, & propheta respondit Saulem &
ejus.

*Pericula
subeunda à
Principe
pro suis.*

eius filios in bello castrorum: hoc responso non detentus Saul cogitat de aggrediendo hoste, ad quem petendum totius integræ noctis spatio suis stipatus copiis procedit. Notabilis deliberatio! Audit se in prælio occubiturum, & tendit in hostem ea celeritate, ut non expectet matutinum tempus, ut cautiùs irruat? Cur se non collocans in tuto, mittit in prælium illud milites? quia peculiare commodum noluit anteferre communi reipublicæ bono: maluit se exponere periculis, quàm suam vitam tutam reddere. Occubuit Saul tanquàm strenuus, Absalon tanquàm ingratus & insolens: quia bono communi, & propriæ naturæ obligationibus anteposuit ambitionem sceptri: & quidem cælum ac terra unanimiter conspirant, ut insolens ingratitude plectatur.

CAPUT VII.

Ingratitudo Salomonem reddidit cupidum, & idololatram.

S. PRIMUS.

Magnificencia Dei cum Salomone.

*Magnificencia Dei
erga Salomonem.*

394. **C**revit cum malitia ingratitude, & cum potestate depravata est; sunt enim pauci mortales memores beneficiorum, quæ accipiunt à Deo conferente homini naturam, nobilitatem, mentem, generositatem animæ: & sunt plurimi qui iisdem armantur beneficiis, ut Deum offendant: qui plura accipiunt, sunt plus ingrati. A Deo accepit Salomon plus quàm omnes homines, sapientiam, magnitudinem, felicitatem: & cum evaderet Princeps Deo plus obstrictus, eidem fuit adeo ingratus, ut cum de divinitate majorem hauserit cognitionem, deseruerit creatorem suum ad creaturas deficiens. Terribile vitium ingritudinis! Siquidem insolentem reddidit nobilissimam naturam: *In cælum conscendam, similis ero Altissimo.* Et reddidit infidelem sapientiam maximam: *Depravatum est cor Salomonis per mulieres, ut sequeretur Deos alienos.* Nam à majori prosperitate, quam Deus confert, motiva ingritudinis

2. Reg. 15.

1. Sai. 14.

dinis majoris erga ipsum Deum, mortales eruunt. In Ægypto clamaverunt Israëlita ad Deum: *Ascendit clamor eorum ad Deum.* In deserto se contulerunt ad idolum, quod voluerunt colere: *Fecit ex eis vitulum conflatum: dixeruntque: Hi sunt dii tui Israël.* Cur ita? In Ægypto ad Deum confugiunt, in solitudine ad idolum? Ita: quia in Ægypto Pharaon illos vexabat, in solitudine Deus illis favebat: & maximus favor ex prosperitate reddidit idololatrias, quos debuerat gratos reddere.

*Prosperitas ignorat Deum.
Exod. 2.
Exod. 32.*

395. Davidi è vivis decedenti successit filius Salomon in sceptro Israëlitis, & statim in somnis illi apparuit Deus, fecitque arbitrium, ut pro regali munere justè obeundo peteret quidquid voluerit: *Postula quod vis ut dem tibi.* Notabilis optio, & adeo magna, ut non reperiat in tota sacra pagina. Elegit Deus Saulem in primum Regem Israëlitis, & nihil illi offert: elegit Davidem juxta cor suum, & non legimus fecisse illi optionem, quam fecit ejus filio: cur igitur omnia offert Salomoni? quia omnia vult Deus conferre Principi, ut sit optimus, & ut talis sit, omnia necessaria sunt. Insuper voluit mundo patefacere Salomonem futurum ingratum Deo conferenti plus quàm ipse expetierat: quia in Principes nihil potentius ingratitude. Sauli nihil obtulit Deus, utpote dando in supplicium Israëlitis: ad quod satis erat ut Princeps fieret; cum verò Davidi contulerit bonum cor, nihil amplius poterat expetere, ut optimus Princeps esset.

*Princeps optimus quàm optetur à Deo
3. Reg. 3.1*

*Ingratitudo in Principem valde potens.
Cor bonum in Principe.*

396. Petiit à Deo Salomon cor docile ad judicandum populum: *Dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum judicare possit, & discernere inter bonum & malum.* Videtur non rectè postulasse docilitatem cordis; nam dotes quæ in judice commendantur, sunt sapientia & integritas. Plusquam benè postulavit; si enim cor docile non fuerit, bonum non erit; & cor non bonum cum sapientia, erit malignum, & cum integritate, crudele. Autoritas juxta naturalem rationem comparatur prudentia & probitate: nam prudentia sine probitate, verti solet in malitiam, & omnibus odio est: probitas sine prudentia degenerat in segnitiam, & despiciatui est: idcirco postulavit Salomon cor docile & sapiens, in quo proinde bonitas perfecta inesset.

*Docilitas ad judicandum.
3. Reg. 3.*

397. Rectè igitur & prudenter Salomon petivit. Nam voluit docili-

Probitas firmat imperium. docilitatem, ut esset probus: voluit probitatem, ut esset amatus: nam probitate comparatur amor, qui sceptrum firmat, ac roborat. Septimius Imperator morti propinquus dixit liberis suis, se illis relinquere imperium satis firmum, si probi forent, parùm tutum, si improbi: nam principis improbitas concitat in subditis odium, & cum odio nulla in regnis firmitas, aut securitas esse potest.

Justitia dat perpetuitatem regnis. Ad Heb. 7. Contulit David regnum Christi quâ æternum cum regno Melchisedech: & quid huic regno æternitatem peperit? Apostolus innuit, appellans *Regem Salem*, & idem valet atque *Rex justitiæ*. Corona quæ morum probitate, & legum justitiâ nititur, tam altas agit radices, ut exæquet duratione æternitatem. Nulla in principe magis splendet corona quàm probitas, nulla magis rutilat purpura quàm modestia: utrâque princeps à Deo favorem, & ab hominibus amorem comparat.

Petitio bona arridet Deo. 398. Tantùm Deo arrisit petitio Salomonis, ut plura illi contulerit Deus, quàm petiit; nam sapientem ac potentem adeo fecit, ut sapientiâ & magnitudine omnes ante se, & post se Reges excefferit: *In tantum, ut nullus ante te similis fuerit* (dixit Deus) *nec post te surrecturus sit.* Impendit Salomoni Deus omnes felicitates, quia postulaverat bonum cor, ut intelligerent Principes adeptâ boni cordis probitate, obtineri omnia. Diligit Deus ex corde probos, quia probi habent cor Dei: diligunt homines improbos, quia improbi habent cor hominum. De arbore, quam vidit in somnis Nabuchodonozor, fertur præstitisse sub se brutis animantibus ter-

Dan. 3. *Beach. 3. 1.* *Principes mundani suos protegat.* tæ habitaculum: *Subter eam habitabant animalia & bestie.* De arbore, quam vidit Ezechiel, fertur præstitisse habitaculum sub se volucris cœli. *Habitabant sub ea omnes volucres.* In illa repræsentabatur regnum mundanum, in hac regnum cœleste; in regno mundano sub Rege protegente foventur ministri viles, & vicio infecti; in regno cœlesti sub Deo Rege proteguntur aves, quæ probitate, & meritorum alis elevantur ad sublimia; & quidem conditio improba ac miserrima est dominantium fovere malignos, eisque suppeditare alas, ut fiant peiores, quando eas natura denegavit cunctis veneniferis animantibus, ne plus nocerent.

Petitio Salomonis. 399. Petit à Deo Salomon probum cor, & Deus animadvertit quidd non petierit vitam diuturnam, uberes divitias, & acerbam de suis

fuis hostibus fumendam vindictam, cum hi omnes affectus à bono corde non pullulent. Notavit Deus Salomonis moderationem in postulando; quia nativa desideria Regum Israël eo tendebant, ut diu viverent cum libertate, multas opes congererent ex cupiditate, & vindictam de suis hostibus fumerent crudelitate. Pollicetur Deus largiter Salomoni omnes felicitates, sed diuturnam vitam ea conditione, ut sit justus ac pius instar parentis Davidis: *Si autem ambulaveris in viis meis, & custodieris præcepta mea, & mandata mea, sicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos.* Quibus significavit duratione carere improbos, & nullam minùs securam esse vitam, quàm quæ vitiis nutritur, ac nititur; siquidem inter majorem celsitudinem, & profundius præcipitium nullum spatium interjacet.

400. Plurès Israël principes ob sua flagitia breviter ac infelicitè suorum manibus periire; nec fuere pauci Romani Imperatores, quibus suæ turpitudines exitu miserrimo idem inflixere supplicium: breviter vixere, quia nequiter. De multis veteribus Patriarchis habetur in S. pagina suos dies implevisse: quòd neque de primo parente Adamo, neque de aliis peccatoribus fertur. Nam peccatorum dies œquè vacui sunt duratione, ac meritis. Prior in lucem editus fuit Caimus, quàm Abel: nam semper nequitia tentavit præcedere innocentia. Verùm Moyses de utroque locutus, exordium capit ab Abele: *Fuit autem Abel pastor ovium, & Caim agricola.* Cur non exorditur à Caimo utpote seniore? Quia Caimus perversus, Abel justus: antiquitate præcedere nequit virtute inferior: major natu esse non potest, qui probus non est. Coram Deo non plures annos numerat qui longiorem ætatem habet, sed qui majori virtute pollet. Homines ex numero annorum, Deus ex probitate morum ætatem computat.

401. Instructus ac illustratus Salomon omni scientiarum genere, suum regimen auspiciatus est tanta omnium existimatione, ut à suis reputaretur plus quàm humanus, & ab exteris quæreretur tanquàm divinus. Fuit Salomon adè potens, ut nihil aggressus fuerit, quod non consequeretur. In eo fuere pares magnitudo sapientiæ, & felicitas potentia. Templum, quod excitavit, magnificum; civitates, quas munivit, ingentes: palatia quæ condidit,

& ornavit, pulcherrima: majestas in universo & omnigeno famulatu admirabilis: thesauri, quibus potitus est, opulentissimi: clientes, classes, equitatus, & omnis bellicus apparatus innumerabilis: tanta denique Salomon excelluit magnitudine, ut toti orbi admirationi, totius orbis principibus terrori fuerit.

§. SECUNDUS.

Ingratitudo Salomonis cum Dei magnificentia.

Ingratitudo Salomonis. 402. Satis perspeximus beneficia quibus magnificus & munificus Deus Salomonem cumulavit; at quænam Salomon pro tantis beneficiis reposuit? Illa melius diceret silentium, quàm novit calamus exprimere. Majori sapientiæ acceptæ correspondit Salomon peccato magis ignorante & stulto. Inter omnes ignorantias & stultitias maxima fuit illius insipientis qui dicebat in corde suo non esse Deum. Ignorantiæ huic simillima est eorum, qui multos colunt Deos; nam in re ipsa idem est negare, atque multiplicare divinitatem; si enim Deus unus non est, nullus est. Si monstruosum foret corpus absque ullo capite, æquè monstruosum esset corpus, quod plura haberet capita, quàm Cerberus, aut Hydra illa, cujus extinctione Hercules virtus enituit.

Iniquitas idololatriæ. 403. Reputavit Job idololatriam inter iniquitates maximam; nam idololatra naturalem legem frangit, honorem Deo debitum impendendo lignis, lapidibus, & aliis creatis rebus, quod magnopere adversatur naturali lumini, docenti, seu dictanti res omnes creatas suam referre originem ad Deum tanquàm primam causam, & omnium authorem, proindeque infinita perfectione, ac virtute pollentem. In tam crassam & stolidam ignorantiam incidit Salomon ex ingratitude. *Depravatum est cor Salomonis per mulieres, ut sequeretur Deos alienos.*

Mulier quam sit avariosa viris. 404. Prima ac præcipua idola, quæ Salomonis sapientiam obtenebrarunt, fuere mulieres, utpote viris admodum periculosæ. Ab illis neque sapientia Salomonem, neque fortitudo Sansonem liberavit; sunt idola potentiora, & damnosiora, cum occidant homines qui adorantes pro illis moriuntur. *A muliere initium factum est pec-*

est peccati, & per illam omnes morimur. Ut diabolus Evam deciperet suasionibus longum cum illa conferuit sermonem: ut Eva suaderet Adamo esum pomi vetiti, satis fuit pomum offerre: *Deditque viro suo, qui comedit.* Ut Eva succumberet sermo tam longus, multiplicatis rationibus; ut Adamus succumbat satis est pomi oblatio? Ita: quia diabolus indutus serpente suasit Evæ, & indutus ipsa Eva suasit Adamo; certè potentior est diabolus instar mulieris, quàm instar serpentis ad labefactandam innocentiam: *Fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocaverunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt, & adoraverunt Deos earum.* Potentior fuit societas & familiaritas foeminarum, quàm furor militum Madianitarum, ut in rebus temporalibus, ac spiritualibus Israëlitas destruerent.

305. Maxima principis excellentia est plus sibi, quàm aliis dominari: qui ad se temperandum impotens est, alios temperare non potest. Ubiprimùm Adamus deliquit, à paradiso ejectus est, privatus illius custodia, quam Deus ipsi commendaverat: *Ut custodiret illum.* Quia perperam custodiret paradysum, qui se nequiverit custodire. Emancipavit se suis foeminis Salomon, & desiit esse homo, nedum Princeps: quia ut rationem hominis conservaret, libertatem retinere debuit, & ut princeps esset, omnino liber, nec alieno arbitrio subditus esse oportuit.

306. Interrogavit Christum Pilatus, an Rex Judæorum esset: & Dominus respondit suum regnum de hoc mundo non esse, quasi si in hoc mundo regnaret, suorum ministrorum ope evaderet Judæorum vincula: *Ministri mei utique decertarent, ut non traderet Judæis.* Christus re vera Dominus erat totius mundi, & jure hæreditario Judæorum Rex: at se non reputabat Regem, quandiu traditus Judæis, eorum potestati subjacebat: nam regnum, coronam, & principatum amittit quicumque Princeps alterius arbitrio subjacet. In cruce regis titulum non respuit, quia ibi, ubi hominum redemptionem consummauit, se à Judæorum vinculis eripuit. Princeps esse debet omnium in communi, sed nullius in particulari: hac enim doctrina Principes Christus imbuuit. Retraxit Zaram manum, quam senserat filo ligatam (tenui pendet filo imperium maximum) quia intellexit, imperio idoneum non esse, qui

suæ manus liberum usum non habet. Judicavit Principis actionem non esse subjeci alieno arbitrio, præsertim foeminae, & ideo non acquiescens illius consilio oppositum executioni mandavit.

Pulchritudini subiecta majestas.

407. Salomon se ignavè addixit mulieribus, & Alexander generose despexit quandam pulcherrimam sibi à suis ducibus allatam: quia intellexit se foedare majestatem, si fragili se pulchritudini subjeceret. Alexander novit esse Princeps, & Salomon esse desiit: nam puritas est distinctivus character animi regii, & Salomon, cum foret sapientissimus, imbecillitati maximæ succubuit. Imbecillitas maxima nostræ carni inest: & in Salomone culpa gravior, & opprobrium foedius. Gravior culpa, quia cum sciret humanam carnem elevandam esse, ut in throno Altissimi adoraretur, eam reddidit brutis ipsis abjectiorem. Opprobrium foedius, quia dehonestavit familiam, cujus Deus caput est, & nullum inter homines opprobrium foedius, quam deturpare suis sceleribus majorum suorum sanguinem.

Concupiscentia ueritur.

Gen. 19.

408. Nullum flagitium divinam magis indignationem provocat quam effrænis concupiscentia. Populus Israëliticus se frequenter depravavit turpissimis idolis obsequendo, & illum Deus puniens conservabat. Se depravavit præpostera libidine Sodoma, & talem ab indignato Deo poenam sustinuit, ut illius non remaneret vestigium, nisi in folis cineribus. *Subvertit civitates has, & omnem circa regionem, universos habitatores urbium, & cuncta terræ virentia. Quid? Si idololatria majus scelus est quam quodcunque à concupiscentia erumpens, cur in hoc Deus gravius animadvertit? Quia in concupiscentia major apparet ingratitude hominis. Cum enim homo creatione accepisset in se similitudinem Dei, & Deus incarnatione sibi adjunxisset naturam, & similitudinem hominis, concupiscentia deturpat ingratus homo, & reddit abjectiorem brutis ipsis carnem illam, quam creator supra omnes Angelorum hierarchias sublimavit. Confusione linguarum punivit Deus audaces*

Gen. 11.

contra divinam immensitatem: *Confundamus linguam eorum. Verum depravatos in suis concupiscentiis omnino extinxit universali diluvio: Delevit omnem substantiam, quæ erat super terram. Quia licet audacia volentium expugnare cælum fuerit major, tamen culpaturpissimorum ingratorior fuit. Quia cum forent redimendi à*

Deo

Deo humana carne opprobria & dolores passura, Deum offenderunt maculata & deturpata ipsa carne, quam à Deo acceperant.

409. Prima malorum omnium Salomon abes & radix fuit ingratitude: si enim gratus foret, infidelis non esset. Adolescentis Josephi pudicitiam tentavit impudica domina, cui Josephus demiratus ait non posse se offendere dominum sui, cui valde erat obstrictus, nec Deum suum, à quo acceperat vitam & libertatem: *Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum.* *Gen. 30.* Gratitude igitur eripuit Josephum de manibus impudicæ dominæ, eumque totius Ægypti dominum constituit. Illa enim multum confert, ut quis fidelis, ac felix evadat.

Ingratitudo radix malorum.

410. Erat Josephus vir justus, & ab illo patrando scelere abstinuit metu prius ne Putipharem, deinde ne Deum offenderet: *Quomodo ergo possum hoc malum facere?* Nam circa culpam contra Deum versatur misericordia, circa offensam præsertim ingratitude contra proximum, justitia: & certè peius est fieri ingratus, quam peccator: nam peccator, quamvis differat solutionem, non negat debitum, ingratus verò ut neget obligationem, ipso debito benefactorem offendit. Distulit bonus latro solutionem usque ad patibulum, in eo tamen se debitorem fastus est: *Nos quidem justè,* *Luc. 23.* *nam digna factis recipimus.* At Judæi ut negarent debitum redemptionis, & Christum vitâ privarent, impulsî sunt ipso beneficio assumptæ carnis humanæ: *Quia cum homo sis, facis te ipsum Deum.* *Joan. 10.* Certè mirandum est quòd creaturæ inter omnes nobilissimæ: ac sapientissimæ, qualis Lucifer, Adamus, Salomon laberentur in pessimum virium ingratitude: cum sit idem ingratum atque ignorantem esse. Quid igitur in causa est, ut evadant turpiter ingrati, qui sapientiâ præditi, & mentis perspicacis compotes sunt? Superbia, qua excæcati volunt omnia suo judicio deferrî: est arrogancia pinaculum, ex quo ruunt præcipites, qui de sua sapientia sibi complacent, ac inaniter intumescunt.

Proximi offensa quam gravis.

Joan. 10. Sapientium ingratitude.

S. T E R T I U S.

Ingratitudo cupida Salomonis.

411. Fuit Salomon idololatra & cupidus: nam idolum cupi-

Cupiditas Principis est ingratitude.

ditatis scepro inest: & quidem pessima ingratitude est Principem flagrare cupiditate erga subditos: nam subjectioni (est subiectio maximum in humanis donum) quam accipit à subditis, correspondet, volens elicere ab eorum venis sanguinem, qui est fons vitæ. Fuit Salomon adeo divitiarum avidus, ut cum polleret thesauris opulentissimis, suos tributis multiplicatis vexaret. *Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis* (dicebat populus ad Roboamum ejus filium) *tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui.* Nullus in Principe major error dari potest, quam quærere cum discrimine, quod ex beneficentia relinquendum est: siquidem major virtutum gloria in boni firmitate collocatur. Regnum turbat, & periculo exponit subditorum obedientiam Princeps cupidus: nam cupiditas cum ipso scepro affert tyrannidem.

3. Reg. 12. Princeps esse debet pastor. 412. Princeps esse debet pastor, & non mercenarius erga suos: pastor gregem suum pascit, mercenarius se pascit de alieno grege: Deus verò ægrè fert commutari amorem utilitate: *Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum* (loquebatur Deus de Principibus Israelis) *& cessare faciam eos, ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius: pastores semetipsos, & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in escam.* Noluit eos suum populum pascere, quia cum debuerint pastores agere, agebant mercenarios. Pastor tuetur gregem, mercenarius destruit: nam ille regit ductus amore, hic cupiditate. Principes autem Israelis adeo erant cupidi, ut se solos vellent pascere. Suos Christus discipulos constituerat mundi pastores, & illis dixit postea mitti sicut oves inter lupos: *Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum.* Quid? si facit pastores, quomodo mittit tanquam oves? De ove detrahitur lana & lac, ut alii vestiantur ac sustententur: & hoc Principis onus est sibi demere in aliorum remedium, & non exuere alios, ut se induat. Constituit igitur Christus discipulos suos pastores, & oves: pastores ut suas oves pascerent: oves, ut se-ipsis ad vestiendum & alendum opem ferrent.

Matth. 10. 413. Non desuere olim qui suadebant Alexandro, ut tributa à suis populis exigeret, quibus ille: Imitari placet bonum hortulanum; qui in plantando potius quam in avellendo collocat industriam. Documentum politicum est utile omnibus, servare plantam,

tam; ut fructum proferat: & non destruere gregem proinimium tondenda lana, & lacte exprimendo. Deliquit Adamus in paradiso, & induit se ovinis pellibus: *Fecitque eis tunicas pelliceas.* Pro Gen. 3. Adami peccato abolendo natus Christus induitur pano: *Panis involutum.* Nam Adamus tanquam Princeps peccator parvi fecit excoriare oves, ut se indueret, Christus ut justissimus Dominus vestitur pano, qui ex lana conficitur absque detrimento ovium. Tempestivè gregem tondere ac mulgere, pastoris est: excoriare, & sanguinem elicere, tyranni. *Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum, & qui vehementer emungit, elicit sanguinem.*

414. Tributa sunt imponenda populo temperatè, & advertenter: quia non tam recusat populus vitæ pericula subire, quam fortunarum pati detrimenta: præsertim quando ipsas fortunas sudor, vel sanguis comparavit. David maluit sustinere sitim, quam bibere urceum aquæ suorum militum partæ sanguine. Roboam illius nepos ob immoderata tributa regnum & subditos amisit: *Recessitque Israël à domo David usque in presentem diem.* Theopompus Lacedemoniæ Rex nonnulla tributa, quæ Reges antecessores imposuerant populo, remisit: & cum ejus uxor quereretur relinquendum successori Principi regnum tenue, respondit: *At relinquo diuturnius:* quasi ex tali tenuitate ad majorem firmitatem regnum vires ceperit: Quando tributa immodica sunt, regni duratio modica est: quia innatus dolor torquet omnes. Non sustinet populus emitti sanguinem è venis, quibus assiduo labore, partum retinet: nec patitur nobilitas manere sine privilegio sanguinem, quem ad majorem ipsius splendorem profudit.

415. Mersus sopore gravi erat Adamus, quem Deus illi immisit, ne sentiret ablationem costæ eripiendæ, ut formaretur Eva: *Immisit soporem in Adam:* quicumque enim vigil dolet vehementer de re sibi ablata. Princeps optimus magno pere curare debet, ne sit oneri subditis. Suadebat diabolus Christo in deserto, ut se daret præcipitem filius adventu subito Angelorum, qui offensionem omnem cadentis depellerent manibus portantes: *Angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te.* Displicuit Domino adducta ratio, & illico declaravit illum tentatorem esse: *Non tentabis*

Dominum

Dominum Deum tuum. Quia Rex optimus semper renuit onerare, nec permittit à suis unquam subditis portari, præsertim inaniter, & inutiliter. Quando opus fuerit aliquid ab illis auferri (sicut Deus abstulit ab Adamo) ita fiat, ut non doleant. Præcipua Regis cura sit omnibus conferre, & à nullo auferre, & sic non erit populis importunus.

Liberalitas dat titulum Regis. Matth. 2. 416. Donando conservat Rex titulum, auferendo, seu recipiendo perdit. Quando Magi inquirebant Christum, Hierosolymam intrantes dicebant: *Ubi est qui natus est Rex Judæorum.* Ore pleno Christum appellantes Regem: quando verò ingressi sunt locum, ubi Christus erat, appellatur puer: *Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus.* Cur antea Rex, postea vocatur puer? Quia ante ingressum domus illius magi accipiebant à Christo, scilicet illustrationem mentis, impulsam voluntatis, & splendorem ductricis stellæ, quæ præviâ ferebantur: at post ingressum, Christus accepit ab illis munera, aurum, thus & Myrrham. Princeps qui à suis subditis accipit, nec Regis, nec Domini retinet titulum.

Luc. 19. Quando Christus domum Magdalænæ intravit, Jesus appellatus est: *Intravit Jesus in quoddam Castellum,* quando ingressum excipiens Magdalena ad illius pedes fedebat, vocatur Dominus, *Sedens secus pedes Domini.* Cur hîc Dominus, & non antea? Quia antea veniebat accepturus hospitium: postea conferebat beneficia ipsi Magdalæ & toti domui. Viderunt fratres Josephum stellis, & ipsarum luce circumfusum, & non ideo indicarunt Regem: at futurum Regem suspicati sunt, quando viderunt tritici manipulis circumdatum: *Numquid Rex roster eris.* Quia stellæ designabant luces & splendores, quibus Josephus in se claresceret: manipuli designabant frumentum, quo populum famelicum alens, & fatians gubernaret.

Tributa imponendi modus. 417. Dicta hæc tenentur ad duo, alterum non debere Principem tributa imponere absque boni publici causa & necessitate probata: alterum, quando hæc concurrunt, debere subditos suo Principi necessaria suppeditare: quia nec totum sine partibus, nec partes sine toto possunt subsistere. Si lex naturalis obligat subditos ad tuendum suum Principem vitâ, quomodo re-

nunt

suis hostibus sumendam vindictam, cum hi omnes affectus à bono corde non pullulent. Notavit Deus Salomonis moderationem in postulando; quia nativa desideria Regum Israël eo tendebant, ut diu viverent cum libertate, multas opes congererent ex cupiditate, & vindictam de suis hostibus fumerent crudelitate. Pollicetur Deus largiter Salomoni omnes felicitates, sed diuturnam vitam ea conditione, ut sit justus ac pius instar parentis Davidis: *Si autem ambulaveris in viis meis, & custodieris præcepta mea, & mandata mea, sicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos.* Quibus significavit duratione carere improbos, & nullam minùs securam esse vitam, quàm quæ vitiis nutritur, ac nititur; siquidem inter majorem celsitudinem, & profundius præcipitium nullum spatium interjacet.

400. Plures Israël principes ob sua flagitia breviter ac infelicitè suorum manibus periire; nec fuere pauci Romani Imperatores, quibus suæ turpitudines exitu miserrimo idem infligere supplicium; breviter vivere, quia nequiter. De multis veteribus Patriarchis habetur in S. pagina suos dies implevisse: quòd neque de primo parente Adamo, neque de aliis peccatoribus fertur. Nam peccatorum dies œquè vacui sunt duratione, ac meritis. Prior in lucem editus fuit Caimus, quàm Abel: nam semper nequitia tentavit præcedere innocentia. Verùm Moyses de utroque locutus, exordium capit ab Abele: *Fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola.* Cur non exorditur à Caimo utpote seniore? Quia Caimus perversus, Abel justus: antiquitate præcedere nequit virtute inferior: major natu esse non potest, qui probus non est. Coram Deo non plures annos numerat qui longiorem ætatem habet, sed qui majori virtute pollet. Homines ex numero annorum, Deus ex probitate morum ætatem computat.

401. Instructus ac illustratus Salomon omni scientiarum genere, suum regimen auspiciatus est tanta omnium existimatione, ut à suis reputaretur plus quàm humanus, & ab exteris quæreretur tanquàm divinus. Fuit Salomon adeò potens, ut nihil aggressus fuerit, quod non consequeretur. In eo fuere pares magnitudo sapientia, & felicitas potentia. Templum, quod excitavit, magnificentum; civitates, quas munivit, ingentes: palatia quæ condidit,

Hh

& or-

& ornavit, pulcherrima: majestas in universo & omnigeno famulatu admirabilis: thesauri, quibus potitus est, opulentissimi: clientes, classes, equitatus, & omnis bellicus apparatus innumerabilis: tanta denique Salomon excelluit magnitudine, ut toti orbi admirationi, totius orbis principibus terrori fuerit.

§. SECUNDUS.

Ingratitudo Salomonis cum Dei magnificentia.

Ingratitudo Salomonis. 402. Satis perspeximus beneficia quibus magnificus & munificus Deus Salomonem cumulavit; at quænam Salomon pro tantis beneficiis reposuit? Illa melius diceret silentium, quàm novit calamus exprimere. Majori sapientiæ acceptæ correspondit Salomon peccato magis ignorante & stulto. Inter omnes ignorantias & stultitias maxima fuit illius insipientis qui dicebat in corde suo non esse Deum. Ignorantiæ huic simillima est eorum, qui multos colunt Deos; nam in re ipsa idem est negare, atque multiplicare divinitatem; si enim Deus unus non est, nullus est. Si monstrum foret corpus absque ullo capite, æquè monstrum esset corpus, quod plura haberet capita, quàm Cerberus, aut Hydra illa, cujus extinctione Hercules virtus enituit.

Idololatriæ stultitia. 403. Reputavit Job idololatriam inter iniquitates maximam; nam idololatra naturalem legem frangit, honorem Deo debitum impendendo lignis, lapidibus, & aliis creatis rebus, quod magno opere adversatur naturali lumini, docenti, seu dictanti res omnes creatas suam referre originem ad Deum tanquàm primam causam, & omnium authorem, proindeque infinita perfectione, ac virtute polientem. In tam crassam & stolidam ignorantiam incidit Salomon ex ingratitude. *Depravatum est cor Salomonis per mulieres, ut sequeretur Deos alienos.*

Iniquitas idololatriæ. 404. Prima ac præcipua idola, quæ Salomonis sapientiam obtenebrarunt, fuere mulieres, utpote viris admodum periculosa. Ab illis neque sapientia Salomonem, neque fortitudo Sansonem liberavit; sunt idola potentiora, & damnosiora, cum occidant homines qui adorantes pro illis moriuntur. *A muliere initium factum est pec-*

Est peccati, & per illam omnes morimur. Ut diabolus Evam deciperet suasionibus longum cum illa conferuit sermonem: ut Eva suaderet Adamo esum pomi vetiti, satis fuit pomum offerre: *Deditque viro suo, qui comedit.* Ut Eva succumberet sermo tam longus, multiplicatis rationibus; ut Adamus succumbat satis est pomi oblatio? Ita: quia diabolus indutus serpente suasit Evæ, & indutus ipsa Eva suasit Adamo; certè potentior est diabolus instar mulieris, quàm instar serpentis ad labefactandam innocentiam: *Fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocaverunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt, & adoraverunt Deos earum.* Potentior fuit societas & familiaritas foeminarum, quàm furor militum Madianitarum, ut in rebus temporalibus, ac spiritualibus Israëlitas destruerent.

305. Maxima principis excellentia est plus sibi, quàm aliis dominari: qui ad se temperandum impotens est, alios temperare non potest. Ubiprimùm Adamus deliquit, à paradiso ejectus est, privatus illius custodia, quam Deus ipsi commendaverat: *Ut custodiret illum.* Quia perperam custodiret paradysum, qui se nequivit custodire. Emancipavit se suis foeminis Salomon, & desit esse homo, nedum Princeps: quia ut rationem hominis conservaret, libertatem retinere debuit, & ut princeps esset, omnino liber, nec alieno arbitrio subditus esse oportuit.

306. Interrogavit Christum Pilatus, an Rex Judæorum esset: & Dominus respondit suum regnum de hoc mundo non esse, quasi si in hoc mundo regnaret, suorum ministrorum ope evaderet Judæorum vincula: *Ministri mei utique decertarent, ut non traderet Judæis.* Christus re vera Dominus erat totius mundi, & jure hæreditario Judæorum Rex: at se non reputabat Regem, quandiu traditus Judæis, eorum potestati subiacebat: nam regnum, coronam, & principatum amittit quicumque Princeps alterius arbitrio subjacet. In cruce regis titulum non respuit, quia ibi, ubi hominum redemptionem consummauit, se à Judæorum vinculis eripuit. Princeps esse debet omnium in communi, sed nullius in particulari: hac enim doctrina Principes Christus imbuat. Retraxit Zaram manum, quam senserat filo ligatam (tenui pendet filo imperium maximum) quia intellexit, imperio idoneum non esse, qui

suæ manus liberum usum non habet. Judicavit Principis actionem non esse subjici alieno arbitrio, præsertim fœminæ, & ideo non acquiescens illius consilio oppositum executioni mandavit.

Pulchritudini subiecta majestas.
407. Salomon se ignavè addixit mulieribus, & Alexander generose despexit quandam pulcherrimam sibi à suis ducibus allatam: quia intellexit se fœdare majestatem, si fragili se pulchritudini subjiceret. Alexander novit esse Princeps, & Salomon esse desiit: nam puritas est distinctivus character animi regii, & Salomon, cum foret sapientissimus, imbecillitati maximæ succubuit. Imbecillitas maxima nostræ carni inest: & in Salomone culpa gravior, & opprobrium fœdus. Gravior culpa, quia cum sciret humanam carnem elevandam esse, ut in throno Altissimi adoraretur, eam reddidit brutis ipsis abjectiorem. Opprobrium fœdus, quia deonestavit familiam, cujus Deus caput est, & nullum inter homines opprobrium fœdus, quàm deturpare suis sceleribus majorum suorum sanguinem.

Concupiscentia turbitur.
408. Nullum flagitium divinam magis indignationem provocat quàm effrænis concupiscentia. Populus Israëliticus se frequenter depravavit turpissimis idolis obsequendo, & illum Deus puniens conservabat. Se depravavit præpostera libidine Sodoma, & talem ab indignato Deo pœnam sustinuit, ut illius non remaneret vestigium, nisi in solis cineribus. *Subvertit civitates has, & omnem circa regionem, universos habitatores urbium, & cuncta terra virentia.* Quid? Si idololatria majus scelus est quàm quodcunque à concupiscentia erumpens, cur in hoc Deus gravius animadvertit? Quia in concupiscentia major apparet ingratitude hominis. Cum enim homo creatione accepisset in se similitudinem Dei, & Deus incarnatione sibi adjunxisset naturam, & similitudinem hominis, concupiscentia deturpat ingratus homo, & reddit abjectiorem brutis ipsis carnem illam, quam creator supra omnes Angelorum hierarchias sublimavit. Confusione linguarum punivit Deus audaces contra divinam immensitatem: *Confundamus linguam eorum.* Verùm depravatos in suis concupiscentiis omnino extinxit universali diluvio: *Delevit omnem substantiam, quæ erat super terram.* Quia licèt audacia volentium expugnare cœlum fuerit major, tamen culpa turpissimorum ingratorum fuit. *Quia cum forent redimendâ Deo*

Deo humana carne opprobria & dolores passura, Deum offenderunt maculata & deturpata ipsa carne, quam à Deo acceperant.

409. Prima malorum omnium Salomonis abes & radix fuit ingratitude: si enim gratus foret, infidelis non esset. Adolescentis Josephi pudicitiam tentavit impudica domina, cui Josephus demiratus ait non posse se offendere dominum suum, cui valde erat obstrictus, nec Deum suum, à quo acceperat vitam & libertatem: *Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum.* Gratitude igitur eripuit Josephum de manibus impudicæ dominæ, eumque totius Ægypti dominum constituit. Illa enim multum confert, ut quis fidelis, ac felix evadat.

410. Erat Josephus vir justus, & ab illo patrandi scelere abstinuit metu prius ne Putipharem, deinde ne Deum offenderet: *Quomodo ergo possum hoc malum facere?* Nam circa culpam contra Deum versatur misericordia, circa offensam præsertim ingratitude contra proximum, justitia: & certè peius est fieri ingratus, quàm peccator: nam peccator, quamvis differat solutionem, non negat debitum, ingratus verò ut neget obligationem, ipso debito benefactorem offendit. Distulit bonus latro solutionem usque ad patibulum, in eo tamen se debitorem factus est: *Nos quidem justè, nam digna factis recipimus.* At Judæi ut negarent debitum redemptionis, & Christum vitâ privarent, impulsus sunt ipso beneficio assumptæ carnis humanæ: *Quia cum homo sis, facis te ipsum Deum.* Certè mirandum est quòd creaturæ inter omnes nobilissimæ: ac sapientissimæ, qualis Lucifer, Adamus, Salomon laberentur in pessimum vitium ingratitude: cum sit idem ingratum atque ignorantem esse. Quid igitur in causa est, ut evadant turpiter ingrati, qui sapientiâ præditi, & mentis perspicacis compotes sunt? Superbia, qua excæcati volunt omnia suo judicio deferri: est arrogantia pinnaculum, ex quo ruunt præcipientes, qui de sua sapientia sibi complacent, ac inaniter intumescunt.

S. T E R T I U S.

Ingratitude cupida Salomonis.

411. Fuit Salomon idololatra & cupidus: nam idolum cupi-

ditatis sceptro inest: & quidem pessima ingratitude est Principem flagrare cupiditate erga subditos: nam subjectioni (est subiectio maximum in humanis donum) quam accipit à subditis, correspondet, volens elicere ab eorum venis sanguinem, qui est fons vitæ. Fuit Salomon adeo divitiarum avidus, ut cum polleret thesauris opulentissimis, suos tributis multiplicatis vexaret. *Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis* (dicebat populus ad Roboamum ejus filium) *tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui.* Nullus in Principe major error dari potest, quam quærere cum discrimine, quod ex beneficentia relinquendum est: siquidem major virtutum gloria in boni firmitate collocatur. Regnum turbat, & periculo exponit subditorum obedientiam Princeps cupidus: nam cupiditas cum ipso sceptro affert tyrannidem.

Princeps esse debet pastor. 412. Princeps esse debet pastor, & non mercenarius erga suos: pastor gregem suum pascit, mercenarius se pascit de alieno grege: Deus verò agrè fert commutari amorem utilitate: *Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum* (loquebatur Deus de Principibus Israelis) *& cessare faciam eos, ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius: pastores semetipsos, & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in escam.* Noluit eos suum populum pascere, quia cum debuerint pastores agere, agebant mercenarios. Pastor tuetur gregem, mercenarius destruit: nam ille regit ductus amore, hic cupiditate. Principes autem Israelis adeo erant cupidi, ut se solos vellent pascere. Suos Christus discipulos constituerat mundi pastores, & illis dixit postea mitti sicut oves inter lupos: *Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum.*

Matth. 10. Quid? si facit pastores, quomodò mittit tanquam oves? De ove detrahitur lana & lac, ut alii vestiuntur ac sustententur: & hoc Principis onus est sibi demere in aliorum remedium, & non exuere alios, ut se induat. Constituit igitur Christus discipulos suos pastores, & oves: pastores ut suas oves pascerent: oves, ut se ipsis ad vestiendum & alendum opem ferrent.

Tributa parca exigat Principes. 413. Non defuere olim qui suadebant Alexandro, ut tributa à suis populis exigeret, quibus ille: Imitari placet bonum hortulanum; qui in plantando potiùs quam in avellendo collocat industriam. Documentum politicum est utile omnibus, servare plantam,

tam, ut fructum proferat: & non destruere gregem proinimium tondenda lana, & lacte exprimendo. Deliquit Adamus in paradiso, & induit se ovinis pellibus: *Fecitque eis tunicas pelliceas.* Pro Gen. 3. Adami peccato abolendo natus Christus induitur pano: *Panis in-* Luc. 2. *volutum.* Nam Adamus tanquam Princeps peccator parvi fecit excoriare oves, ut se indueret, Christus ut justissimus Dominus vestitur pano, qui ex lana conficitur absque detrimento ovium. Tempestivè gregem tondere ac mulgere, pastoris est: excoriare, & sanguinem elicere, tyranni. *Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum, & qui vehementer emungit, elicit sanguinem.*

414. Tributa sunt imponenda populo temperatè, & adverten- Prov. 30. ter: quia non tam recusat populus vitæ pericula subire, quam fortunarum pati detrimenta: præsertim quando ipsas fortunas sudor, vel sanguis comparavit. David maluit sustinere sitim, quam bibere urceum aquæ suorum militum partæ sanguine. Roboam illius nepos ob immoderata tributa regnum & subditos amisit: *Recessitque Israël à domo David usque in presentem diem.* Theopompus Lacedemoniæ Rex nonnulla tributa, quæ Reges antecessores imposuerant populo, remisit: & cum ejus uxor quereretur relinquendum successori Principi regnum tenue, respondit: *At relinquo diuturnius:* quasi ex tali tenuitate ad majorem firmitatem regnum vires ceperit: Quando tributa immodica sunt, regni duratio modica est: quia innatus dolor torquet omnes. Non suffinet populus emitti sanguinem è venis, quibus assiduo labore, partum retinet: nec patitur nobilitas manere sine privilegio sanguinem, quem ad majorem ipsius splendorem profudit.

415. Mersus sopore gravi erat Adamus, quem Deus illi immisit, ne sentiret ablationem costæ eripiendæ, ut formaretur Eva: *Immisit soporem in Adam:* quicumque enim vigil dolet vehementer de re sibi ablata. Princeps optimus magno pere curare debet, ne sit oneri subditis. Suadebat diabolus Christo in deserto, ut se daret præcipitem fisis adventu subito Angelorum, qui offensionem omnem cadentis depellerent manibus portantes: *Angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te.* Displicuit Domino adducta ratio, & illico declaravit illum tentatorem esse: *Non tentabis Dominum*

Populus cautè tractandus à Principe.

2. Reg. 23. 3. Reg. 12.

Princeps debet levare & non gravare subditos.

Gen. 2.

Matth. 23.

Dominum Deum tuum. Quia Rex optimus semper renuit onerare, nec permittit à suis unquam subditis portari, præsertim inaniter, & inutiliter. Quando opus fuerit aliquid ab illis auferri (sicut Deus abstulit ab Adamo) ita fiat, ut non doleant. Præcipua Regis cura sit omnibus conferre, & à nullo auferre, & sic non erit populis importunus.

Liberalitas dat titulum Regis. Matth. 2. 416. Donando conservat Rex titulum, auferendo, seu recipiendo perdit. Quando Magi inquirebant Christum, Hierosolymam intrantes dicebant: *Ubi est qui natus est Rex Judæorum.* Ore pleno Christum appellantes Regem: quando verò ingressi sunt locum, ubi Christus erat, appellatur puer: *Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus.* Cur antea Rex, postea vocatur puer? Quia ante ingressum domus illius magi accipiebant à Christo, scilicet illustrationem mentis, impulsam voluntatis, & splendorem ductricis stellæ, quæ præviâ ferebantur: at post ingressum, Christus accepit ab illis munera, aurum, thus & Myrrham. Princeps qui à suis subditis accipit, nec Regis, nec Domini retinet titulum.

Luc. 10. Quando Christus domum Magdalænæ intravit, Jesus appellatus est: *Intravit Jesus in quoddam Castellum,* quando ingressum excipiens Magdalena ad illius pedes sedebat, vocatur Dominus, *Sedens secus pedes Domini.* Cur hic Dominus, & non antea? Quia antea veniebat accepturus hospitium: postea conferebat beneficia ipsi Magdalæ & toti domui. Viderunt fratres Josephum stellis, & ipsarum luce circumfusum, & non ideo indicarunt Regem: at futurum Regem suspicati sunt, quando viderunt tritici manipulis circumdatum: *Numquid Rex noster eris.* Quia stellæ designabant lucem & splendores, quibus Josephus in se claresceret: manipuli designabant frumentum, quo populum famelicum alens, & satians gubernaret.

Tributa imponendi modis. 417. Dicta hæc tenentur ad duo, alterum non debere Principem tributa imponere absque boni publici causa & necessitate probata: alterum, quando hæc concurrunt, debere subditos suo Principi necessaria suppeditare: quia nec totum sine partibus, nec partes sine toto possunt subsistere. Si lex naturalis obligat subditos ad tuendum suum Principem vitâ, quomodo re-

nueunt

§. TERTIUS.

Supplicium ingratitude politica Jeroboami.

436. Interemit Jeroboamus subditos suos veneno-falsi cultus; nam vera religio est fons, omnibus affluenter vitam impendens. *Religio falsa destruit, sicut vera conservat Principes.* Propter illius ingratitude & infidelitatem Deus ejus familiam scepro & vitâ spoliavit; nam ingratitude politica errores secum, cum impietate, portant supplicium; & nihil est quod ingratitude conservetur: ingrata oblivio offendit, infidelitas movet Dei iracundiam, fraus abominationem: *Mundabo* (ait Deus) *reliquias domus Jeroboam, sicut mundari solet fumus usque ad purum.* *3-Reg. 14.* Posteritas impiorum evanescit tanquam fumus: & quicumque Princeps voluerit suam posteritatem conservare & perpetuare, debet gratus esse, & zelator divinæ legis: nam gratitudo Principis Deum obstringit, & lex divina observantem conservat. *Legis observatio conservat principem.* Legem divinam Christus in mundum attulit, ut eius observatione mundus conservaretur. Quod si Deus permittit in aliquod tempus falsum cultum, hujusmodi permissio est in hominum supplicium, & non in Principum conservationem. Hoc exempla vetera testantur, recentiora lugent: *Impius facit opus instabile: & quasi tempestas transiens erit impius.* *Prov. 11.*

437. Extincta est ita breviter familia & posteritas Jeroboami, ut in successorem ejus, & ipsius impietatis filium Nadab rebellaverit subditus ejusdem Baasa, & illum vitâ spolians, ac scepro positus, extinxerit universam familiam Jeroboami, juxta supplicium à Deo prænuntiatum. Sunt impii & tyranni valde similes fulmini, quod ubi primum circumfuso igne corripit, & absomit omnia, statim evanescit. Idcirco Christus juxta Isaiam assimilavit fulguri ruinam Luciferi: si enim ut impius cecidit, & ut ignis exarsit, etiam evanuit instar fulguris: *Videbam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem.* Instar fulguris brevi duravit in loco, ubi ascendere ex ambitione cupidus appetiit; nam hoc supplicium consequitur ambiciosos desertores Dei, qualis fuit Jeroboamus, & ejus liberi. *Isai. 14.*

438. Verum si Deus gravi illo supplicio animadvertit in Princi-

K k

pem

Author criminis gravioris puniatur. pem ob scelus vitulorum, quos erexit adorandos, cur non punit eius sequaces idololatrias? quia author sceleris omnem meretur poenam.

Matt. 26. Inter omnes qui in horto catervatim irruerunt in Dominum, soli Malcho Pontificis servo Petrus inflixit vulnus, quin in reliquos ullum dirigeret ictum. Cur uno tantum fauciato, non vulnerat alios? Malchus præferebat laternam, ut alios duceret: qui verò ad malum committendum præluet cæteris, omne in se convertit supplicium. Voluit Deus punire Coreb, & cum eo ducentos & quinquaginta viros, eo quòd in Moyſen ſeditionem moverent: tunc Moyſes & Aaron genibus flexis deprecabantur Deum, ne pro ſcelere unius omnes plecteret: *Num. 16.* *Num. uno peccante contra omnes irata deſerviet.* Videbantur ex metu quaſi delirantes falſa proponere. Si enim facta ſeditione tot homines deliquerunt, cur de ſolo delicto Coreb mentionem faciunt? quia Coreb fuit caput ſeditionis, proindeque author totius ſcleris, & ideo manebat omnium ſupplicio obnoxius.

§. QUARTUS.

Impia ratio politici ſtatus ſemper fuit ruina Principum.

Status impia ratio eſt principum ruina. 3. Reg. 15. 439. Elegit Deus Baafam in poenam familiae Jeroboami propter eius impietatem, ad quòd munus, ei confert ſceptrum: verum Baafa ſupplicio executioni mandato impius manifeſtatur inſtar Jeroboami. Cur ſic excæcatur, ut non cogitet recens exemplum, ad vitandam culpam, & declinandum ſupplicium? quia Princeps arbitratur in ſola politica ſtatus ratione quantunvis impia conſervationem habere; & certè ingratitudeſcem Hebræorum idololatria ſemper aſſociavit. In ſolitudine defecit à Deo populus ad vitulum, quando Deus eum ducebat per miracula: *Exod. 32.* *Fac nobis Deos, qui nos præcedant.* In terra promiſſionis cumulat à Deo beneficiis, impletus eſt idolis. *Iſai. 2.* *Repleta eſt terra eius idolis.* Cum enim eſſet populus ingratus, ingratorum idolum diabolus eſt, & in diabolo omnes ingratitudeſcem errores reperiuntur. *Matt. 8.* *Veniſti huc ante tempus torquere nos.* Extrahebat Chriſtus dæmones à ſepulchris: *Occurrunt.*

runt ei duo dæmonia de monumentis exeuntes: Et illi querebantur Dominum, quaſi ab eo torquerentur: at nullum diabolo gravius tormentum eſt, quàm offerri ipſi occaſionem ad gratificandum: cum enim ille fuerit primus author ingratitudeſcem, ideò primum idolum manſit ingratorum.

440. Indignatus Deus contra ingratitudeſcem Baafa miſit ad illum prophetam, qui diceret: ſiquidem Dei omnipotentis auxilio fuerat erectus de terræ pulvere ad thronum Iſraëlis: & inſtiterat veſtigiis ac erroribus Jeroboami, pro comperto haberet ſubitum idem ſupplicium ingratitudeſcem: nam politica ratio quæ nititur impietate, ſecum portat interitum: *3. Reg. 16.* *Faciã domum tuam, ſicut domum Jeroboam.* Noto huiusmodi Dei indignationem: ſi enim cor generoſum æquè oblivifcitur injurias ſibi illatas, atque beneficia à ſe collata, cur Deus minatur Baafa propter offenſam ab eo acceptam, & collatum illi honorem exprobrat? *Memoria beneficii, oblivio injuria. 3. Reg. 16. Exod. 5.* *Exaltavi te de pulvere, & poſui te ducem ſuper populum meum.* Aliter ſe geſſit Deus erga populum ſuum, quando per legatum miſſum ad Pharaonem, exegit illius libertatem ad ſacrificandum in ſolitudine: *Dimitte populum meum, ut ſacrificet mihi in deſerto.* Cum enim intenderet Deus populum ſuum in libertatem aſſerere, illique tellurem promiſſionis ſubjicere, & prænoſceret illius rebellionem in deſerto, ſolum recordatur ſacrificii, quod ab ipſo populo ſperabat: nam generoſus animus æquè immemor eſt injuriarum, quas accipit, & beneficiorum, quæ confert: ſolumque recordatur impenſi ſibi obſequii.

441. Servator Dominus quando à peccatis, ſeu injuriis Deo illatis abſolvit Magdalenam, coram Pharifæo eam multum commendavit de acceptis obſequiis, & peccata leviter attigit, idque in ordine ad veniam: *Oblivio malorum in Deo. Luc. 7.* *Remittuntur peccata tua.* Eſt enim benigni Dei noſtri ingenium meminifſe bonorum, quæ facimus, & oblivifci malorum, quæ patramus: ſi loquitur de peccato, eſt ad remittendam injuriam; mentio de illo eſt novum beneficium, quod medietatur conferre. Cur igitur longè aliter ſe geſſit Deus erga Baafa, ab ipſo offenſus? quia debito ſupplicio afficere & coërcere errores ingratitudeſcem, eſt juſtitia ſimul & magnitudo: juſtitia, quia ingratitudeſcem eſt crimen inter omnia peſſimum; magnitudo, quia pretium eſt beneficii, illud magni facere; qui autem non punit in-

gratum, despicit beneficium, & favet ingratitude. Mundavit Christus leprofos, & simul objurgavit ingratos: *Nonne decem mundati sunt, & novem ubi sunt? Non est inventus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena?* Nam dissimulare cum ingratis est illis favere.

Memoria beneficiorum torquet ingratos.
Num. 14.

442. Ingrati nullo acerbiori supplicio torquentur, quàm beneficiorum memoriâ; hæc enim illis manifestat obligationem, & errorum coarguit. Rebellavit populus in solitudine, & indignatus Deus ait Moyfi, se rebelles peste infectos deleturum: *Feriam igitur pestilentiam, atque consumam.* Intercessor Moyfes pro populo ad Deum, in illius revocat memoriâ beneficia, quæ populo contulerat, & supplicium Deus suspendit: *Dimisi secundum verbum tuum.* Quid? si Deus peccatum illud condonaturus est populo, cur indignatur? quia indignatio contra ingratos semper est iusta; & suspendere pestis supplicium, non fuit condonatio peccati, sed majus supplicium; quia cum Moyfes interim referret populo beneficia à Deo accepta, & populus esset ingratus, plus erat torquendus, & consumendus illa beneficiorum memoriâ, quàm corporum pestilentia. Hoc instructus documento Jacob, quando exprobravit filio suo Rubem, suam ab ipso maculatam familiam, prædixit obtenturum excellentiam inter reliquos fratres: *Prior in domis, major in imperio.* Ut nempe memoriâ beneficiorum eius ingratitude puniretur: filio tali prædixit, ipsum, postquam fuit ingratus, favendum: & certè ingratitude vincere beneficio, contra ingratitude, victoria est, contra ingratum, supplicium; quia ingratus non potest non torqueri cognoscens victorem suum adversarium.

Gen. 49.

Principes impatientes reprehensionis.
3. Reg. 16.

443. E vita decessit Baasa, sed non ab erroribus; errores enim Principis correctionem nesciunt; illi igitur successit in regimine & impietate filius Elâ, politicus æquè impius ac pater. Regiminis exordium fuit stricto gladio interficere Prophetam Jehu, eo quòd præteritæ ingratitude coarguerat ejus parentem; ingrati enim nec divinam admittunt objurgationem; & principes, cum se æquè supremos ac irreprehensibiles cogitent, objurgationem vertunt audaciæ, monitionem arrogantæ; nam ægrè ferunt putantes judicio ac probitate sibi superiorem esse illum, à quo monentur. Jeroboamum

boamum ablegavit Salomon propter sibi factam ab eo monitionem. Saul impatienter tulit unicam veritatem, auditis libenter mille mendaciis. Samuel vivens petit veniam à Saule, ut illi veritatem indicet: *Sine me, & indicabo tibi.* At mortuus sine petita venia dolos aperit: *Cras tu, & filii tui mecum eritis.* Nam soli mortui absque metu, & impetrata venia possunt Reges monere. Certè ingratitude magna est respuere utilem increpationem: hæc enim licet quandoque non sit remedium in tempus præsens, semper esse potest monitio in futurum: at Principes illam non ferunt, quia illis aperit culpam, & detegit errorem, quem ne fateantur, malunt ruere in interitum.

1. Reg. 15.

1. Reg. 20.

444. Si Deus Eliam, qui occiderat prophetas Baal, eripuit à furore Jezabelis, cur non eripuit suum prophetam Jehu ab indignatione Elâ, cum ab ipso Deo emanaverit illa objurgatio, & offensa illata servo, ejus domino inferatur? Idcirco David ferro flammaque depopulatus est civitates Regis Amnon, quia se judicavit affectum injuriâ, quæ suis legatis inflicta fuerat. Eripuit Deus Eliam à furibunda Iezabele, quia destinaverat illum ad aperiendos dolos Principibus. Morte ipsa voluit honorare prophetam Jehu, & punire Elâ. Honoravit prophetam, quia coronâ veritatis ultra reliquas, vera loquentem condecorat. Sic Christus postquam suum præcursorem cunctis honoribus cumulavit, tandem veritatis coronâ insignivit: hanc sibi elegit Christus proprio rubricandam, & purpurandam sanguine: talis fuit spinea corona. Ideo Ioannes quando in Apocalypsi vidit Christum multiplici diademate redimitum: *In capite ejus diademata multa.* Notavit in eo scriptum esse fidelitatis & veritatis nomen: *Fidelis & verax.* Condecoravit veritas omnes coronas, quia sine veritate esse nequeunt coronæ gloriosæ.

Veritatis corona.

Apoc. 19.

445. Sic Deus filium suum, sic & prophetam Jehu honoravit, simulque punivit Elâ: quia non diu potitur coronâ, qui damnat innocentiam. *Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus valde, & mittens occidit omnes pueros.* Non appellat Herodem Regem, quasi dignitate & corona regali fuerit privatus eo ipso, quòd infectaretur innocentiam. *Tuli diadema, quod erat in capite ejus, & attuli ad te, Dominum meum hunc.* Attulit nuncius ille

Innocentiam damnans coronatur.
Matth. 2.

2. Reg. 1.

coronam regiam Saulis ad Davidem : cum enim Saul innocentiam Davidis persequeretur, necesse fuit spoliari corona. Biennio suam gestavit Esà, qua simul & vita fuit privatus gladio Zambri sui clientis: *Irruens ergo Zambri percussit, & occidit eum.*

3.Reg.16.

Ambitio
severa est:
3.Reg.17.

446. Cum arripuisset sceptrum Zambri interfecta & extincta omni familia Baasa, nemini pepercit: *Delevitque Zambri omnem domum Baasa.* Nulla enim est bellua sævior, quam imperii ambitio. Occidit Abimelech septuaginta fratres: & Herodes omnes Bethlehemiticos innocentes. Executioni jam mandata sævitia, recepit se Zambri in civitatem Thersa immemor rerum omnium præterquam idolorum Jeroboami: neque dari poterat oblivio infanior, neque cura improbior.

Sceptri con-
servationis
cura.

Fuit oblivio insana: quia post arreptum violenter sceptrum, non cogitavit de illius tutamine & conservacione: certè conservacio sceptri etiam in iis, qui legitimè succedunt, vigilem sollicitudinem postulat. Quod si violentia comparatur, omnis vigilantia necessaria est; nam extrema violentia extremo subest periculo. Cum Adamo paradisi adeptio & possessio nullo stetisset labore, vel industria, illi commendavit Deus ut in retinendo & custodiendo laboraret: *Ut operaretur & custodiret.* Quid? ad custodiam exigitur labor? Conservatio paradisi eget Adami labore? ita: quia etiam comparatum sine sollicitudine non conservatur sine vigilantia: vult Adamus retinere? laboret, invigilet: nam deficiente cura, deficit conservatio. Quia verò Adamus curam deposuit, possessionem amisit. Hæc fuit incuria Adami; & cura Zambri qualis fuit? jam expono.

Gen.2.

Impietas
politica ra-
tionis de-
struit, non
servat.

447. Fuit cura & sollicitudo Zambri impia. Cum enim vidisset Deum punientem familiam Jeroboami propter impietatem, & ipse mandasset executioni supplicium in familia Baasa, voluit eadem impietate ex ratione politica usurpatum sceptrum retinere; & ideo acerbiori supplicio affectus est, siquidem puniens ingratitude politicom, politicus mansit ingratus: *Non est tui officii Ozia, ut adoles incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est filiorum Aaron.* Si satis erat exponere, thus Deo adolere ad solos spectare sacerdotes, cur meminit Azarias de illis, qui ab Aarone trahebant originem? quia voluit in Principis illius memoriam revocare supplicium,

2.Paral.
26.

plcium, quo fuere multati Dathan, & Abiron, cum se intromitterent officio Aaronis, & sic monuit, Deum animadvertere severius in eum, qui ad conspectum alieni supplicii propria scelera non corrigit.

§. QUINTUS.

In Principe non tam damnatur error, quam incuria.

448. Perlatum est nuncium rebellionis Zambri ad Gebethon, ubi castrametatus erat exercitus Israël, & ab eo statim ejusdem Generalis dux Amri fuit acclamatus Rex. Pluriès arma detulere sceptrum, quam successio. Videant Principes, cui committant arma: nam ubi potestas, ibi dominatus. Ubiprimùm Amri se agnovit Regem acclamatum, decrevit movere castra, & suum quærere adversarium Zambri; neque enim quis prudenter suscipit egregium facinus, ut in ipsius molitione quiescat, sed labore sedulo prosequatur. Hac de causa non fuit excitatum templum gloriæ in valle amæna, sed in monte valde edito, quò non sine labore fieret ascensus. Nemo enim ex quiete gloriam comparat. Priùs Christus ad montem, quam ad gloriam ascendit, & montium omnium editissimus crux fuit. Etiam diabolus quando voluit ostendere Christo omnem mundum, & ipsius gloriam, duxit in montem editissimum: *Assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Nemo comparat gloriam evadens in altum montis cacumen, quin priùs difficultates superet: non enim nisi per summos labores ad gloriam ascenditur. Quòd si privato cuique labor summe necessarius est ad acquirendum, & comparandum, Principi maximè, cui ipsosmet homines acquirere, & conservare incumbit.

Domina-
tus ex po-
testate.
3.Reg.16.Labor ad
gloriam
via.

Matth.4.

449. Prospexit civitatem Thersa datus in illius conspectum cum universo exercitu Amri, & statim despondens animum Zambri, se recepit in interiora palatia cum sua familia, & admoto de illius mandato, circumquaque igne, omnes miserrimo incendio conflagrarunt. *Et succendit se cum domo regia.* Crudelis debilitas Principis ignavi, nata ex incuria, quæ in moderatore plus damnatur, quam

Incuria
Principis
plus nocet
quam er-
ror.

3.Reg.16.

Luc. 22. quàm error. Negavit Petrus Christum, & Dominus solo intuitu in eum animadvertit: *Conversus Dominus respexit Petrum.* Obdormivit in horto Petrus, & statim eum Dominus verbis corripuit: *Simon dormis? Negantem non objurgat, sed dormientem? Ita: quia in Petro Apostolorum capite, negare fuit error, dormire incuria: at in corporis mystici capite plus culpari debet incuria, quàm error: liquidem omnes fere ab incuria pullulant errores.*

Crudelitas cum ignavia jungitur. 450. Audax fuit Zambri ad interficiendum suum Regem Elâ, eique detrahendum sceptrum, & animo defecit, ut se, & usurpatum sceptrum defenderet ab Amri cliente suo. Nam tyrannus ad offendendum crudelis, ad se defendendum ignavus est: & certè quò ignavior, eò crudelior. Accipiens Herodes infantis Judæorum Regis natalitium turbatus, ac metu correptus jubet interfici innocentes Bethlehem. Cùm enim foret ignavus ad timendum, extitit crudelis ad necandum.

Matth. 2. Triplici ex causa Zambri infeliciter mortem oppetiit: ex impia status ratione, insanâ incuriâ, & ignavo metu. Politica ratio, quæ impietate nititur, semper infelicem peperit mortem, quam multi Israëlites Principes subiere: incuria Sansoni exitum attulit; nec sævior hostis principis est, quàm ignavus timor; hic vires & mentem præpedit, ne operetur quidquid vitæ, & honori suo debet. In rebus arduis enitescit generositas, & pluribus ingenuus valor, quàm degener metus salutis est.

Matus decorat. 451. Probè agnovit Judas Machabæus periculum, in quod se projecit contra hostes; sed mortem non timuit, ut honori confu-
Virtus dat immortalem gloriam. leret. Nam quicumque vitæ propriæ famam substituit, ita morte definit, ut fama vivat; virtus enim eam habet vim, ut, in natura ipsa renitente, immortalitati consecret quidquid fragile & caducum est. *1. Mach. 9.* Absit istam rem facere, ut fugiamus ab eis (dicebat strenuus Machabæus) & si appropriavit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ. Majus discrimen quàm fuit illud Zambri, evasit Gedeon victor. Princeps semper intueri debet extrema, aut stellam esse, aut cinerem: neque enim minùs fulgebit quàm stella, si pro vitando turpi dedecore redigatur in cinerem. Jonathas, quia intrepidus, uno comitatus armigero superavit Philistinos, quos si formidaret David, neque vince-

vinceret, neque sui populi assertor foret. *Versa est in colubrum, Exod. 4. itaut fugeret Moyses.* Injunxit illi Deus ut arriperet serpentis caudam: *Extende manum tuam, & apprehende caudam ejus.* Quisnam inter serpentis apprehensionem, & populi libertatem nexus est, ob quam restituendam Moyses in Ægyptum mittebatur? Magnus nexus est: nam vir, cui difficilia commendantur, esse debet talis, ut ex timore in turpem fugam non conjiciatur: nec se intra parietes claudat, ut obsessus flammis infeliciter pereat instar Zambri.

452. Se interfecit Zambri propter timorem natum ex incuria: & Amni obtinuit sceptrum, quod ex cura retinuit. Verum Amni possessione sceptri ita factus est impius, ut impietate vicerit suos omnes antecessores: *Operatus est nequiter super omnes qui fuerant ante eum.* Erant Principes decem tribuum instar viperarum, quibus ea natura est, ut ex una præmorta nascatur alia. Omnes fuere ingrati, plures ambitiosi & idololatræ. Ingratitudo fecit tyrannos, ambitio infames, idololatria sceleratos. Nam ingratus negat reverentiam, honorem, obligationem tam Deo, quàm hominibus: ambitiosus pronus est ad falsitatem, vindictam, invidiam: idololatra gurges, vel seminarium vitiorum est; qui enim adorat dæmonem, non potest non amare, & omnem in se continere turpitudinem. Quæro tamen, quodnam sustinuit Amni supplicium ex sua ingratitude & infidelitate? Filium habuit Achab omnium Principum Israëlites impiissimum, ex quo nepotes amifere sceptrum unâ cum vita, quin in mundo remaneret memoria aut vestigium talis posteritatis. Nam ingratitude politica secum cum impietate portat supplicium.

Sceptrum perditur ex metu, & negligentia 3. Reg. 16.

Memoria impiorum perdenda.

CAPUT IX.

Ingratitudo Regis Acab plus omnibus

impia & perversa fuit.

§. PRIMUS.

Impius Acab aequè ingratus ac perversus fuit.

Ingratitudo Acab. 453. **S**uccessit Amri in corona & sceptro Israël filius eius Acab cum infami Jezabele uxoratus. Suspenditur mens, fissit calamus, præpeditur ratio, tandem hoc pessimo exemplo. Si enim vitia collocata in folio ad imitationem potius, quam ad abominationem excitant, cur Deus voluit hominibus fuisse reliquam sceleratorum Principum memoriam? *Fecit Acab filius Amri malum in conspectu Domini, super omnes qui fuerant ante eum.* Eorum mansit memoria, ut supplicii, quo affecti fuerunt, timor principes compesceret: nam erga illos potentior est timor quam obligatio. Saul oblitus beneficii regni accepti negavit culpam, quam timore supplicii passus est. Etiam David culpam ploravit objurgatus, & metu perterritus.

*Timor supplicii potens.**Supplicii timor movet Principes. Gen. 2.**Joan. 13. Matth. 3.*

454. Primum orbis principem voluit Deus memoriâ impendentis supplicii in officio continere: *In quocunque die comederis ex eo morte morieris.* Cur non revocat in memoriam beneficia, quibus eum formaverat, locupletaverat, & in paradisi possessionem induxerat? quia principes moventur plus supplicii, quam beneficii memoriâ. *Si non laveris te, non habebis partem mecum. Sine modò, sic enim decet nos implere omnem justitiam.* Cur Petro lotioni resistenti minatur Erebum, & à Joanne baptismo reluctantem solum, absque minis, petit beneplacitum? *Sine modò.* Quia Petrus erat princeps, & solius supplicii timore Principes rationi parent. Moyse & Davidis memoriam nobis reliquit sacer textus ad exemplum, Acabi & Jezabelis ad terrorem. Nulla navigatio periculiosior est, quam regiminis: & ideo topographia, seu charta nautica

non

non solum indicat pro vitandis periculis, salutis portus, sed etiam naufragii brevia & Syrtes.

455. Fuere hujusmodi principes ingrati Deo, & moribus perversi: nam ingratitude illos reddidit impios, cupidos, tyrannos: cum verò ingratitude in impio sit magis perversa, finxere religionis zelum, & ad hunc finem excitarunt templum, idque sacrarunt idolo Baal additis illi prophetis & sacerdotibus. Hoc enim figmento volunt principes suo dominatui subditos subjicere (quasi illis videatur justum quòd pium apparet) & supremi permanere. Acab & Jezabel inter omnes principes Israël fuere perversissimi: adeo, ut pro suæ legis defensione excitaverit Deus tempestate illa prophetam Eliam zelo & constantia mirabilem: *Surrexit Elias propheta, & verbum ipsius quasi facula ardebat.*

*Impietas ex ingratitude.**Eccl. 48.*

456. In omni ætate zelavit Deus legem suam, pro qua tuenda contulit mundo defensores: cum enim divina lex nitatur ratione, debuit in hominibus habere adversarios, à quibus impugnaretur: & quidem majores legis divinæ hostes sunt, qui fictæ pietatis nomine impugnant: figmentum enim tegit malitiam. Illam tempore legis scriptæ defenderunt prophætæ: tempore legis gratiæ tuetur Ecclesia catholica doctrinâ pariter Doctorum, & sanguine martyrum, utpote Christi doctrinâ & sanguine fundatam. Petra ædificii immobilis est, utpote ipse Christus: & eam Deus artifex ex tusionibus ac pressuris nitidior, & splendidior reddit. Argumentum veritatis est, quòd semper manet eadem, & ex contradictione evadit manifestior. Christiana religio instar solis est, qui postquam absomit oppositas sibi nubes ac nebulas, manet rutilantior. Est mulier illa cœlestis, amicta sole, calcata luna, ornata stellis, quam malignus & Tartareus Draco invasit: *Draco stetit ante mulierem.* Sed in hoc conflictu suppetias ivere aquilinæ penæ, scilicet sacrorum Doctorum, ut se tueretur à Principe Tartareo, illæsamque & intaminatam servaret splendorum pulchritudinem.

*Veritatis impugnatore Dei inimici.**Defensio veritatis.**Apo. 12.*

457. Punivit Deus Israël ob idololatriam triennali fame: nam peccata contra religionem in se armant cœlum, cui bellum movent. Sibi persuadens Acab ob Eliæ zelum inflictum supplicium, ab eo rogavit, an ille esset, qui perturbabat suum regnum?

Peccata contra religionem puniuntur.

Cui propheta respondit perturbatores Israëlis esse ipsum Acab, & familiam parentis ejus, qui deseruerant Deum, ut sequerentur diabolum. 3. Reg. 18. Onus toti corpori injunctum est sentire capitis ægotantis mala. Similem olim sterilitatem populus senserat propter culpam Saulis, quando juramentum fregit Gabaonitis & propter culpam Davidis, quando jussit populum redigi in catalogum. 2. Reg. 24.

Zelus est imparvidus 458. Verum sic respondet Elias principi indignato? Si fugit iracundiam Jezabelis, cur non formidat indignationem Acab? Hunc non timuit propheta, quia zelus metu caret, & obedientia periculo exponi non debet. Jezabelis iracundiam declinavit Elias, postquam eius prophetas occidit: quia acceperat à Deo, sibi in ejusdem obsequio superesse plura exequenda, & ne deesset obedientiæ, è Samaria discessit. 3. Reg. 19. Idem non timuit indignationem Acab, quando ob idololatriam corripuit: quia tunc Dei honorem zelavit, & zelus imparvidus est. *Dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim.* De templo ejecit Christus verberibus vendentes, & ementes: *Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes ejecit de templo.* In eodem templo se occultavit, ne à Pharisæis lapidaretur: *Jesus autem abscondit se, & exiit de templo.* Quid? in templo flagellat, & in templo se abscondit? Se lapidaturis occultavit, ne periculo exponeret obedientiam moriendi in cruce: idem ex zelo divini honoris verberavit prophanantes templum: *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* Zelus legitimus non formidat; vera obedientia periculo non exponitur: minus declinat periculum, ut majorem subeat laborem.

Vix esset Princeps malus si deessent adulatores. 459. Audivit Acab doli mali delectionem, sed non agnovit delictum: cum enim falsis prophetis assuetas aures gereret, sola adulatio illi videbatur veritas: & certè vix daretur princeps malus si deessent adulatores. Sauli ruinæ fuerunt: Pharaonem labefactarunt. Vehementer queruntur homines tyrannidem, quam ad ubera adulationis nutriunt; tanto enim publico malo procurant quæ suis virtutibus assequi nequeunt. Cum igitur intelligeret Elias non sufficere veritatem, ut corrigeretur princeps, operis evidentiam suadere voluit. Rege annuente, inter ipsum & falsos prophetas conventum est, ut totam controversiam cœlestis ignis arbiter dirimeret. in sacrificio peragendo ad placandam Dei indignationem contra.

contra Israëlem. Igne purificantur justii, puniuntur impii. Jussit Rex acciri prophetas Baal, qui congregati in monte Carmelo unâ cum populo tandiu ad idolum clamantes implorarunt ignem, donec fraudis detectioni subacti, qui victimas volebant immolare, mansere victimæ immolatæ simulacris Tartareis. Clamavit Elias ad Deum, & ad primum clamorem, *Cecidit ignis Domini, & voravit holocaustum.* 3. Reg. 18. Potentior fuit Eliæ unicus clamor, quàm repetiti illorum prophetarum clamores: nam pro clamore Eliæ stabat veritas, quæ si non in terra, saltem in cœlo semper auditur. Peracto sacrificio manifestavit Elias Regi fraudes suorum adulatorum: deterruit populum à sacrilego & falso cultu: peremit gladio prophetas Baal, & mandato executioni supplicio, expetita & congruens pluvia decidit super Israëlem, qua omnis sterilitas exulavit.

460. Verum cur Elias se sic obstringit & oppignerat in sacrificando, & Deus similiter in succurrendo populo per miracula, si neque princeps, neque populus dimovendi erant ab idololatria? quia Deus ita abominatur adulatores, ut pro illis puniendis quandoque ferat & sustentet impios: item ut documentum nobis daret, omittendam non esse beneficentiam ex eo quòd alii malefici sint. Operetur bonum Elias, se gerens tanquàm Elias, quanvis suo muneri non satisficiat Acab, se gerens tanquàm Acab. Punit Elias occisione falsos prophetas, & idololatrias pro supplicio mansit ingratitude. At quænam ex duabus actionibus fuit generosior, ea qua Elias dolos aperuit tyranno, an ea qua interfecit adulatores? propter unam veritatem, qua Jehu voluit erudire Baasa, fuit interfectus à principe: similiter & Baptista jugulatus ab Herode: præterea illa censetur actio generosior, quæ periculosior est. Verum (ut credo) magis vivida & heroica fuit actio, qua peremit adulatores: nam adulatoribus inerat amor Acab: Principes enim æquè adulatores ac se ipsos diligunt. Quando igitur Elias principis amorem proprium violavit, actionem edidit, quæ ex majori periculo majorem exhibuit valorem.

461. Ex remedio sterilitatis accepit Rex magnum beneficium solutus omni cura opitulandi famelico populo: sed majus ex occisione adulatorum; nam sterilitati, & cuicumque populi detrimento providentia Principis remedium afferre potest: adulatio verò

irremediabile malum est, ex quo Principi omnia mala proveniunt:

Narravit Acab eventum Jezabeli: & retributio pro beneficiis acceptis fuit minax architectatio mortis contra Eliam pro nece suorum prophetarum vindicanda: quia illis visum est sibi deficere sceptrum, deficiente adulatione. Cum verò in pectore tyrannis tempestas non cesset, donec ventus indignationis prosternat & dissipet, Elias Samariam deseruit: *Timuit ergo Elias, & surgens abiit.*

3. Reg. 19.

Prudentie munus cavere.

Constantie munus sustinere.

Joan. 8.

Joan. 18.

Matth. 26.

Princeps memor injurie.

462. Prudentiæ munus est prævenire quod vitari potest: constantiæ tolerare quod vitari nequit. Christus à mediis Judæis se proripuit, quandiu suum moriendi tempus non advenerat: *Jesus autem abscondit se.* Et quando tempus advenit, quærentibus se tradidit: *Ego sum.* Imò tormenta & opprobria omnia sustinuit absque querela: *Jesus autem tacebat.* Priori actione nos edocuit prudentiam, posteriori constantiam: & certè quò quis prudentior, eò constantior. Memor fuit Acab ad referendum Jezabeli occisionem falsorum prophetarum, & oblitus ad referendum beneficium pluvie pro remedio sterilitatis: quia credidit offensam propriam occisionem falsorum prophetarum, & remedium sterilitatis debitum reputavit: Principes verò æquè sunt injuriarum memores, ac oblitus debitorum. Propinquus morti David recordatus est conviciorum Simei, & oblitus obsequiorum Joab, ut amborum supplicium filio commendaret.

3. Reg. 2.

Ingratitudo Acab.

463. Puniebat Deus ingratham impietatem Acab duro bello, quod contra ipsum gerebat Benadab Rex Syriæ: cum verò in magnas redactus angustias Acab defensionem ac victoriam desperaret, propheta Dei nomine illi prædixit, eademmet die universas copias, & potentiam Benadab ipsi tradendam esse, ut agnosceret Deum

3. Reg. 20.

Israëlis: *Certè vidisti omnem multitudinem hanc nimiam: Ecce ego tradam eam in manu tua hodie, ut scias, quia ego sum Dominus.* Rebus suis diffidentem Acab his verbis ita confirmavit Elias, ut egressus è Samaria, duplici commisso prælio hostem fregerit, tandemque posteriori certamine captum Regem eum magna parte exercitus sub suam redegerit potestatem. Cum tamen debuerit Acab graviter animadvertere in ethnicum tanquam blasphemum, & capitalem hostem sui populi, benignè excepit, & cum eo foedus inivit: *Pepigit ergo foedus, & dimisit eum.* Sic se exhibuit Acab gratum Deo,

Deo, per quem afflictis in rebus levatus, & ab angustiis ereptus egregiam victoriam obtinuerat. At non miror: quia ingratitude reddidit Acab perversum.

464. Duo animadverto, alterum fuisse à Deo remedium exhibitum Acab, alterum fuisse favorem ab Acab impensum Benadab. Nam si Acab ignoravit remedium sterilitatis, ex simili ignorantia non habuit Deo grates pro beneficio victoriæ: nam ingratus quò plus debet, eò magis redditur immemor. At cur honorat Acab illum, à quo contemnitur, si plus formidanda est ficta amicitia, quàm detecta malevolentia? accedunt Pharisei ad Christum postulantes miraculum, quos indignatus Dominus graviter objurgat tanquam filios degeneres & adulterinos: *Generatio prava, & adultera.* Opportunitate alia conviciis laceffit Dominus tanquam Samaritanus, & demoniacus, patienter tulit: *Non ne benedicimus te, quia Samaritanus es tu, & demonium habes?* Quid? blasphematus non exhibet indicia doloris, invitatus ad edendum miraculum ægrè id ferens severè objurgat? Ita: quia petentes miraculum instar discipulorum amantium doctrinam se fingunt amicos, cum accedant animo calumniandi: at vocantes Samaritanum & demoniacum, manifestant odium. Est amicus fictus instar culicis, qui canendo accedens feriendo recedit.

Amicus fictus peior est quam inimicus manifestus. Matth. 12. Joan. 8.

465. Favet Deus Acab ad justificandum supplicium, quod illi postea inflixit: semper enim à Deo nobis supplicia veniunt comite justitiæ. Acab benignè excepit, honoravitque Benadab hostem & contemptorem suum: quia cum esset ingratus, majori odio insectabatur beneficio se obstringentem, quàm injuriosè & hostiliter tractantem. Ardentius & capitalius odium est ingrati erga suum benefactorem, quàm erga suum offensorem. Interficit David gygantem in Saulis obsequium subactis Philisthæis: & Saul meditatur Davidem tradere Philisthæis infestissimis hostibus Israëlis: *Cogitabat quomodo eum traderet Philisthæis.* Cum enim Saul foret ingratus, magis oderat obligationem, quàm offensam.

Ingrati odium in beneficos.

1. Reg. 18.

466. Dolore & ira commotus Deus contra ingratitude Acab misit ad eum prophetam qui diceret: siquidem condonaverat vitam reo mortis, sciret in se, ac populum suum suscepisse idem supplicium: *Anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus.* Condo-

Venia in tempestate puniatur. 3. Reg. 20.

Condonatam superbis veniam odit Deus: quia nata in solos supplices clementia.

At, si parcit Deus populo suo idololatræ, cur punit Acab, eò quòd pepercerit Benadab superbo? quia offensa illata per idololatram consistit in errore, illata per superbum, in contemptu: & offensa contemnentis major est, quàm errantis. Christus appellavit Judam amicum, quando ab eo proditus fuit: *Amice ad quid venisti?* Et non dissimulavit cum Pilato jactante potentiam ad illum absolvendum, & crucifigendum: *Non haberes potestatem adversus me ullam: nisi tibi datum esset desuper.* Nam Judas offendit tanquàm ingratus, Pilatus tanquàm superbus: & nemo connivet suo contemptori. At, si majus est scelus prodicionis, quàm superbix, cur Christus favet proditori, & non dissimulat cum superbo? quia Pilatus infrungebat amorem Christi, contemnens, quasi ipse in illius vitam haberet potestatem, & non hominum auctor: *Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?* Judas visus est honorare amorem, prodens Christum, qui ex amore hostibus traditus necem subierat pro iisdem. Proditio dehonestat ipsum qui prodit: contemptus illum qui contemnitur. Impius Acab inimicum honorat, & benefactorem contemnit: quia ingratus malum pro bono reddit: & magis obstrictus, magis per-versus est.

§. SECUNDUS.

Cupidus inter omnes maximus tyrannus est.

467. Non satis fuit, quòd ingratitude Acab & Iezabelis eos reddiderit perverfos impietate, cum etiam redderet perverfos cupiditate, & tyrannide; nam ingrata impietas his duobus sceleribus associatur: omnia appetit & procurat, nullà justì & æqui habità reverentià: qui enim Deum nescit, erga omnes crudelis est. Exegit Rex à Naboth, ut sibi daret vineam, quam juxta palatium Regis ex patrimonio suo tenui possidebat. Quin illum puderet regalis magnitudinis, & alienæ paupertatis: nam avarus ore semper hiante, altera manu capit, altera exporrectà ad accipiendum, petit.

petit. Est cupiditas vitium, quod de proprio honore, quàm minimam rationem habens, etiam minimè reveretur Deum: nam obcæcavit Apostolum, ut Christum venderet. Renuit Naboth postulationi Regis Acab, & hic nimis agrè ferens denegatam sibi vineam, retulit Jezabeli. Excandescens ergo sæva mulier decrevit innocuum clientem fortunis, honore, & vità spoliare: ut manderet executioni tyrannidem, misit litteras ad Samariæ judices, quibus injunxit, ut quærerent calumniatores contra Naboth, tanquàm blasphemum, & maledicum damnarent ad lapides, quibus à populo impeteretur.

468. *Rex justus erigit terram, vir avarus destruit eam.* Cupidus in omnem aggradiendam sævitiam paratus est. Ad nutum Jezabelis paruerunt judices: quia ad exequendam Principum iniquitatem semper ministri prompti sunt; nec defunt falsi testes contra innocentes. *Novissimè autem venerunt duo falsi testes.* A quo fonte emanare potuit tam impudens audacia, ut reperirentur testes, qui impugnarent Christi sanctitatem ita notam, & perspicuam? Sacer textus fontem indigitat: *Principes autem sacerdotum, & omne consilium querebant falsum testimonium contra Jesum.* Innotuerat Principum iniquorum voluntas, & pro exequenda voluntate Principum, eorumque voluptati obsequendo omnis solet labefactari veritas. Accusatum falsò Naboth judices damnarunt adictus lapidum, eumque populus jactis lapidibus interfecit; quia in nulla ætate defuerunt lapides, quibus innocentia peteretur. *Lapidibus interfecerunt.* Inter lapides coniectos mortuus est Naboth, inter lapides occubuit Stephanus: similiter inter lapides obiisset Christus, nisi vitam suam ad crucem reservasset.

469. Proh quàm immania tria scelera ex prava vineæ appetentia! jussit princeps falsam imponi calumniam subdito: constituit executores iniquitatis ministros justitiæ, & spoliavit innocentem vità & honore, ut usurparet fortunas. Comparavit Spiritus S. principem avarum leoni & urso famelico, qui ad explendam famem nulli parcunt: *Leo rugiens, & ursus Princeps impius super populum pauperem.* Non minùs crudelis est sitis principis avidi, quàm famés belluæ. Tyberius sanguinem amicorum potabat, ut devoreret fortunas. Ex avaritia Nero evasit sævior. Est avaritia quædam

Avaritia crudelitas. tyrannorum hydropefis, quæ quò plus sanguinis potat, eò plus divitiarum sitit. Principatum invenerunt homines ad suam protectionem: nec minùs dolent de amissione vitæ, quàm bonorum.

Matth. 6. In thesauro cor esse dixit Christus. In corde est fons vitæ: thesaurus hominum cor & vita est: cum verò Rex vitam absque causa auferre nequeat, sic & fortunas. Voluit David in terra Jebusæi excitare altare Deo, & priùs agrum emit, quàm ædificasset, ut hoc documento edoceret principes dispositionem de bonis subditorum debere legibus conformari; hac enim conditione homines Regem elegerunt.

Rex est qui alieno commodo inservit. 470. In parabola convivii Deus appellatur homo Rex, & in parabola vineæ comparatur homini patrifamilias. Ratio discriminis ex eo petitur, quia in convivio attendebat bono aliorum, at in colenda vinea propriæ utilitati confulebat. Quicumque sibi tantùm consulit, homo privatus est; qui verò consulit aliis, magnificum obtinet Regis nomen. Volatum aquilæ celebrat frequenter S. textus: *Quasi aquila ascendit.* Cùm sint aliæ volucres, quæ plus, & celerius volant: at cùm aquila post volatum, prædam dividat aliis avibus ipsam sequentibus, & reliquæ volucres totam sibi retineant, meritò commendatur volatus aquilæ tanquàm cæterarum reginæ; est enim genuina optimi principis qualitas, ut manens inops, sui que prorsus immemor bona suis subditis dispertiat. *Exulta satis filia Sion, jubila filia Hierusalem: ecce Rex tuus venit tibi justus, & salvator, ipse pauper.* Quod nam regnum lætabitur in adventu Regis pauperis? quænam res tristior quàm Regis inopia? quomodò exultabit Sion, quomodò gaudebit Hierusalem pauperem Regem excipiens? Non loquitur propheta de inopia, quæ miseria est: loquitur de paupertate spontanea, contemptrice alienarum fortunarum, qualis vinea Naboth, & similia. Rex animo pauper, qui alienas divitias non appetit, universo regno lætitiæ est: Rex qui appetit, est instar Acab populis universis excidio; quia cupidus inter omnes, maximus tyrannus est.

Liberalitas Principis qualitas. *Zach. 9.*

§. TERTIUS.

§. TERTIUS.

Tyrannus semper associatur falsitate.

471. Sæva adeo fuit Jezabel, ut jusserit per falsitatem vitâ spoliari Naboth ad obtinendam vineam: quasi non foret fatis fortunarum spoliatio, sed etiam vitæ & honoris: *Submittite duos viros filios Belial contra eum, & falsum testimonium dicant.* Crudelis actio Reginæ? Si enim de centro veritatis eruitur justitia, & ab eodem emanat circumferentia coronæ, cur voluit Jezabel, ut ab ipsa corona pullularet falsitas ad majorem injustitiam? quia inter Regem & tyrannum est discrimen, nam ille amat veritatem germanam justitiæ, tyrannus amat falsitatem sororem tyrannidis. Qui regnum obtinet sine veritate non est Rex, sed tyrannus: nam ex veritate Rex dignoscitur. Rogavit Pilatus Christum, an Rex judæorum esset: *Tu es Rex Judæorum?* Christus respondit se venisse in mundum ad testificandum veritatem: *Ad hæc in hunc mundum veni, ut testimonium perhibeam veritati.* Quid cum interrogatione responsum? Voluit Christus ut intelligeret Pilatus illum esse Regem, ex eo quòd foret commendator & testis veritatis. Est Deus Pater summus Rex & summa veritas: & Deus Filius testimonium Dei Patris. Ubi assistit veritas per essentiam, assistit divinitas per substantiam: proindeque ubi veritas deest, majestas adesse non potest.

472. Jezabel vitâ privans Naboth dæmonis occidentis hominem officio functa est: nam uterque ope mendacii patravit homicidium. Ex quo deducitur occidentem ex falsitate, ministrum esse dæmonis, & non Dei: nam dæmon peremit hominem mendacio, Deus redemit veritate: *Ego sum veritas.* Quæro tamen, tam facile fuit reperire falsos testes in curia Israël contra innocentem, ut ad primum epistolæ Jezabelis conspectum prodierint, ac falso jurarent contra Naboth? Nihil facilius quàm in tyrannorum curia reperire falsitatem contra innocentiam: est falsitas inter tyrannos moneta frequentioris usus. Interrogat Pilatus à Christo, *quid est veritas?* Notabilis inquisitio? Agnoscebat Pilatus innocentiam Christi, & falsitatem Judæorum; cur ergo ignorat veritatem

Falsitas crudelis Principis. *3. Reg. 21.*

Veritas in Principe quid præcipuum. *Joan. 18.*

Veritas exulat à tyrannis. *Joan. 14.*

Joan. 19.

tatem Christi, si veritas ostendit innocentiam? Cùm Pilatus foret tyrannus, caruit oculis ad videndam Christi veritatem: & perspicuè vidit, agnovitque fallitatem Judæorum: quia falsitas frequentissima, notissimaque in palatiis est, semperque sociata tyrannidis.

Veritas placet non Principibus, sed populo.

3. Reg. 4.

473. Zorobabel coram tyranno Babylonix commendavit potestatem mulieris, sed primas detulit veritati. Audivit Rex cum magnatibus, qualiter mulier subigeret etiam magnos principes, & omnes attoniti mutuo hærebant intuitu: *Rex & purpurati intuebantur in alterutrum.* Insuper commendavit magnopere veritatem tanquam potentissimam super cælum & terram, & hujusmodi encomiis assentitus populus plausum dedit. *Et omnes populi clamaverunt & dixerunt: magna est veritas, & prævalet.* Refertur valor mulieris, Rex & aulici admiratione defixi applaudunt. Commendatur potestas veritatis, Rex & aulici obmutescunt, & solus populus clamoribus & applausibus eam commendationem excipit. Veritatem nescivit Rex tanquam tyrannus, cui proinde plausum non dedit, aulicis exemplum sequentibus. Nam in tyrannorum curiis veritas contemptum parit, falsitas plausum excitat.

Principis cupiditas peior ambitione ministrorum. Matth. 26.

3. Reg. 21.

474. Pilatum puduit damnare innocentiam, cognitis falsis testimoniis judæorum: *Innocens ego sum à sanguine justis hujus.* Et non puduit Reginam falsis testibus occidere Naboth: *Submittite duos viros Belial, & falsum testimonium dicant.* Quia Pilatus se gessit tanquam minister ambiciosus, Jezabel tanquam Regina cupida: & crudelior est cupiditas principis, quam ambitio ministri: nam minister quærit interpretationem legis ad suam injustitiam, princeps vult legem esse suam cupiditatem. *Litterarum autem hæc erat sententia: submittite duos viros Belial.*

Mendacium impudens femininarum. Matth. 27.

475. Duo falsi testes calumniati sunt Christum. *Novissimè venerunt duo falsi testes, & dixerunt. Hic dixit: Possum destruere templum Dei.* Certè Christus id dixerat, sed in alio sensu. Sunt igitur pares in quærendo falsitatem & mentiendo Pharisei, sed hoc discrimine, nam Jezabel quærit palam mendacium: *Falsum testimonium dicant*, at Pharisei mendacio proferendo colorem, & quasi involucrium prætendunt; Phariseos pudet mentiri absque quæsito colore, & aliquo fundamento: sed absque illo levitas, & impudentia Jezabelis mentitur. *Fœminarum peculiare vitium est absque*

absque ullo colore, & fundamento mentiri. *Responderunt secundo & dixerunt: Rex somnium dicat servis suis. Una sapientior ceteris uxoribus ejus, hæc socrus verba respondit: forsitan nunc dividit spolia.* Cùm viri Chaldæi non fingunt aliquod mendacium in somnio illo, si hæc mulier fingit bona in cunctatione Sifaræ? Cur non sic mentiuntur ac mentita est hæc fœmina? hoc est discrimen inter virilem & muliebrem astutiam: vir non mentitur absque colore, vel fundamento aliquo, saltem levi, mulier palam, & absque ullo fundamento impudenter mentitur; quòd si tyranna est, quæret testes falsos ad usurpandum fortunas, & auferendam vitam: nam tyrannis semper comitibus falsitate & mendacio sociata reperitur.

Jud. 5.
Dan. 2.

S. QUARTUS.

Est ingratitude Principis non vivere secundum leges.

476. Jezabelis tyrannis duo patravit scelera, quæ solum reperiri poterant in impietate ingrata: falsitate usa est, ut ageret tyrannam, & constituit ministros iniquitatis, ministros justitiæ. *Scripsit itaque litteras, & signavit eas annulo ejus, & misit ad majores natu, & optimates, qui erant in civitate ejus.* Sic adulteravit veritatem, ex quo suis ministris fecit licentiam ad omne genus injustitiæ. Et princeps in distribuenda justitia esse debet instar Solis in sua luce disperienda; hanc enim dividit in omnes, ut omnes solis luce fruantur. *Omnia mandata tua veritas, & omnia mandata tua æquitas.* Deo aiebat David: quia princeps, ut justè imperet, omnia sua mandata debet veritate & justitia metiri. Suis discipulis, ut eos doceret tanquam principes Ecclesiæ, dixit Christus, suam legem esse suavem, & oportere, ut ab eo discerent, quia erat mansuetus & humilis: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: jugum enim meum suave est, & onus meum leve.* In quo sita erat Christi mansuetudo & humilitas cum sua lege? In eo quòd secundum suam legem viveret, & pro illa moreretur. Imperatores Severus & Antoninus dixerunt se ab omni lege solutos esse, sed vivere secundum legem: nam ratio naturalis qua lex nititur, omnes complectitur: & princeps debet ante omnes rationi magis obstringi; siquidem

3. Reg. 21.

Princeps in distribuenda justitia ostenditur.

Psal. 86.

Exemplum principis facit legem suam. Matth. 11.

imitatur Deum; offendi autem Deum ab eo, qui magis ipsum repræsentat, duplicata ingratitude est.

477. Sublimitas principis non consistit in eo, quòd supremus sit, sed in eo quòd reguletur per leges: subjacere legibus, in parvulis, necessitas est, in magnatibus & principibus, magnitudo & splendor. *Num & ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te?* Quando repræsentantur subditi & obedientes Josepho, cur æquiparantur rebus, quæ in cælo majorem præ se ferunt dominatum, & splendorem, qualis Sol, Luna, & Stellæ? Videbatur Josephus tanquàm observatus, & adoratus, in illis repræsentandis rebus, quæ mundo præfident, qualis Sol & Luna; cur igitur obedientes & adorantes ipsi etiam observato & adorato excellentiam lucendi videntur præripere? quia quando principes & magnates sponte legibus subjacent, tunc splendent instar astrorum firmamenti, quasi se subjiciendo vendicent excellentiam splendendi. In minoribus subjectio, humilitas est; in magnatibus, autoritas; & quidem in Principibus adeo necessaria, ut sine illa conservari nequeant; principatus enim conservatio pendet à legum observantia. Quando Sacerdos Jojada unxit Joas in Regem populi, imposuit super ejus caput legem Dei tanquàm regiam coronam. Ut significaret firmitatem imperii consistere in legis observantia, & tandiu coronam esse in capite, quandiu lex.

478. Hac obligatione repertum est sceptrum; idcirco princeps nequit suam licentiam potentia, sed soli rationi equare: non enim judicare debet sibi licitum quidquid possibile, sed quidquid justum. Ratio exigit, ut magnopere advertat in volendo, qui potest quidquid vult: siquidem semper debet velle minus, qui plus potest. Commendat Spiritus S. Davidem tanquam Regem qui gubernabat habens intellectus in manibus: *In intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Mysticus loquendi modus? intellectus in manibus sunt manus cum intellectibus: & adesse intellectus manibus, quæ sunt opera, est adesse rationem operibus, & habere rationem ad manum, ut reddatur de operibus. Sic gubernabat David, sic debent gubernare Reges: si enim gubernare justè magnus honor est, gubernare sine justitia, magna ignominia. Prædixit Christus suis discipulis secum in tribunali extremi judicii sedente, ipsos confessuros:

Cum

Cum sederit filius hominis, sedebitis & vos. Quid, si volebat honorare cur tandiu differt honorem? Quia extrema illa die regnabit justitia, & solum quando hæc regnat, regnat honor. Matth. 19.

479. Oblatum est regnum per arbores tribus, scilicet olivæ, ficui, & viti, & omnes tres illud respuerunt, quasi regnum sine justitia, & consequenter sine honore. Erat regnum sine justitia: quia regnare cum justitia non pertinet ad truncos, vel quodcunque irrationale, sed ad id tantum quod rationale est: erat regnum sine honore, quia conferebatur corona sine meritis: idcirco sceptrum rubro accipienti collatum est, quia nullum deficientium meritorum in sceptro certius signum est, quam rigor & asperitas spinarum. At quomodo collatum fuit sceptrum sine honore? Quia fuerat collatum sine meritis. *Peccavi in calum.* Dicebat prodigus, ex eo quòd deliquerat adorando tanquàm Deos solem, lunam & stellas. Quid? colere cælestia astra est peccari contra cælum? Putabam solum esse peccare contra Deum. Revera præbere cultum, seu honorem cælo indebitum est illi injuriam inferre. Isaac benedictionem impendit filio Esau, his verbis: *In pinguedine terra, & in rore cali erit benedictio tua. Vives in gladio, & fratri tuo servies.* Quid, potuit esse benedictio impensa filio seniori, quòd non gubernaret tanquàm dominus, sed tanquàm servus fratri suo juniori Jacob subderetur? Benedictio fuit satis loculenta: cum enim propter suos mores gubernatione foret indignus, procul dubio illa impensa dehonestaretur: proindeque ipsa denegata honoratus mansit. Effet sceptrum collatum rubro immerenti, perquam simile sceptro, quod gessit immerens Rex Acab, sceptrum probrosum ex impietate, quam peperit ingratitude, illum reddens inter impios impiussum, inter sceleratos sceleratissimum: quia ingratitude Principis est non vivere secundum leges, cum à legibus Principatum accipiat. Jud. 9.
Honor sine
meritis
non est. Asperitas
gubernan-
tis ostendit
indignum. Merita
sunt honos.
Luc. 15. Gen. 27.

CA

CAPUT X.

E cœlo decidit supplicium contra ingratitude[m] infidelem impii Acab.

§. PRIMUS.

Ingrato ac tyranno Principi solum arrident ministri adulator es.

480. **E**Xarsit vehementer Deus contra tyrannidem Acab & Jeshabel: multum enim provocat Deum injustitia illius, qui pro administranda justitia sceptrum accepit. Regi per Prophetam Dei nomine intimatum est, eodem loco, quo canes sanguinem ejus subditi innocentis potarunt, hausturos sanguinem regium utpote crudelem, & cupidum: *In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.* Non dissimulat Deus cum offendentibus innocentiam: cum enim innocentia Deum ipsum exprimat; offensus Deus punit. Depravatum, corruptumque flagitiis omnibus mundum Deus obruit universali diluvio: *Aque prevaluerunt nimis super terram.* Rebhallavit populus in solitudine, & decidit è cœlo ignis in vindictam: *Misit Dominus in populum igneos Serpentes.* Contra Caimum sui fratris Abelis innocentis occisorem descendit in terram Deus punitor: *Ait Dominus, ubi est frater tuus.* Quia Deus in Abele fuerat offensus, ipsemet puniturus venit, & non alius illius nomine. Offensor innocentia[m] Deum non timet nisi actua[m] punitorem. Caimus neque Deum timuit, fratricidium patrans, neque à Deo interrogatus de fratre, sed solum maledictione illa percussus: *Nunc igitur maledictus eris super terram.* Tunc enim Dei timorem, & sceleris confessionem exhibuit: *Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear.*

481. Advenit tempus, quo flagitiorum poenam sustineret Acab: semper enim supplicia divina opportuno tempore adveniunt: quòd si interdum differantur, ipsa dilatio poenarum duplicatione fati compensatur. Cupiditas reddidit Acab tyrannum, & ambitio

illi

illi mortem peperit. Cogitavit impius capere arcem Ramoth, à Rege Syriae, absque ulla reverentia foederis, quod cum ipso inierat. Nam foedera inter principes nullam aliam vendicant firmitatem, quam propriam convenientiam. Pacem inter principes opinio comparat, potentia conservat, legis divinae zelus optime dirigit: Deus enim author pacis est, & Dominus cordium.

482. Aperuit suam deliberationem Acab prophetis Baal, & eorum nullo dissentiente, praedixerunt Regi arcem Ramoth, sub illius potestatem redigendam: *Ascende, & dabit eam Dominus in manu Regis.* Cum enim intelligerent Regis animum, non veritati, sed voluntati illius obsequentes, gratiam sibi colligere intenderunt. Princeps, ut sanum audiat consilium, non debet suum animum detegere consiliariis, & probus consiliarius illum intelligens, sic se debet in dando consilio gerere, ac si ignoraret: nam princeps aperiens suam mentem, exponit periculo libertatem consultoris, & consultor suo muneri deest, si absque libertate consultit. Augustus probe agnoscens id periculum, sic in senatu tractanda proponebat negotia, ut suum semper animum, & mentem tegeret. Augusti aemulator fuit Trajanus: & quod majus est, Servator Christus in deserto Philippum consulens, non indicavit quid faciendum statuerat: *Unde ememus panes? Ipse enim sciebat quid esset factururus.*

483. Duo sunt consilii capitales hostes, scilicet amor capientis, & odium dantis. Amor intendit consequi quod diligit; odium iram, & vindictam exequi: ab illis cavere debet princeps, ne in suis capiendis consiliis videatur aemulari consilia Caiphæ, in quibus amor proprius respexit ad convenientiam consiliariorum: *Expedit vobis.* Et odium intendit malum Christo inferendum, *Ut unus moriatur homo.* Aman consiliarius suadebat Assuero, ut interficeret omnes in suo imperio advenas, quia cum forent pluri mi, scepro periculum suberat: hæc tamen suasio emanavit ex odio contra Mardochæum, ut inter alios advenas periret: non intendebat securitatem Regis, sed necem competitoris. Nam consiliarius flagrans odio, vel invidia curat suæ passioni satisfacere boni communis prætextu.

484. Interfuit prædictæ consultationi Josaphat Rex Judææ ac-

N n

cerfitus

Injustitia Principis Deum provocat.

3. Reg. 21.

Supplicium è cœlo contra sceleratos.

Gen. 7.

Num. 21.

Gen. 4.

Supplicia opportuna sunt que è cœlo veniunt.

3. Reg. 22
Fœdus principis solum querit convenientiam.

Consiliarii adulator es non sivi.

3. Reg. 22.

Joan. 6.

Consilii hostes qui.

Amor, & odium hostes consilii.
Joan. 11.
Esth. 3.

cerfitus ab Acab, ut esset focius in expeditione contra Ramoth: huic non placuit responsum prophetarum Baal, cum enim eos noverit adultores, rectè judicavit mendaces & fraudulentos consiliarios. Rogavit ab Acab, an esset in Samaria aliquis propheta Dei, quem confulerent? cui tyrannus: *Remansit vir unus* (inquit Acab) *per quem possumus interrogare Dominum; sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum.* Proh misera principum conditio! Tot ministri fallitatis & adulationis, unicus tantum veritatis, & huic Rex infensus? quinquaginta supra quadringentos alebat pseudopphetas Acab, quibus unicum erat ministerium, & singularis exercitatio, blandiri principi. Micheas propheta Dei odio habitus à Rege propter unicam veritatem, quam protulerat: multi ad malum, unus ad bonum.

485. Vidit Daniel Deum sedentem pro tribunali, ut inquireret, ac judicaret de hominum delictis, & per manus multorum ministrorum aperiebantur libri: *Judicium sedit, & libri aperti sunt.* Conferamus hanc visionem, cum ea quæ postea se dedit in conspectum exulis Euangelistæ: vidit in cælo librum clausum, & signatum sigillis septem, quem nullus assistentium ministrorum audebat aperire: cum verò Apostolus foret æquè doctus atque avidus addiscendi, multum dolebat ac flebat de libro ita clauso, ut non panderetur; tunc monitus à quodam cælesti aulico vidit agnum rumpentem sigilla, & aperientem: *Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum.* Jam apparet discrimen inter libros Danielis, & librum Joannis. Libri Danielis continebant judicia, & supplicia delictorum, liber Joannis continebat delictorum veniam, & salutem hominum: ad accusationem, damnationem & punitio- nem plurimi adesse solent principi ministri, ad veniam & remedium vix est qui assistat; sunt enim homines ad nocendum, quàm ad benefaciendum promptiores. Unus Micheas aderat Regi Acab ad veritatem, quadringenti adultores ad mendacium.

486. Inter animantes feras tyrannus est perniciosior, inter animantes cicures adulator, sed hic tyranno longè peior: nam ex adulatione pullulat tyrannis, & tyrannus hostis est manifestus, proindeque vitabilis: adulator verò se tegens fictione hostis est occultus, qui ipsa eadem, qua nocet adulatione, arridet. Capitali poenâ

poenâ Athenienses multabant adulatorem, quia mitiori supplicio dignus non est qui veritatem, quàm qui monetam adulterat. Adulatorem erga Christum egit diabolus, & illi dominus silentium indixit: *Obmutescite* ut significaret diabolorum munus esse adulari, & optimi principis adulationem non audire: siquidem in adulatione tetrum, & exitiale principum malum est: *Avertantur retrorsum & erubescant, qui volunt mihi mala.* Et statim subjungit: *Avertantur statim erubescentes qui dicunt mihi Euge, euge.* Quid? aliquandiu sustinet eos, qui volunt inferre mala omnia, proindeque interitum, & nec ad tempus brevissimum patitur conspectum eorum, qui obsequentes voluntati blandiuntur? Ita: quia minus malum reputat interitum, quàm adulationem. Est Rex, & Regi non tantum malum affert occisio, quàm adulatio.

487. Appellabant Christum Judæi magistrum ac dominum, quando ab eo expetierant miraculum, ut eundem agnoscerent, & sic appellantes Dominus interceptit: *Generatio prava, & adultera.* Idem opportunitate alia cum appellaretur Samaritanus & dæmoniacus, nec verbum protulit, quod tantæ blasphemix reprehensionem saperet. Quid? erga laudantes se gerit tam asperum ac severum: erga convitiantes tam mitem, ac temperatum? Ita: quia priori occasione, se gesserunt adultores, posteriori, blasphemos; & videtur Deus minus ægrè ferre blasphemiam, quàm adulationem. Hoc tamen peculiare est Dei, & principum, qui æmulantur divinum regimen: nam tyrannis soli arrident fraudulentum adultores.

§. SECUNDUS.

Ingratitudo & tyrannis detestantur veritatem, & ipsa detestatio parit supplicium.

488. Duplici vinculo obstrictus esse debet princeps veritati, altero ad loquendum, altero ad audiendum; debet loqui veritatem, ut ametur: debet audire veritatem, ut moneatur. Unusquisque sibi habeat persuasum se hominem esse, proindeque non solum obnoxium erroribus, sed frequentius errare, & sic libenter & utiliter

Princeps
patitur
moneri.
Exod. 18.
2. Reg. 12.

monitionibus acquiescet. Moyses libenti & grato animo audivit oburgationem sibi illatam à socio Jethro. David nunquam imperio dignior visus est, quàm oburgatus à propheta Nathan: Tunc enim in eo modestia & resipiscentia fuere pares. Habere debet princeps reverentiam veritati, tanquam virtuti, quæ Deum exprimit: *Ego sum veritas*. Minister Principi veritatem aperiat ita reverenter, ut nihil aliud vereatur: nam pari culpa tenebitur minister, si principi veritatem non dicat, ac princeps si dictam non audiat.

Veritas a-
manda à
Principe.
Levit. 8.

489. Præripiebat olim Deus intexi veritatem in ea vestium summi Sacerdotis parte, quæ cordi correspondet. Ut sic monerentur Principes veritatem illis cordi esse debere, adeo ut in corde, & supra cor gestari semper oporteret. Voluit Deus etiam conjungi veritatem cum doctrina, quia veritas in corde potior & sanior Principis doctrina est. Restituito in pristinum statum regni Orientalis Jobo obtulerunt consanguinei & amici singuli ovem, & in aurem auream. Ovis satis expressum symbolum est mansuetudinis & patientiæ, quam Rex exhibere debet. At quodnam mysterium in offerendis in auribus, illi in principatum restituito, & non antea? Voluerunt significare, simulque monere factum Regem de onere, quod subierat audiendi patienter veritates. Incumbit principi veritates audire cum patientia, & ministris eas dicere cum libertate. Sedentes in throno vidit Joannes seniores qui assidebant agno: *Seniores sedentes*. Cum Angeli coram agno stantes assisterent: *Omnes Angeli stabant in circuitu throni*. Cur sedent in throno seniores coronati? quia sunt consilarii supremi Regis, & vult significare Deus consilarios reges debere esse ita liberos & absolutos in suffragando, ac si essent Reges in præsidendo: non debent accommodare consilia Regis voluptati, sed regni utilitati.

Apoc. 4.
Consilarii
sunt liberi
in suffra-
gando.

2. Reg. 22.

490. Accersitus Micheas ad præsentiam Acab: *Occurrit Regi in via, & mutavit asperione pulveris os suum*. Sauciatus Micheas in vultu, pulveris asperione illum tegit, ne agnoscat loquens ad Acab: & hoc involucro cur non assumpsit personam Nathan locuturus ad Davidem? quia Nathan missus erat ad manifestandam veritatem Regi pio: Micheas ut aperiret dolos Regi impio: ille manus.

manus dat veritatibus, sicut David: *Peccavi Domino hic indignatur contra aperientem dolos*, sicut Acab: *Mitte virum istum in carcerem*. Eadem quæ Rex proposuit Micheæ, proposuerat Prophetis Baal: fuit tamen valde dissimile responsum, nam Micheas ductus amore veritatis, ne Regem deciperet, imò à deceptione liberaret, libere prædixit exercitus illius milites despergendos esse per montes instar ovium sine pastore, donec unusquisque reciperetur in domum suam ex defectu Domini gubernantis. *Dominus locutus est contra te malum*. Excanduit accepta fraudum detectione Acab, & conversus ad Iosaphat: Nonne (inquit) te probè edocueram quis esset Micheas, & qualiter mihi semper adversa prædicat? Vox illa (semper) non rectè cohæret cum unica prædicatione, quam audierat: cum tamen esset vera, perverso Regi multiplex visa est. Tanti igitur illa unica veritas Micheæ stetit, ut propter illam pseudo Prophetæ Sedecias illi alapam infligeret: veritas enim semper sustinuit opprobria per adultores coram tyrannis: *Accessit autem Sedecias filius Chanaana, & percussit Micheam in maxillam*.

Veritas excipitur opprobriis.

3. Reg. 22.

491. Christo servatori coram Pontifice propter apertam veritatem inflicta est alapa, & Dominus conquestus est: *Cur me cadis?* At non legimus in S. Pagina quòd accepta alapa Micheas querebatur. Cur non queritur Micheas, & queritur Christus, si patientia Christi omnem omnino longè superat? Cogitavit Micheas eum, qui apud se statuit vera loqui coram suo Principe, esse debere paratum, ut constanter sustineat tyrannides, & adultores in aula semper veritati insensos, & injurios esse. Christus verò, cum foret eademmet veritas: *Ego sum veritas*: doluit vehementer quòd coram iudice tanquàm crimen tractaretur, & offenderetur veritas, quæ in tribunalibus coli debet tanquàm Deus. At in iudicio, in quo damnatur innocentia, necesse est offendi veritatem: illa enim pœnam subeunte, hæc etiam subit. Ad hæc, miles ille qui percussit Dominum, fuerat ab eo in horto sanatus (ut aliqui dicunt) atque adeo se exhibuit ingratum erga illum, qui se illi beneficium exhibuerat. Cum ingratitude animam sauciet, vulnera quæ infligit, tam acerbos pariunt dolores, ut vix etiam à Christo patientissimo, absque querimonia sustineri possint: idcirco non Micheas, sed Christus queritur.

Veritas Christus offenditur.

Ingratitudo vulnerat animam.

492. Sic ignominiosè tractatum, oneratumque injuriis Micheam jussit Acab præsidi Samariæ tradi, præcepto imposito ut in carcere usque ad Regis ipsius reditum detentus solo pane & aqua aleretur. Tam atrox scelus reputavit tyrannus unicum proferre veritatem, ut tali supplicio Dei Prophetam affecerit. Hæc dicit Rex: *Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis: & aqua angustiae, donec revertatur in pace.* Volunt tyranni vincitam & debilitatam veritatem, quia formidant liberam ac robustam: cum verò timeant, odere: hi verò sunt Principes ingrati sicut Acab: ingratitude enim veritatem non sustinet, quia veritas magis obstringit: tyrannica sævitia eam abominatur, quia ad nos cum veritate misericordia descendit.

493. Verùm si injuria, quæ alicui coram Principe fit, magis ipsum Principem afficit, ex quo severius exigit supplicium: Cur Acab Micheam offensum conjicit in vincula, & Sedeciam offensorem permittit liberum ac impunem? offensum misit in carcerem Acab, & favit offensori: quia tyranni veritatem crimen, audaciam reputant obsequium. Absalon præbuit se gratum Achitopheli audaciter & impudenter suadenti accessum ad parentis concubinas: *Ingredere ad concubinas patris tui.* Saul pugionis ictibus interfecit Pontificem Achimelech vera dicentem de Davide: *Et quis in omnibus servis tuis, sicut David fidelis.* Ex quo accidit ut pavidi ministri coram Principe multum caveant vera loqui, & studeant mendaciter blandiri: siquidem vident punitam veritatem instar criminis, & fautam adulationem tanquam obsequium. Conjecerunt in vincula Putifar Josephum, & Herodes Baptistam: sed utriusque vinciti fuit dispar eventus: nam Joseph, quia obsequiosè interpretatus est somnia, umbram quandam falsitatis præ se ferentia, evasit dominus universi Ægypti: Baptista, quia libere nudam protulerat veritatem, jugulatus est. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucerne ardentes in manibus vestris.* In præcinctione significatur violenta mors, qualem Christus prædixit Petro: *Alius cinget te:* in lucernis significatur Evangelica prædicatio. Cur igitur Christus cum morte violenta jungit Evangelicam prædicationem? Quia omnis qui prædicandæ veritatis munus suscipit, paratus esse debet ad subeundum mortem violentam. Veritatem exci-

excipiunt Principes vinculis & gladio, Judæi lapidibus, adulatores alapis.

494. Vidimus in prædictis quomodo ingratitude & tyrannis detestantur veritatem: ex sequentibus nobis compertum erit, quomodo ipsa detestatio pariat supplicium. Gerendo bello devotus, ac deliberatus Acab de sententia pseudoprophetarum, egressus est de Samaria ad expugnandum & capiendum Ramoth: cum verò impiger Benadab in occursum procederet, utriusque exercitus viribus durum prælium commissum est, in quo impius Acab sagittæ unius in incertum excussæ, sed à Deo directæ, & perlatae vulnere interiit. *Vir autem quidam tetendit arcum incertum sagittam dirigens, & casu percussit Regem Israël.* Et fuit unicus qui in hoc conflictu interiit, juxta prophetiam Micheæ: nam fuerat Rex inter omnes ingratos Principes Israël singulariter unicus ingratitude. Sagitta una fortè excussa confixit, & ejus sanguinem linxere canes eodem loco, quo fuerat lapidatus Naboth. Justè enim tyrannica cupiditas crudeli siti canum punitur. Sic enim Deus punivit mortem innocentis, veram reddidit comminationem Eliæ, & fidem, ac honorem fecit veritati Micheæ. Plerumque Deus ad tempus dissimulat cum ingratis, sed nunquam parcit. Dissimulavit cum Saule, sed tandem suo eodem gladio confecit. Dissimulavit cum Absalone, sed tribus lanceis illius ingratum cor transfixit. Divina justitia permittit gloriari malos de triumphis suorum desideriorum, ut in mediis voluptatibus sic acerbius supplicio intercipiat. Quandoque differtur supplicium, sed majori poena compensatur dilatio, ut evenit Acab, cui coelum necem intulit: ad solum enim spectat Deum ingratitude infidelis punitio.

Impietatis supplicium.

3.Reg.22.

CA

Ingratitudo sceptri Hebræi fuit malum contagiosum.

§. PRIMUS.

Impietas parentum transit ad filios sicut hereditas.

Filii impii
a parentibus
impis. 495. Interfecto Acab, successit sceptro Ocozias ejus filius primogenitus, æquè ægrotus corpore & animo: nam parentum impietas morbos fecerat immedicabiles. Ab impiis parentibus, in ipsorum supplicium & opprobrium nascuntur filii: siquidem cum sanguine impietatem, & mores hæreditarios accipiunt: *Pete à me quod vis.* Hortabatur Herodes filiam Herodiadis ad petendum quod voluisset in saltationis præmium: cum verò illa inquireret voluntatem matris, à qua intellexit velle caput Baptistæ, Herodi post consultam matrem respondit: *Volo ut protinus des mihi in disco caput Joannis Baptistæ.* Cur non dixit matrem suam velle? Si voluntas erat matris, dixit suam? *Volo ut des.* Quia voluntas parentum est etiam filiorum: non se gereret filiam Herodiadis, si cum ea non conspirasset in eandem tyrannidem. Sectantur filii in omnibus parentum vestigia & mores. Quando Joseph voluit fratres suos de furto convincere, jussit includi pateram suam in sacco Benjamin: *Scyphum meum pones in ore sacci junioris.* Cur non in saccis aliorum? Quia alii erant filii Liæ, & Benjamin filius Rachel, quæ surripuerat simulachra parentis sui Laban: *Furata est idola patris sui.* Ut igitur Joseph facilius persuaderet furtum, voluit ut imponeretur filio illius matris, quæ olim in simile delictum inciderat.

Gen. 42. 496. Misit Ocozias qui de ejusdem fanitate consulere Idolum Beelzebuth. Tam altas egerat diabolus radices in corde Principum Israël, ut vellent etiam reperire veritatem in totius mendacii fonte, ac parente. Consultationem pessimam interceptit Deus, injungens Eliæ, ut à via revocaret Regis nuncios, eisque regredientibus intimaret non surrecturum Regem à lecto, in quo ægrotus

ægrotus decumbebat. Deus enim ægrè fert velle Principes scire mediis diabolicis, quæ humanis assequi nequeunt. Omnibus incumbit reverenter expectare seriem divinæ providentiæ, quæ licet nostro appetitui quandoque videatur sera, meritis tamen semper tempestiva est.

497. Voluit Ocozias consulere dæmonem, & ipsa consultatio illi peperit supplicium: nam scelerati capiunt frequenter exitium, unde auxilium præstolantur. *Fuisti baculus arundineus Domini Israël, quando apprehenderunt te manus, & confractus es, & lacerasti omnem humerum eorum.* Loquitur Deus cum Ægyptiorum Rege, & ait ipsum fuisse tanquam baculum arundineum filiis Israël. Cum enim Hebræi debuerint implorare opem à Deo, auxilium petiere ab Ægyptiis; in cujus delicti pœnam statuit Deus, ut Rex à quo opem, & levamen sperabant, ipsis majori tormento fuerit: quæsierunt sustentaculum in illo, tanquam in arundine, quæ debilis est, & sustinendo oneri impar, quandoque fracta offensionem & vulnus infligit levamen quærentibus.

498. Accipiens Ocozias à famulis regredientibus præsagium Eliæ tanquam novum aspernatus est. Est enim valde inusitatum apud Principes audire veritatem, quæ dolos detegat. Nam aulici quò sunt Principi magis familiares, eò magis illi veritates occultant. Confestim misit ducem quinquaginta stipatum militibus, qui Eliam afferret, sibi persuadens veritatem in aula subito convertendam in adulationem, quæ sola apud Principes locum habet. Dux ea sedulitate & arrogantia peregit Regis mandatum, ut igne cælitus decidente correptus unà cum militibus interiret: *Descendit ergo ignis de celo, & devoravit illum, & quinquaginta viros.* Misit Rex secundum ducem, & hic eandem subiit prioris pœnam, quia superbiam eandem æmulatus est. Cælestis ignis à vinculis, & impio Rege tuebatur Eliam, quia cælesti igne Elias defenderat divinum honorem contra prophetas Baal. Tertium denique Ocozias misit ducem: & hic in exequendo Regis mandato adeo se gessit comiter & temperatè, ut impetraverit prophetæ adventum: *Surrexit igitur, & descendit cum eo ad Regem.* Discendit Propheta, ut Regi ostenderet impietatem ejus parentis Acab transire ad filios suos sicut hereditas transit ad successores.

§. SECUNDUS.

Cum ingratitude superbia nata est.

499. Primus ingratus & superbus fuit Lucifer: nec non ex ingratitude & superbia Adamus periit. Quæro tamen, cur superbia cum ingratitude nata est, & utranque severiter Deus punit? *Descendit ergo ignis de cælo, & devoravit eum.* Quia utraque filia legitima est oblivionis, & ignorantia. Ingratus ut obliviscatur debitum, fit nescius: superbus adeo nescius, & immemor est, ut se ipsum nesciat, & obliviscatur. Nullum vitium magis adversatur Deo, quàm superbia: nam ex superbia voluit Lucifer æquare Deum potentiam, & Adamus scientiam; ob quas insanas cogitationes decidit Lucifer in Erebum, cui Adamus mansit obnoxius. Præcipua igitur virtus, qua Servator discipulos erudit, fuit humilitas: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Nec minister Dei esse potest qui se temperatè & submissè non gerit. Ex superbia duo priores Ocoziæ ministri periire: ex comitate & submissione tertius servatus est, ut tandem intelligatur, plus valere apud homines urbanitatem, quàm potentiam: certè quod nec movere potest multiplex superbia, unica comitas subigit.

500. Nata videtur ad exprimendum superbos opinio illa philosophorum, qui afferebant continuum ex folis coalescere indivisibilibus, sed tumidis. Sunt enim homines, quorum dotes ita sunt exiguæ, ut vix attingant parvitatem indivisibilium, sed tument arrogantiam, quam ostentant. Unum vellem monere tumidos ex ipsius naturæ documento, scilicet quod grave est ad locum infimum tendere, ita ut quò major ingentis corporis sit gravitas, eo vehementior in centrum detur propentio. Qui honore cedunt, locum merentur sublimiorem: *Aqua omnes qua super cælos sunt.*

Quid? aquæ super cælos? ita: quia in mundi primordiis erant aquæ veluti dominatrices, editiori nempe loco super universam terram, jussit illis Deus, ut juri suo cederent, descendentes in locum inferiorem, ut tellus appareret: *Congregentur aquæ omnes in lacum unum, & appareat arida.* Sint igitur aquæ collocatæ super cælos:

Superbia cum ingratitude.

4. Reg. 1.

Matth. 16.

Superbia est merus amor.

Gravitas & auctoritas humilium.

Humilitas honoratur. Psal. 148.

Gen. 1.

cælos: sic enim Deus sublimat omnes, qui descendentes suo juri cedunt pro aliis honorandis.

501. Non augetur, qui se majorem, sed qui se minorem facit: *Humilitas exaltat.* nec certior via est ad sublimitatem, quàm ea, qua descenditur ad depressionem. In Bethlem fuit Christus dux Israël: *Ex te enim exiit dux qui regat populum meum Israël.* In monte Sion fuit acclamatus Rex & Dominus universi: *Fundatur exultatione universa terra mons Sion, latera Aquilonis, civitas Regis magni.* Cur dicitur in Bethlem habuisse dominium limitatum, at in monte Sion nullis terminis circumscriptum? In Bethlem Christus ex humilitate natus est inter bruta, magnum sapientiæ Patris tormentum: at in monte Sion provolutus ad pedes discipulorum, illos lavit: Proh mirabilis majestatis depressio? Igitur ubi se plus dejecit, ibi altiùs sublimetur: ubi magis occultavit majestatem, ibi major appareat majestas. Conferamus ad hanc rem duos lapides antiquos, qui forte ex novitate comparisonis arridebunt. Prior lapis fuit Davidis, quo gigantem occidit: *Misit manum suam, tulitque lapidem.* Posterior lapis fuit Danielis, quo superbi Regis statua percussa est: *Percussit statuam in pedibus.* Fiat modò comparatio: lapis Davidis non crevit, imò disparuit: lapis Danielis crevit adeo, ut universum mundum impleverit. *Factus est mons magnus, & implevit universam terram.* Quænam ratio disparitatis, ut lapis Davidis disparuerit, lapis Danielis ita creverit, ut universi orbis sphaeram occupaverit? Lapis Davidis se erexit ad gigantis caput: *Percussit Philistheum in fronte.* Lapis Danielis se submisit ad pedes statuæ: *Percussit statuam in pedibus.* Lapis igitur Davidis elatus minuatur, lapis Danielis submissus crescat.

502. Sicut qui se plus abiicit, plus ascendit, ita qui alios magis honorat, magis honoratur. *Clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.* Dixit Christus alloquens Parentem æternum. Cum enim peculiare sit honoratorum honorare, voluit Christus priùs honorari à parente, ut postea sic honoratus plus & aptiùs Parentem ipsum honoraret. Ad hæc, qui honorari vult, debet prior honorare: *Clarifica, ut clarificet.* Debes mihi impendere honorem, quem à me speras: aliter tuo honori deero, si tu meo defueris. *Honore invicem prevenientes.* Monet Apostolus ut unusquisque

Honor ab honorato provenit. Joann. 12.

Ad Rom. 12.

quisque certet alium honore vincere. At quomodò fieri potest, ut inter duos detur mutua honoris præventio? Certè impossibile hoc est: at ne quis desit ingenuitati, & urbanitati, ut sic magis honoretur, vult Apostolus ut nitatur ad impossibile pro alio honorando. Nam incivilis superbus semper aliis odio, & dedecori est: & quidem superbia nata cum ingratitude omnes dedecorat, redditque ipsi Deo abominabiles.

§. TERTIUS.

Ingratitudo Principum immedicabile malum est.

Mors Ocozia, præ-nuntiata. 4. Reg. 1. 503. Perlatus ad Regis conspectum Elias, omnem antevertens rogationem illi prænuñciavit indubitam mortem ex morbo, quo afflictabatur, ob id quòd consuluerit dæmonem, & non Israël's Deum. Aulicis videretur Elias nimis properus in denunciatione mortis: nam ex mente aulicorum grave delictum est aperire dolos Principi: Item adulatoribus videretur supplicium nimis severum, cum Deus dissimularet cum populo idololatra, & occideret Regem ob consulendum dæmonem de sua sanitate: nam adultores etiam consultationes cum diabolo in Regibus probant. Verùm Elias se gessit ministrum Dei libertate qua Regi supplicium illud capitale indixit, & Deus justum judicem in tali decernendo, & infligendo supplicio. Ministri Dei eò sunt liberiores, quòd periculum majus est: quicumque enim zelat divinum honorem, homines non veretur. Nec Moyse Pharaonem, nec Elias Acab sævos tyrannos metuerunt, ut detecta veritate illis constanter ac liberè dolos aperirent.

3 Reg. 18. Scientia e-ventuum in Principe. Jon. 3. Solent ministri suis principibus, timore hominum deterriti occultare pericula, seque ad ipsorum nutum fingentes, voluptati attemperare. Lacrymabatur populus, & ministri Sauli tegebant causam luctus. Clamabat Jonas per plateas civitatis deterrens Ninivitas à sceleribus, eisque suadens pœnitentiam timore interitus, & Rex fuit ultimus qui accepit clamores. Ad Principes accedunt notitiæ post eventus: ex quo mala reipublicæ evadunt immedicabilia; siquidem quando Principi intempestivè deteguntur, remedio.

remedio carent. Satis se probavit justum Deus in puniendo Ocozia: cum enim Rex crebrò moneretur à cælo, ut resipisceret à culpis, mansit rebellior & obstinacior in idololatria: & qui contemnit cælestes monitus, divinæ justitiæ rigorem sustinet.

504. Obiit Ocozias morbo extinctus, & sceptrum unâ cum impietate transivit ad fratrem suum Joram: nam impietas parentum filiis hæreditaria est. Suscepit Joram sceptrum potioribus exordiis, quàm sui antecessores: nam dejecit confestim idola, quæ Acab pater suus erexerat: fuere tamen exitus lutei ac fragiles: siquidem eundem Jeroboami cultum professus est. Solent omnes fere Principes exordiri regimen facta mutatione præcedentis, ut ostendant se illud corrigere, ac reformare: accidit tamen frequenter ut ipsa mutatione reddant deterius: non enim minùs difficile est rempublicam veterem reformare, quàm formare novam. Ut Deus orbem conderet, sua omnipotentia usus est: *Dixit, & facta sunt.* Ut postea repararet, etiam Noemi accivit opem: *Ingre-dere tu & domus tua in arcam.* Non quòd eadem omnipotentia foret destitutus, sed ut appareret difficultas reformationis. Voluit juvari hominibus, ut felici eventu repararet, quod effrænis hominum licentia dejecerat. Sex diebus molitus est orbem: *die septima requievit*: triginta tribus annis nobiscum Christus versatus est, ut reformaret, nec sine omni profuso sanguine reformationem peregit: *quam acquisivit sanguine suo.*

505. Postulat reformatio tempus, laborem, & prudentiam. David se excusavit à puniendo Joab ob infidiosam necem quam intulerat Abner: quia reputavit minus inconveniens dissimulare cum supplicio, quàm odibile regimen auspiciari à rigore. Imbuat Deus Salomonem mirabili quadam sapientia: nec illius commendavit usum ad regimen, sed ut insisteret vestigiis Davidis parentis: *Sicut ambulabat pater tuus.* Quia Princeps in gubernando sequi potius debet exempla, quàm ideas. Ex alteratione humorum nascuntur morbi: & solus Deus potens est novitate quadam opem ferre afflictis rebus. Verum hoc dictamen sano modo intelligendum est: quando enim malum planè innotuerit, ejus correctio non tam mutatio, quàm remedium appellandum est: Deus enim ut hominibus mederetur, suam legem mutavit, in locum deficientis

scriptæ substituens gratiam. At mutatio Joram non fuit remedium, sed hypocrisis: nam ejus cor æquè fuit ingratum & infidele ac parentis ipsius Achab: quia Principum ingratitude filiis hæreditaria est.

S. Q U A R T U S.

Nullum vitium Deo magis abominabile quàm hypocrisis.

306. Dejecit Joram idola parentis sui Achab, & Deus ipsum Joram dejecit sagitta alia simili illi qua interierat pater ipse Achab: *Egressa est sagitta per cor ejus.* Quid? eodem supplicio afficitur qui idola dejecit evertendo, & qui idola erexit colendo? Videtur immodicis rigor ex inæqualitate. Non fuit rigor; sed æquitas & justitia. Siquidem postquam Joram evertit idola Achab, adoravit vitulos Jeroboami; proindeque fuit zelus simulatus & fictus; nullum verò idolum magis abominatur Deus, quàm figmentum. Nam hypocrita dehonestat nimium ipsam honestatem & sanctitatem facièdo illam tegmen iniquitatum & scelerum, in quo homines decipit, & Deum irridet; *Va mundo à scandalis*, dicebat Christus. *Va vobis hypocritæ*, dicebat iterum idem Dominus. Eodem modo dolebat de scandalis atque de figmentis; quia non minus inferunt mundo detrimentum scelerati scandalosi, atque hypocritæ fraudulentis.

Matth. 18.
Hypocritæ
Deo abominabiles.
Luce. 11.

Supplicium
hypocritarum.

Isai. 10.

3jn. 18.

307. Abminatur Deus adeo fraudes, & figmenta hypocritarum, ut cum dignetur manu propria animadvertere in reliquos peccatores, hypocritas pertæsus manu aliena, quasi è longinquo puniat. Per Isajam minatur Deus se missurum contra Assur ministrum, qui puniat omnes fraudulentos Israël: *Ad gentem fallacem mittam eum.* Provocatus Deus sceleribus civitatum Pentapolis agit de infligendo supplicio per se ipsum; *Descendam & videbo.* Cur in primo casu mittit punitorem, in secundo descendit puniturus? Ita Deus abominatur hypocritas, ut etiam puniens eos videre non sustineat. Condolebat & compatiebatur Christus peccatoribus, at contra hypocritas ita indignabatur, ut vehementer obiurgaret; quia cum malitia sint dæmones, volunt apparere Angeli.

308. Ten-

308. Tentat diabolus Christum in deserto ter, & obiurgatus præcipitur recedere, manifestata obligatione Deum adorandi, illique soli serviendi: *Vade Satana.* Tentant hypocritæ Christum Hierosolymis tacti religione, quòd discipuli non lavabant manus ante fumendum cibum, & Dominus eos asperrimè carpit tanquam legis transgressores, verbis mendaces, cordibus fraudulentos: *Hypocritæ benè prophetavit de vobis Isaias dicens; populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè est me.* Cur severius tractat Christus hypocritas propter falsum scrupulum lavandi manus, quàm diabolum ipsum propter tres malignas tentationes? Quia diabolus voluit exire à dolo, & Christum agnoscere tentationibus: at Pharisæi hypocrisi volebant decipere mundum, & ignorare Christum. Diabolus lapidibus usus est ad explorandam veritatem, hypocritæ arripuerunt lapides contra veritatem, ut scilicet lapidarent Christum. Inter diabolos nullus magis diabolus, quàm hypocrita. Sociatur hypocrisis fictione & adulatione, quia fraudis & falsitatis filia est: & certè sunt hypocritæ hostes hominibus magis infensi, & Deo magis abominabiles.

Matth. 23.

Hypocritæ
quantum orat
dit Deus.
Matth. 15.

Joan. 8.

309. Princeps omni etiam adhibita industria nequit ita se fingere, ut reputetur alius quàm est: habet enim plurimos suarum actionum spectatores: & sicut nunquam omnes decipiunt unum, ita nullus est qui decipiat omnes. Quia fictus Esau, fuit hominibus, Deoque odibilis, & eadem ratione, punitus Saul. Meditatur Herodes dolo agnoscere à Magis natalitium Christi, & Evangelista dolum referens, denegat illi nomen Regis: *Tunc Herodes clam vocatis Magis.* Est enim vitium abjectum & vile decipere: Herodes tanquam Herodes fingere potest, sed non tanquam Rex. Dixit Job regnare hypocritam in vassallorum supplicium. Ratio est; quia legitimus Rex in bonum & felicitatem suorum regnat, & felicitas regnare nequit, ubi regnat dolo: felices enim vivere nequeunt qui decepti vivunt. *Adjuro vos per Jesum, quem Paulus prædicat.* Dixerunt filii Scevæ cuidam dæmoni, qui miserimi cujusdam corpus occupaverat: quibus dæmon respondit, se probè nosse Christum, & Paulum, sed ignorare illos, qui cum forent Judæi, volebant apparere Christiani; *Et incidens in eos invaluit contra eos.* Si diabolus universæ iniquitatis præceptor

Princeps
hypocrisis
& fraudes
viter.

Matth. 23.

Job. 34.

Act. 19.

præceptor est, cur sic vexat suæ scholæ discipulos? Quia etiam diabolus sustinere nequit quòd re ipsa pravus velit probus parere.

*Hypocrita
possimus.*

Num. 32.

*Joan. 6.
Matth. 26.*

510. *Veni igitur & maledic populo.* Si metuit Israël, cur non cogit milites, & parat exercitum: sed juvatur auxilio pseudopphetæ Balaam? Sibi habuit persuasum nihil efficacius ad destruendum Israël, quàm implorare opem cujusdam hominis hypocritæ, qui re vera pessimus, apparebat sanctus. *Unus ex vobis Diabolus est. Amice ad quid venisti?* Quid? In Christi societate & domo appellatur Judas malitiâ diabolus, & in horto appellatur ex benevolentia amicus? Ita: quia Judas inter Apostolos, & in Societate Christi degens, venenum proditoris occultabat, illud tegens velamine hypocrisis; at in horto ducens satellites, se gessit manifestum proditorem: & ideo magis provocavit indignationem Christi in priori, quàm in posteriori eventu: quia peior est hypocrita sua sanctitate ficta, quàm proditor sua iniquitate manifesta.

S. QUINTUS.

Princeps esse debet in verbis cautus & maturus.

*Electio Je-
hu in Re-
gem.*

4-Reg. 9.

511. Voluit Deus punire Joram, & extinguere omninò familiam Achab, ad quod delegit Jehu filium Josaphat. *Unxi te Regem super populum Domini Israël.* Dixit illi propheta Dei nomine: *Et percuties domum Achab domini tui, & ulciscar sanguinem servorum meorum prophetarum.* Vivente adhuc Joram unctus fuit Jehu in Regem tanquam Dei instrumentum ad puniendum familiam Achab ut ulcisceretur sanguinem innocentem, quem Rex impius effuderat. Quid? pro supplicio impendit Deus regnum, & eligit Regem ut puniat? Ita: ut intelligatur qualis Dei sit voluntas, & quàm avida ad puniendam ingratitude: similiter nullum aptius, promptiusque ad puniendum instrumentum esse, quàm manum Principis propriam conservationem ex aliorum destructione sperantis. Non quievis Baasa donec universam familiam Jeroboami extinxit: & Zambri nulli ex consanguineis, vel famulis Baasa percit.

*Ambitionis
crudelitas.*

percit. Est ambitio sceptri quædam veluti hydropepsis humani sanguinis, quæ in mundo plurimos constituit Herodes: *Veni in Jul. 8. domum patris sui, & occidit fratres suos.* Occidit Abimelech fratres suos, quando ipsum crudelis dominandi ambitio invasit. *Ille homicida erat ab initio.* Cur vocatur diabolus homicida ab ipso nascentis mundi exordio, si prima ejus vox non indicavit appetitum occidendi, sed ascendendi? *Qui dicebas in corde tuo: in caelum conscendam?* Eo ipso quòd anhelavit ambitiosè locum sublimem, fuit homicidiorum executor, & procuravit mortem filii Dei, ut ejus thronum occuparet.

512. Acclamatus Jehu, & jam à populo observatus tanquam Rex Israël statim quæsivit Joram, & in itinere obvium conviciis laceravit, illi exprobrans matris Iezabelis flagitia: *Adhuc fornicationes Iezabel matris tue, & veneficia ejus multa vigent.* Deinde emissa sagitta confixit, & exanimem projici jussit in campum, ubi fuerat lapidatus Naboth. In exequendo supplicio æquè enituit zelus, atque in infligendis contumeliis apparuit vilitas: nam ex ore Principis nullum debet verbum excidere, quod alterius honorem lædat: præcipuum munus Principis est condecorare omnes. Maledictionem Rubem imprecatus est Iacob his verbis: *Effusus es sicut aqua, non crescas.* Illi tamen impendit benedictionem Moyses: *Vivat Rubem, & non moriatur.* Quid? benedicit Moyses illi, cui maledixerat Iacob? Ita: Iacob erat homo privatus: Moyses princeps populi. Non decet principem verbis suis aliquem dehonestare, cum debeat honorare omnes. *Quia peccatrix est* dixit Phariseus de Magdalena: & Christus: *Vides hanc mulierem.* Christus erat Rex, & hic etiam peccatores honestare debet.

Neque hoc volo ut fiat, nisi ut revertatur. Cur noluit Ezechias solis progressum, sed regressum? Quia sol quòd magis progreditur ascendendo, eò magis decrescunt umbræ, & quo magis regreditur descendendo, eo umbræ plus crescunt: est Sol Regis Symbolum, sicut umbræ subditorum, quos Rex nunquam minuere, sed semper augere debet, etiam si ad hoc oporteat descendere.

513. Aliud est supplicio, aliud contumelia afficere; contumelia pullulat ex odio, supplicium ex justitia, quæ ut multos servet, paucos castigat: *Lingua principis se debet exhibere in puniendo*

*Conviciis
indigna
Principe.
4-Reg. 9.*

Gen. 49.

Luc. 7.

4-Reg. 20.

*Supplicium
non ex o-
dio.*

niendo misericordem, non vindicem: nam compassio est virtus, vindicta, passio. Illud obnixè à Deo precabatur David, ut frœnum sibi injiceret, quasi sui oris custodem, ne excideret verbum, etiam contra suos conviciatores, & detractores. Erat princeps David, & princeps etiam contumeliis provocatus recusat esse maledicus: nam maledicere actio est vilissima: *Mors & vita in manibus lingua.* Dixit Spiritus S. Occidere lingua animalis veneniferi, proinque vilissimi peculiare est. Instar linguarum ignearum decidit in terram divinus Spiritus: & cum linguæ illæ apparenter forent ignis ad comburendum, realiter erant luces ad illustrandum: *Apparuerunt dispersitæ lingua tanquam ignis.* Primum verbum, quod Deus protulit in hoc mundo, fuit directum ad lucis productionem: *Fiat lux.* Sic nobis significavit, ille Regum ac principum omnium Monarcha, ex ore principis debere solam lucem absque ullis tenebris defluere, ut neminem dedecoris, vel ignominie tenebris obscuret, omnes honorum, ac dignitatum radiis illustret.

Lingua
Principis
qualis.
Psal. 38.
Prov. 28.

Act. 2.
Honor ex
Principe.
Gen. 1.

Verborum
Principis
efficacia.

Act. 5.
Joan. 11.

Joan. 6.

514. Princeps esse debet in puniendo æquus, & in loquendo circumspectus: æquitas est totius reipublicæ harmonia, proindeque fulcimentum sceptri: verba principis quandoque vitam afferunt, quandoque necem inferunt. Ananias occubuit auditis tantum Petri verbis: *Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit.* Lazarus ad vitam revocatus est Christi verbis: *Lazare veni foras.* Vitam recipit Lazarus honoratus prius à Christo, à quo fuerat vocatus amicus: *Lazarus amicus noster dormit,* vitam amittit Ananias, quia objurgatur à Petro tanquam mendax: *Non est mentitus hominibus, sed Deo.* Gessit se Christus principem benignum: & ideo ob Lazari mortem ploravit; gessit se Petrus principem severum, cum arguit Ananiam de pretio venditi agri occultato. Verba principis mansueti honorando vivificant: verba rigidi ac severi vulnerando occidunt. Idem Petrus Christum agnovit ex verbis, utpote vitalibus: *Domine, ad quem ibimus? Verba vite aternæ habes.* Princeps, cujus verbis ita nutriuntur ac reficiuntur subditi, ut ex illius alloquio vires & animos capiant, non deseritur propter alium, reliqui omnes propter illum deseruntur: *Ad quem ibimus?* Et idcirco princeps debet esse in verbis cautus & maturus.

§. SEX-

§. SEXTUS.

Supplicium ingratitude impie Jezabelis.

515. Accipiens Jezabel ingressum esse Jehu terram Jezraëlis, in quam se ipsa receperat, præcipua ejus cura fuit se comere, & ornare: *Depinxit oculos suos sibi, & ornavit caput suum.* Quid? timet adversarium Jezabel, & se concinnat? Ita: quia ex timore pullularunt omnes concinnationes, & ornatus. Deliquerunt primi parentes Adamus & Eva, peccatoque foedati se statim absconderunt à Deo ex timore, sibi que concinnarunt tegmina quibus possent apparere: *Consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* Concinnatio in hominibus infamia est, in foeminis deceptio: pulchritudo enim nescit pigmenta, & pigmentis augetur foeditas.

Jezabelis
supplicium
4. Reg. 9.

Gen. 3.

Intellexit Jezabel quòd turrim jam occupaverat Iehu, & accedens ad fenestram, rogavit, vellet ne assimilari Zambri, qui occiderat Dominum suum? jussit confestim Iehu Iezabelem dari præcipitem, quæ illicò projecta est, & contracta interiit: *Aspersusque est sanguine paries, & equorum ungula conculcaverunt eam.* Temeraria interrogatio? Crudelis resolutio? Rogavit temere, quia saltem in angustiis oportet principes temperatos esse. Deliberavit crudeliter Iehu: quia nullum verbum etiam probrosum mulieris virum decorat: & nullum dedecus infertur mulieri per viros, quo viri ipsi non dedecorentur; illas igitur sustinere, virtus est; colere, obligatio.

Princeps
temperatus
4. Reg. 9.

Femina
colenda à
viris.

516. Præcipitata jam, & ex ruina veluti lacerata Iezabele, præcepit Iehu famulis suis, ut cadaver sepelirent, & sic honestarent utpote Regis filiam: *Sepelite eam, quia filia Regis est.* Iussit eam mandari tumulo, quia non poterat quiescere, donec videret tumulatam; nam sceptri ambitio solum in sepulchro quiescit. Voluit honorari tanquam Regis filiam, quia jam obtinebat sceptrum, & etiam tyranni volunt majestati honorem habendum. Punietur Iezabel propter sua flagitia: sed honoretur tanquam filia sui parentis. Filiam Regis appellavit, & non Reginam; quia hoc nomine indigna est, quæ tyrannam agit; servire tyrannidi, est perdere

4. Reg. 9.
Majestas
etiam à
tyrannis
colitur.

majestatem: siquidem magnitudinis titulos sæva impietas extinguit, pietas tuetur.

Cruditatis supplicium.
4. Reg. 9. 517. Cum famuli Jehu cadaver Iezabelis diligenter conquirerent, nihil invenerunt præter calvariam, pedes, & extremitates manuum: *Non invenerunt nisi calvariam, & pedes, & summas manus.* Nam reliquum aves, & aliæ voraces animantes in se ipsis sepelie-
3. Geg. 22. rant: crudeles enim tanquam belluæ sævitia in belluarum nutrimentum vertuntur. Biberant canes sanguinem Achab: *Linxerunt canes sanguinem ejus.* At Iezabelis unâ cum sanguine vorarunt car-
4. Reg. 9. nes: *Comedent canes carnes Jezabelis.* Cur majus supplicium Jezabelis, quàm Achab, si uterque patravit delictum? Verum quidem est quòd Rex usurpavit vineam Naboth: at Jezabel ad hunc finem induxit testes falsos: *Scriptit itaque litteras ex nomine Achab.* Ideoque tanquam inventrix sceleris, cui suam locavit industriam majorem subiit pœnam.

Gen. 20. 518. *Flagellavit Dominus Pharaonem, & domum ejus propter Sarraï uxorem Abraham. Redde viro suo uxorem, quia Propheta est, & orabit pro te, & vires.* Si Deus re vera punivit Pharaonem, quòd usurpaverit uxorem alienam, cur solum intendit minas Abimelech propter eandem culpam? quia Pharaon suo exemplo persuasit delictum, Abimelech à Pharaone tyrannidem didicit, & ideo major pœna delicti authorem affecit. Jezabelis mansit calvaria in monumentum fragilis pulchritudinis; nam eadem hora, qua se impia mulier ornavit, ut conciliaret gratiam, versa est in tetram calvariam, ut pareret horrorem. Pedes manserunt, quasi affectuum & viarum indices, ut significarent viam tyrannidis habere pro meta interitum. Manserunt extremitates manuum, ut intelligeretur manus ferocis mulieris fuisse punitas tanquam extremè crudeles.

Humana- rum rerum fragilitas.
519. Proh quanta fraudis apertio mortalibus? Contempta magnitudo infami nece: pulchritudo Jezabelis versa in horrorem? Vanitas superbior conculcata à brutis, vorata ab avibus? Manus illæ æquè pretiosæ ac crudeles, quæ intulerunt mortem Naboth, & vitam attulerunt innumeris sceleribus, datæ in prædam volucris, in spodium canibus? Quid profuit Jezabeli majestas & pulchritudo, si mors eam æquavit reliquis mortalibus, & sævitia omnibus miserrimis! Non patitur Deus pulchritudinem crudelem,
vel

vel majestatem tyrannam; non enim natura suas contulit dotes, neque fortuna sua bona, ut forent instrumenta nequitiae, sed motiva gratitudinis; non in Dei conditoris & collatoris offensam, sed obsequium.

520. Quadrare potest electio in pulchritudinem. Antequam *Pulchritudo electa esse potest. Cant. 6.* sancti Angeli vocarent sponsam electam, dixere pulchram: *Pulchra ut Luna, electa ut Sol.* Sic ostenderunt fuisse sponsam ad cœlum electam, quòd pulchritudine benè uteretur; quæ enim pulchritudo est ad aspectum, instrumentum esse potest ad gloriam. Cum tamen Jezabel debitorum fuisset immemor, ruit in exitium tanquam ingrata Deo, ut tyranna erga Vassallos. Duo præcipuè inter alia obversari debent principi, alterum se mortalem esse, alterum, se rationem de sceptro redditurum supremo principi Deo; ut sic recordatio mortis ostendat fragilitatem vitæ, & timor judicii obligationem sceptri. Quòd princeps est magnitudine excellentior eo est mutabilitate fragilior: siquidem conjungit ægritudines naturæ incommodis dominationis majoris; & certè nulla alia magnitudo vindicat perpetuitatem nisi virtus; est enim immortalis animæ qualitas, quæ cum eadem perseverat.

Virtus in Principe, illum æternus.
Creavit summus conditor Deus volucres, & reliquas brutas animantes ex materia pura, & solum hominem ex rebus impuris, scilicet lutho, & vili terra, ut sciret homo qualiter debuerit tractare corpus suum, nempe ut rem vilem & caducam, animam verò tanquam spiritum nobilem, & immortalem. Fecit Deus corpus humanum ex terra ad documentum hominis, & homo facit animam ex terra ad sui abjectionem.

§. SEPTIMUS.

Zelus cum impietate ambitio est.

521. Persecutus est Jehu supplicium in familia Achab, & postquam interfecit omnes ejus liberos, nulli consanguineo, amico, vel familiari pepercit, ut omnino aboleret memoriam impii Achab. Vult Deus impii memoriam transire instar tempestatis; vita enim ipsius tempestas est. Supplicio denique metam ut imponeret Jehu, gladio

gladio confecit omnes prophetas, & sacerdotes Baal, & hujus simulachrum redegit in cineres: *Delevit itaque Jehu Baal de Israël.* Fuit opus Deo adeo probatum, acceptumque, ut jussit Deum per prophetam gratificari, & ratam haberi promissionem conservandi sceptrum in ejus familia usque ad quartam generationem. Prætextus tamen quo mandavit executioni supplicium Jehu laudabilis non fuit; nam se finxit devotum idolo Baal, & ejus cultui: *Achab coluit Baal parum (ajebat) ego autem colam eum amplius.* Divina lex adeo sincera & pura est, ut nullam ferat simulationem; nam jubet ut os fateatur quod cor profitetur, & nemo utatur medio illicito ad finem honestum.

Ingratitudo Jehu.

522. Zelum exhibuit Jehu in supplicio illo inferendo: ut verò se intellexit in sceptro gerendo tutum; egit idololatram: sceptrum enim quàm plurimos reddidit ingratos & infideles. Existimatione hominum beneficium maximum est, & cum à Deo conferatur, contra Deum influit ingratitude: siquidem beneficio maximo infidelis redditus homo est. At cur ingrati in infidelitatem labuntur? quia ingratitude venenum est in corde genitum; & cor veneniferum, fidele esse non potest; genitum, hoc in corde Judæ venenum eas radices egit, ut respuerit applicita per Christum servatorem remedia, prævalente infidelitate.

Supplicium ex homine durissimum

Bellum est supplicium maximum.

523. Punivit Deus ingratitude Jehu bello per Syriæ Regem moto: & ideo fuit acerbius supplicium: nam David, cum princeps esset strenuus ac felix, dicebat malle se puniri peste, quàm bello; pestis enim infertur manu Dei, bellum manu hominum; & semper manus hominis durior ac severior est. Se ipso poterat Deus animadvertere in Pharaonem, sicut permiserat obtinationem: noluit tamen, sed per Moysem punivit, ut foret durius supplicium, cujus executor homo esset. Inter acerbissimas pœnas, quibus Deus olim torsit diabolus, fuit bellum, quod posuit inter ipsum & mulierem: cum enim diabolus sit fortissimus, & scœmina corporalibus destituta viribus, magnum supplicium est etiam cum ipsa imbecillitate bellum gerere. Isaias bellum reputavit malorum omnium seminarium, sicut & pacem bonorum omnium compendium; sic bonorum omnium conditor, fuit author pacis, sicut qui se tali conditori opposuit, author belli. At mala omnia meretur qui

qui simulat zelum ex ambitione, & beneficia ingratitude compensat. Accepit Jehu sceptrum de manu Dei, & fuit Deo infidelis religione; quia ingratus beneficium maximum solvit maxima offensa.

§. OCTAVUS.

Inter Principes Israël fuit hereditarium scelus ingratitude.

524. Mortuus est ingratus Jehu, & filius Joachaz, ejus sceptro & ingratitude successit. Quia ex regula prava, seu deflexa, recta linea deduci nequit. Adacto in angustias Joachaz per Regem Syriæ suppetias ivit propheta Elisæus, & divina ope illum ab hostibus eripuit. Quid pro tanto beneficio reposuit Joachaz? Deum simul ac prophetam omnino oblitus, Jeroboami idololatriam professus in ea vitam clausit. Est ambitio principum fraudulenta & ingrata; quia ad satiandam cupiditatem, omnia pollicetur, reddens omnia facilia; at post adeptum finem, satiato desiderio, quærit prætextum, ut neget debitum: quòd si nullum reperiat, benefactorem occidit. Obiit Joachaz ex ingratitude adeo miser, ut in eo principis umbra vix appareret; nam ingrati in ipsa met ingratitude solent reperire supplicium. Appetierunt olim coloni vineam alienam, & eodem medio, quo meditati sunt obtinere & conservare, se ipsos, ipsamque vineam perdiderunt. Hoc ingratorum supplicium est, quòd perdantur iisdem mediis, quæ elegerant ad suam conservationem, ita ut evadant perditum ex iis, per quæ sperabant esse servatos. *Quid ergo faciet Dominus vinea? Veniet, & perdet colonos, & dabit vineam aliis.* Judæi deseruerunt Christum, ut haberent Cæsarem: *Nos Cæsarem habemus.* Et sine Cæsare, & Christo manserunt.

Ingratitudo est vitium hereditarium.

Ambitio & cupiditas ipsa puniunt.

Joan. 20.
Luc. 20.

Joan. 19.

525. Morte Regis Joachaz sceptrum obtinuit ejus filius Ioas, qui cum videret regnum in summa rerum omnium calamitate, memor auxilii, quod pater ejus invenerat in Elisæo, prophetam adiit, eumque patris nomine compellavit, profusis ubertim lacrymis: *Pater mi, Pater mi, curvus Israël, & auriga ejus.* Principi in angustias adacto nunquam desunt verba, imò & lacrymæ ad implorandum.

Eloquens in petendo, murus in gratificando.

4. Reg. 13.

randum auxilium; quo eget: deest quandoque memoria ad gratificandum pro acceptis; multis verbis petunt, paucis gratificantur: nemo ad gratificandum est magis mutus, quam qui fuit ad petendum magis eloquens.

In spelunca Enggadi appellavit Saul Davidem filium suum, & ploravit, quia viderat dominum vitæ suæ: *Nunquid vox hæc tua est, fili mi David* (aiebat Saul) & *levavit vocem suam, & flevit.* Item decem leprosis non defuerunt verba ad petendum remedium à Christo: *Levaverunt vocem suam dicentes: Jesu præceptor miserere nostri.* Verùm ubi Saul è manibus Davidis elapsus est, illum majori sollicitudine ad necem quæsit. Item è decem leprosis, quos Christus mundavit, uni tantum suppeditit vox ad agendum gratias. Nam quorum lingua est ad petendum eloquentior, ad gratificandum est tardior, & impeditior. Est enim multiloquium antecedens certius indicium futuræ ingratitude & oblivionis. *Ubi plurima sunt verba, ibi egestas.*

526. Motus Elifeus lacrymis Joas (nam etiam fictæ lacrymæ movent) ductusque divino impulsu præcepit Regi, ut ex actu, quem gestabat, sagittas excuteret; tot enim erat reportaturus victorias, quot sagittas emiserit. Tres tantum excussit Rex, & indignatus propheta illi dixit universam Syriam fore evertendam, si plures sagittæ excuterentur; at pro triplici illa sagittarum excussione tres promisit victorias: *Si percussisses quinquies, aut sexties, sive septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem: nunc autem tribus vicibus percutes.* Cur Joas non emisit plures sagittas, utpote contra hostem? Cur Elifeus non illi præcipit, ut plures emitat, & vitabit indignationem? Noluit Joas plures sagittas jacere, quia ingratitude arcum suspendit: & plures recusavit victorias, ne debitis pluribus obstringeretur. Nobis potuit respondere Joas tres sibi victorias satis fuisse; nam prima vincit, secunda destruit, tertia triumphat: & post triumphum, quod quis appetat, non superest. At longè alia causa fuit, ne Joas plures excuteret sagittas: noluit esse nimis victor, ne cogeretur esse nimis gratus.

527. Non jussit Elifeus plures emitti sagittas, ne divinum mandatum excederet: minister qui ordinationem mutat, non paret: & minister fidelis non est, qui suo principi non obedit. Præcepit Deus

Deus Moyfi, ut alloqueretur petram, & quia Moyses præceptum excessit, petram virga percutiens, non ingressus est terram promissionis. Saulem Deus privavit sceptro, quia suum mandatum transgressus fuit in puniendo Amalech. 1. Reg. 15.

Zelo patriæ commotus indignatur Elifeus contra incivilitatem, & nimiam fiduciam Joas: fuit enim Joas incivis, quia non debuit pro suo arbitrio sistere in excussione sagittarum, coarctando divinum favorem, sed expectare nutum illius, qui jusserat excutere. Fuit nimis confusus, quia se reputavit tutum post tres victorias: & certè tunc magis timendus est hostis, quando magis victus, ut eò major sit victoris timor, quò major fuerit victoria. Non obtulit Deus suam protectionem Abrahamo, nisi post victoriam ab hostibus reportatam, ut ostenderet subesse majus periculum, ubi adest major incuria ex nimia fiducia. Nam amor vindictæ, & appetitus recuperandi læsum honorem & perditas fortunas, reddunt hostem animosiores. Ideo Josue non deposuit insertum clypeum, donec vidit extinctos gladio omnes habitatores Hay. *Non timebo millia populi circumdantis me.*

528. *Exurge Domine, salvum me fac, quoniam percussisti omnes adversantes mihi sine causa.* Non intelligo Davidem, jam se timere, jam se non timere dicit? Ad hæc, si hostes jam debilitati, imò penitus dejecti sunt, cur Dei implorat auxilium? *Exurge Domine, salvum me fac.* Timet David deficientibus hostibus, quia quando hostes adsunt, tempus est erigendi animum, exhibendique virtutem: quando defunt, prudenter timentur. Fiducia & valor inservire debent ad congressum, & non ad incuriam: qui timet, providus & cautus est, qui nimis fidit, incuriosus. Postquam quievit procella, qua jactabatur navis illa, quæ vehebat Jonam, ait Sacer textus timuisse nautas, & vota emisisse. *Stetit mare à fervore suo, & timuerunt viri timore magno, & immolaverunt hostias Domino, & voverunt vota.* Non emiserunt vota sævientem tempestate pressi, sed postquam venti posuere, & omne inflatum mare detumuit: quia prudenter intellexerant insidiosam tranquillitatem, sæviorem esse procellam. Unde sicut ante tempestatem, ita in tranquillitate, quando major affulget serenitas, præventionem opus est: quia nulla fortior urget ratio ad timenda mala, nisi quando quis

Fiducia nimia nocet.

Timor post victoriam manere debet.

Gen. 14.

Jos. 8.

Auxilium imploratum post victoriam. Psal. 31.

Timor cautus.

Tranquillitas timenda.

securitate fruitur in illorum absentia. Cur igitur non timuit Joas quando victor? quia erat ingratus, & putavit in ipsius manu esse divinum favorem: conditio ingrati est putare se magis securum in retinendo favore, quando illum minus meretur: ex superbia enim sibi deberi omnia existimat.

Ingratitudo Joas.
4. Reg. 13.

Jos. 4.

Gratia Deo agenda cito.

Exod. 24.

Beneficia impetrant gratia anticipata.
Joan. 11.

Principes ingrati esse solent.

529. Fretus Joas praesidio Elisei, suo exercitu quaesivit hostem, & tribus commissis praeliis semper victor evasit. At pro gratiis ob tantum beneficium summo Deo referendis, ab ipso Deo defecit ad simulachra. Josue suis ducibus suadebat, ut post comparatam victoriam, statim Deo bonorum omnium auctori gratias referrent: quasi gratitudo foret medium efficacissimum ad alias comparandas. Descendit Moyses de monte Sinai, divinis cumulatus beneficiis, & confestim ad radicem montis, luce primum albescente, erigit altare, sacrificat, & pro acceptis favoribus gratias agit: *Et mane consurgens aedificavit altare ad radicem montis.* Quid? non esset magis è re, quod Moyses expectaret populum, ut sacrificaret, & gratiarum actio foret solemnior? Dilatio seu expectatio illa (factor) magis conferret ad solemnitatem, sed non ad divinam acceptionem: voluit anticipatas & praeproperas esse grates, ut securos redderet favores: nempe ut nova acciperet beneficia, pro acceptis retulit gratias.

530. Ut Christus ederet miraculum resurrectionis Lazari, Aterno Parenti habuit gratias pro miraculis praeteritis. Quo documento nobis indicavit gratificari pro acceptis muneribus esse medium efficacissimum ad consequendum desiderata. Epictetus philosophus dictitare solebat in nulla alia re detentos esse homines debere, nisi in actione gratiarum, quas perenniter Deo referrent: siquidem quidquid habent, à Deo perenniter recipiunt. Hoc naturali lumine deprehensum protulit quidam ethnicus; & non pudet Christianum, Deo ingratum esse. Principes tanquam Deo magis obstricti, esse debent magis grati, ita ut immortales referant gratias pro beneficiis communibus, & peculiaribus; at cum plus debeant, minus solvunt: quia ex vana elatione omnia sibi deberi credunt. Apud principes, si beneficium ingens est, negatur: si antiquum, oblivione sepelitur: si recens, tanquam somnium evanescit; beneficia scribuntur in cera, maleficia in ære sculpuntur.

Grati-

Gratitudo virtus adeo sublimis est, ut ipsam divinitatem indiget. Ad vitam revocavit Christus filiam principis Synagogæ; & circumstantes admiratione hædere defixi: *Obstupuerunt.* Ad vitam revocavit Lazarum, & multi ex praesentibus, in eum credentes, Deum agnovere: *Crediderunt in eum.* Cur Deus agnoscitur in resurrectione Lazari, & non in resurrectione filiae principis Synagogæ? quia hujus resurrectionem non fuerat operatus ex gratitudine: ab illius enim puellæ parente nihil acceperat: at miraculum resuscitandi Lazarum ediderat ex gratitudine, ut nempe se exhiberet gratum hospitio, quo ab illius fororibus fuerat exceptus; & certè gratitudo ducit in cognitionem divinitatis.

Gratitudo virtus divina.
Marc. 5.

Joan. 11.

Ingratitudo Joas.

531. In dubium verti potest, qualisnam fuerit major ingratitude Joas, offendere Deum ipso beneficio victoriarum, an confiteri Eliseo magnitudinem beneficii, & negare benefactorem, deficiente à Deo ad idola? magna reputatur ingratitude beneficio ipso offendere benefactorem; siquidem est referre malum pro bono, & uti bono ad malum: at inter omnes ingrattudines maxima est fateri magnitudinem beneficii, & negare benefactorem; nam duplicata malitia est fateri obligationem, ut sit major injuria, & acerbior de offensa concipiatur dolor. Sic se Pharisei gesserunt erga Christum: fatebantur accepta ab eo beneficia prodigiosa: *Hic homo multa signa facit.* Et ut redemptorem diffiterentur, affirmabant peccatorem esse: *Non scimus quia hic homo peccator est.* Confessio illa geminabat injuriam, reddebatque ingrattudinem molestiorem: siquidem ex majori beneficio eruebant majorem offensam. Ex ipsis victoriis manifesto Dei munere acceptis, eruit Joas fieri magis ingratus & infidelis Deo: nam ingrata impietas principum Israëlis, non solum fuit tabifera & hæreditaria, sed etiam immedicabilis & infidelis: quia semper vinculo quodam indissolubili Hebræo sceptro inhæsit.

Joan. 11.

Joan. 9.

532. Excedente è vivis Joas, sed non è sua impietate & ingrattudine, translatum est sceptrum in ejus filium Jeroboamum, secundum in idololatria, sed primum in felicitate. Nam strenuè obtinuit, restituitque Israëli omnes arces, quæ fuerant occupatæ ab Assiriis. Fuit Jeroboamus perversus simul & felix. Patientissimus Job olim jam interrogabat à Deo causam, ob quam impiorum

Felicitas impii Jeroboami.
4. Reg. 14.

Psal. 72. via esset felix? Hac similiter consideratione David se fatebatur confusum. Occulta sunt, & nimis profunda Dei iudicia, semper tamen iusta. Si mens humana illa assequeretur, jam non foret Deus; hoc enim nomen (Deus) dicit quandam immensitatem perfectionum, quæ non nisi à solo Deo comprehendi possunt. Certum tamen est, quidquid in humanis apparet bonum & conspicuum, legitimam felicitatem non esse: si enim talis foret, Christus summa sapientia & veritas nec sibi eligeret labores, nec eos impenderet suis amicis & familiaribus: nam quicumque ex corde diligit, semper conferre appetit quod melius ac felicius iudicat. Quod in hoc mundo optimum est, neque in potestate, neque in opulentia consistit: hominem enim non condecorat potestas, non sublimant divitiæ.

Contemptus rerum temporalium prodest.
4. Reg. 9. 533. *Tollens unusquisque pallium suum posuerunt sub pedibus eius in similitudinem tribunalis.* Quando Hebræi voluerunt Jehu acclamare, & salutare Regem, submiserunt pallia sub eius pedibus: cur non potius imposuerunt capiti coronam, & inferuerunt manui sceptrum, & corpus induerunt purpura? Ut intelligatur eum solum esse Regem, qui humanum ornatum, magnitudinem, & felicitatem despicit calcans pedibus. *Rex Judæorum.* Titulus fuit, quem Pilatus cruci affigi iussit. At Pharisei se opposuerunt volentes ut refrigeretur. *Noli scribere Rex Judæorum.* Rogo, si in prætorio Regem appellabant, *Ave Rex:* cur in Calvario Regio nomini contradicunt? Illis videbatur in prætorio Rex per ludibrium: at in Calvario verus Rex; quia cum in Calvario appareret pauperior, utpote omnibus omnino spoliatus vestimentis (non sic in prætorio indutus purpura) verus Rex ostendebatur.

Bonorum temporalium amissio iucrum est.
Luc. 16. 534. Bonorum temporalium contemptus & spoliatio, usurarium lucrum est, quo anima ditescit. Diviti avaro fatis manifestavit Abrahamus terrenas divitias illum sepeliisse in inferno, sicut labores duxisse Lazarum in paradysum: *Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.* Nam impiorum felicitas, est Dei iracundia dissimulata, iustorum afflictio, misericordia Dei est. Christus suum natalitium non appellavit gloriam, crucem tamen, suam gloriam dixit: quia per nativitatem ingrediebatur mundum per crucem relin-

relinquebat: certè gloriosi non sunt qui ingrediuntur mundum, ut eo fruantur, sed qui egrediuntur, ut illum deserant.

535. Fortunæ omnes hujus mundi, rerum omnium humana-^{Temporali-um bono-rum levi-tas, & su-tilitas.} rum species, & magnitudo, si probè inspectentur, & intelligantur, nihil sunt: queritur Servator suos discipulos tanquam parcos, & avaros in postulando, cum debuerint ipsum credere largum, & facilem in conferendo: *Usque modò non petistis quidquam.* Si discipuli jam petierant à Domino cathedras: *Dic ut sedeant hi duo filii mei.* Cur ait Dominus nihil adhuc petiisse? Nihil petierant, quia petitio fuerat de solis bonis temporalibus, quæ pro nihilo reputari debent. Intimatum est Dei nomine per Angelum Regi impio Balthazari ipsum cum suo regno in statera appensum, minus habuisse: *Appensus es in statera, & inventus es minus habens.* Quòd in una ^{Dan. 5.} stateræ lance positus fuisset Balthazar, testimonio Angeli certum est: *Appensus es in statera.* At quòd in altera lance positum fuerit, tacetur: certum tamen est fuisse positum id quod appellamus nihil: & hoc prævaluisse Balthazari, univèrsoque ejus imperio: si enim in balance res mundanæ cum nihilo ex parte altera ponderentur, absque dubio constabit minus continere ponderis. *Fugit Joas in montem.* Christus scilicet in deserto ut declinaret Regis titulum, quem tamen acceptavit ingressus Hierosolymam. Quænam ratio discriminis? Acceptavit morti proximus, ut ostenderet mundi honores & glorias tunc videri aliquid, quando relinquuntur, tunc videri nihil, quando possidentur. Jeroboamus obtinuit sceptrum annis quadraginta, ut poenas gehennales in æternum sustineret.

536. Miserrimus status regni Israël, & superbia Benadab Regis Syriæ felicem ad speciem reddiderunt Jeroboamum: sic enim Deus veluti compulsus attulit afflicto populo remedium, & superbo Regi supplicium: Deus enim eadem promptitudine, qua videns afflicto fovet, videns superbum punit. Ut revocaret ad vitam filium viduæ, non expectavit Christus rogationem aliquam: *Quam cum vidisset Dominus misericordia motus super eam, dixit illi.* ^{Luc. 7.} *Noli flere: & accessit, & terxit loculum.* ^{Joan. 11.} Cum expectaret triduo monitum sororum Lazari. Obviam afflictionem & miseriam statim levavit: sicut acceleravit resurrectionem Lazari, ubi vidit

lacrymas fororum, ut intelligeremus principes tunc præcipuè moveri ad miserias fuorum levandas, quam oculis illas conspiciunt: & Deum æquè succurrere afflictis, atque punire superbos. Victorias, quas comparabat Benadad de Hebræo populo, suæ potentia arrogabat, & hac superbia elatus se reputabat Deum. Ob unam cogitationem tumidam Lucifer dejectus est in Erebum. Non dissimulat Deus cum superbia: qui enim dissimulat, insolentem reddit, & superbus insolens appetit coli ut Deus. Elatam Nabucodonozoris statuam coniecto lapide prostravit Deus: quia non patitur elatam superbiam diu consistere. Eodem tempore, quo statua erecta est, descendit lapis, & hoc descendente statua evanuit. Superbia vitium est, quod venia & remedio caret. Eodem loco quo Moyses, & populus Hebræus invenere periculi securitatem, reperit Pharaos, & populus Aegyptiacus naufragium: *Nec unus quidem superfuit ex eis.* Cur experitur Pharaos tantum infortunium, & Moyses tantam felicitatem? quia elatio Pharaoni suasit eodem hospitio mare excepturum potestatem, quo exceperat virtutem.

Superbia
punitur a
Deo.

Dom. 4.

Deut. 32.

Superbia
deprimitur

Dom. 4.

537. Benadab instar Pharaonis tumidus ad suam potentiam referebat victorias, quas reportabat de Hebræis: ut ergo Deus illius tumorem deprimeret, Jeroboamum viribus destitutum elegit: solet enim Deus elatos dejicere instrumentis debilibus. Non opposuit proceræ illi statuæ, de qua superiori numero, montem illum excelsum, sed exiguum lapidem, qui descendit de monte: quia parvitate lapidis proceritatem illius opprimere voluit: *Lapis abscessus sine manibus.* Absque ullis manibus dejicientibus ruunt colossæ statuæ, quas erigit superbia: quia ut decidat superbia, opus non est manibus validè impellentibus, sufficit exiguus lapis, qui leviter tangat.

Victorie in
Deum referenda.
Jes. 31.
Psal. 17.

Omnem nostram spem erigere debemus ad Deum, qui est dominus exercituum, & nostrorum hostium everfor. *Si osculatus sum manum meam ex meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum Altissimum.* Quid? osculari propriam manum est scelus impietatis? Manus sunt instrumenta belli juxta Davidem: *Qui docet manus meas ad prælium.* Cum verò osculari manum, sit victoriam sibi ipsi adscribere, se gerit impium instar Benadad, qui instar illius operatur: siquidem per impietatem spoliat Deum peculiari jure, quo

quo Dominus exercituum, & victoriarum est. David non in aula, sed in tabernaculo Dei suspendit gladium sanguine Philisthei cruentatum. Ut ostenderet se unico Deo adscribere victoriam, quam à tanto hoste reportaverat. Quia Benadad suæ potentia victorias arrogavit, subactus fuit per abjectos famulos principum Israël. Afa suam omnem fiduciam contulit in Deum, & manu exigua hostes innumeros debilitavit. Absque Deo omnes vires debiles sunt, cum Deo ipsa debilitas potentia est. Fortuna Jeroboami non felicitas propria fuit, sed supplicium Benadad: nam superbum punit Deus debiliori instrumento: & ingrato infideli mundi felicitatem oculis tantum degustandam exhibet, pro duriori supplicio.

§. NONUS.

Ingratitudo Principum decem tribuum omnes reddidit infideles.

538. Jeroboami obitu devenit sceptrum in ejus filium Zachariam, parenti quidem similem moribus, sed duratione regni dissimilem: nam intra sex menses imperium simul ac vitam perdidit manibus Selli Vassalli sui. Et in Zacharia extincta est generatio quarta Jehu, juxta Dei præfagium, quando illum jussit ungi in Regem Israël ad puniendam familiam Achab. Interiit familia Jehu, quasi nunquam extiterit: quia nascuntur ad interitum, qui nascuntur ad supplicium. Et cum perversos hujusmodi ferat exitus, nullus fere Israël princeps extitit qui perversus non fuerit. Culpæ enim principum sunt immedicabiles: Principes enim nascuntur ex sublimitate, nutriuntur adulatione, victitant potentia, & hæc reddit infirmos curatu nimium difficiles. Ut decem leprosi integram reciperent sanitatem, satis fuit, ut Christus eos præsentari sacerdoti juberet. Ut verò sanaretur Naaman leprosus, satis non fuit præsentari Eliseo repræsentanti Christum, sed opus fuit lavari septies in Jordanne. Difficultas curationis nata non est ex diversitate infirmitatis, sed ex diversitate infirmi. Erat Naaman princeps, & morbi principum vel immedicabiles sunt, vel curatu nimium difficiles: nam corruptio humorum arduam reddit curationem.

Interitus
perversorum
certis

Culpa
principum
immedicabiles.

Luc. 17.

4-Reg. 5.

4-Reg. 5.

tionem ægritudinis: ex quo perpetuitas morbi est supplicium perseverantiæ in culpa.

*Infidelitas
punitur.*

539. Puniebat Deus hos principes ob infidelitatem, & plurimi executioni supplicium mandarunt. At ubi capiebant sceptrum, politica status ratio eos reddebat idololatrias: quia inter impium politicum & infidelem nullum discrimen intervenit: & propter infidelitatem semper sceptrum amiserunt: est enim infidelitas culpa, quæ extremum supplicium meretur. *De peccato quidem, quia non credunt in me.* Dixit Christus de Judæis incredulis. Quid? non est inter homines aliud peccatum, quod Deus puniat? Est: verum infidelitas inter omnia mala culpæ ita eminent, ut sola videatur mereri nomen peccati, & rigorem supplicii.

Joan. 16.

4. Reg. 15.

*Educatio
pravæ
quantum
nocet.*

540. Acclamatus Sellum Rex Israël se adeo impiè gessit, ut intra mensem in illum conspiraverit Manahem, eumque scepro & vita privaverit. Nam quod pravis artibus partum est, iisdem exercetur, & quod violentum, parum durat. Regnavit Manahem decem annis, eadem politica status ratione, qua prædecessores, & ejus morte sceptrum transit ad filium Phaceyas æquè impium, ac fuerat pater: nam talis pater talem filium ad impietatis ubera nutrit: nec habet vim minore educatio, quam natura. In prima enim ætate mores infunduntur hoc discrimine, quod bonis renititur natura, in malos propendet, ad pœnam primæ culpæ, in quam primus homo lapsus est: *Discite à me* (dicebat Christus) *quia mitis sum.* Hæc fuit natura: & quænam educatio? *Butyrum & mel comedet.* Qualis mansuetudo & mititas illius, cujus natura cerea educabatur melle & butyro.

Matth. 22.

Isai. 17.

*Mores boni
ex educa-
tione.*

541. Est bona educatio, seu puerorum institutio alimentum quoddam animæ, quo unà cum virtute boni mores adolefcunt: Idcirco si jure naturali tenentur parentes ad alendum corpus, eodem jure, & majori obligatione tenentur ad alendam animam filiorum, ex eo quod sit anima superior & pars nobilior hominis: *Filii sunt tibi* (ait Spiritus S.) *erudi eos, & curva, illos à pueritia illorum.* Ut scirent parentes à Deo filios accipere cum hac obligatione bonæ educationis. In Principibus hujusmodi obligatio majus onus est: sunt enim publici fontes, à quibus subditi omnes mores hauriunt.

Ecol. 7.

Rebel-

Rebellavit contra Phaceyas dux generalis Phasce, & illi necem intulit, ut auferret sceptrum, quo ablato acclamatus est Rex Israël. At cum adeptus fuerit sceptrum iniquitate, ipsa iniquitas illum scepro spoliavit, & fuit occisus à vassallo suo Osee, qui occisor salutatus Rex Israël fuit postremus Rex decem tribuum Israël: & inter omnes nullus evasit ingratitude & infidelitatem contra Deum. Nam constellation sceptri reddebat ingratos, & ingratitude infideles.

4. Reg. 15.

CAPUT XII.

Amissum est ex ingratitude sceptrum Hebræum.

§. PRIMUS.

Sine fidelitate non conservatur sceptrum.

542. **I**s Osee calamitatibus oppressum regnum accepit, ut potius videretur subditus Regis Syriæ, quam supremus princeps Israël. Voluit Osee excutere jugum, & foedus inivit cum Suà Rege Ægypti: cum tamen hujusmodi confœderatio Syris innotuerit, Salmanazar occupavit regnum Hebræorum, & captum duxit universum populum in Syriam; & fuit hæc secunda captivitas, quam Israëlita sustinuerunt, tenui adeo, & exili spe libertatis, ut confestim multi populi Syriæ mitterentur incolere terras Israël: quos proinde Hebræi dixerunt Samaritanos, & habuere loco hæreticorum: ac meritò, quia nihil de divina lege observabant, nisi id à quo temporale aliquod emolumentum intendebant.

*Hebræo-
rum secun-
da captivi-
tas.*

543. Perseverat adhuc in toto pene orbe hujusmodi iniqua professio: cum sint multi Samaritani, qui ex sola utilitate nomen Christianorum retinent: cum sint Christiani multi, non quod tales esse teneantur, sed ex convenientia ut sint, vel potius esse videantur. Dicebat Caiphas esse expediens mori Christum. Et paulo post dixerunt omnes se habere legem, secundum quam moriturus erat.

*Professio
fidei ex
conveni-
entia tempo-
rali iniqua
Joan. 11.*

Joan. 19.

R r

Nulla

Vitia Principis sunt totius ruina imperii.

Ingratitudo Principis ruina imperii. 546. Interierunt tandem Principes Israël ob ingratitudinem, & ipsum regnum interit ob tales principes. Quia reipublicæ longè funestius exitium princeps suis sceleribus infert, quàm hostes suis armis potentissimis. Quædam Davidis ingratitudo ejus regno damnosior fuit paucis horis, quàm universi hostes quadraginta annis. Nec satis fuere supplicia, ut Reges ab ingratitudine deterrent, vel saltem referrent in melius rerum administrationem: quia vitia principum immedicabilia sunt, & sub malo principe bonum regimen stare nequit. Sunt mala principum immedicabilia, quia nascuntur ex potentia, & adulatione: & cum semper causam secum habeant, necesse est ut pullulent, & abesse nequeant. Deinde sub malo principe bonum regimen esse nequit: quia cum mala anima corpus bona actione fungi non potest. *Anno quinto decimo Imperii Tiberii Cesaris, procurante Pontio Pilato.* Hoc tempore misit Deus Baptistam: *Factum est verbum Domini super Joannem.* Cur facta est mentio de personis, quæ dominabantur, cum sufficeret mentio currentis sæculi, ut ejus adventus tempus innotesceret? quia cum Baptista venisset in remedium malorum, quibus mundus obrutus erat, ut planè intelligerentur ipsa mala, nominati sunt principes, qui mundo dominabantur; quia ex influentiis capitis descendunt mala in corpus: & quæ mala abesse mundo poterant, quando pessimi imperabant principes, scilicet Tyberius ambitiosus, Herodes turpis, Philippus sceleratus, Lyfianus crudelis, Pilatus cupidus, Annas & Caiphas continua summi Pontificatus alternatione scandalosi? Voluit Evangelista significare regimen, manifestavit principes: quia sub principe malo nequit bonum regimen consistere.

Ingratitudo crudelis crudelitate supplicium. 547. Perit regnum Israël ob ingratitudinem manibus Salimazaris infestissimi hostis: cum enim ingratitudo sit vitium crudelissimum, æquum est, ut crudelissimis manibus puniatur. Est ingratitudo inter omnia vitium crudelissimum: quia ingratus viperæ similis

similis est. Objurgat Baptista Phariseos, & ut significet ingratos, appellat vyperas: *Progenies viperarum.* Quia vipera nascens, & nativitate ipsa suum esse accipiens interficit matrem, à qua accepit; sic ingratus pro accepto bono reponit malum. Addidit objurgationi, ne se jactarent Abrahæ filios, quia potens erat Deus ut eos fuscitaret de lapidibus. Cur non dixit producendosex terra, si ex hac Deus produxit hominem? quia terra se Deo gratam exhibuit correspondens fructibus: & filii Abrahami, tam ingrati Deo fuere, ut corresponderent lapidibus. Nec minùs crudelis est ingratus, quàm vipera, nec magis nobilis quàm lapis: siquidem ingratitudo illum reddidit lapideum.

548. Cœpit in Saule sceptrum Israëliticum, & è tribus Regibus, qui imperarunt duodecim tribubus, Solus David fuit gratus Deo: nam Saul ex ingratitudine periit: ob eandem culpam damnatio Salomonis dubia est. Decem Israël tribus in Jeroboamo ab aliis disjunctæ sunt, & è novendecim principibus, quibus subjacuit regnum, donec extingueretur in Osee, nullus vitavit ingratitudinis & infidelitatis labem. Cœpit sceptrum duarum tribuum Juda, & Benjamin in Roboamo: & è viginti principibus, qui illud administrarunt, ut refert sacer textus: *Præter David, & Ezechiam, & Joziam, omnes peccatum commiserunt. Nam reliquerunt legem Altissimi Regis Juda, & contempserunt timorem Domini.* Hi tres verè Deo grati & fideles extitere: nam Josaphat, Joathan, Azarias, Manassès, & Assa in suas etiam inciderunt rebelliones, & ingratitudines: reliquos omnes perdidit ingratitudo & infidelitas.

549. Scribit Joannes Seniores, qui assidebant agno, projicere à se coronas: *Mittebant coronas suas ante thronum.* Cur à se remorent coronas? cur non servant Regum insignia? quia coronæ ut plurimum valde repugnant Dei consortio: valde igitur conferret abjectio coronarum, ut cum Deo societas & familiaritas servetur. Ideo simulacra mundi solent maectari Erebo victimæ. Deum omnino obliviscuntur, mundi tantum memores. Potestas eos reddidit crudeles, sublimitas absolutos: via autem salutis est rectè operari, & Deum timere. Christus regnavit in cruce, ut gloriam ingrederetur: qui non sequuntur Christum, regnant in mundo, ut perenniter torquantur in Erebo.

§. TERTIUS.

Temporalem felicitatem associant ingratitude, & exitium regnorum.

*Prosperitas quantum nocet
Isai. 1.
Jerem. 2.*

550. Queritur per suos prophetas Deus ingratitude populi, & ait favoribus illum fieri ingratum, & ex ingratitude vitii omnibus scaturire. Mens humana in felicitate non discernit quod valde separatum est: judicat res eò majores, quò propinquiores: & cum felicitate, seu potius superbià ipsa hebescat acies, se feliciorum arbitratur, quàm par est: ex quo per quandam elationem credit sibi deberi omnia, contemnit omne justum, & quidquid suæ blanditur voluptati, honestum reputat. In felicitatibus naufragatur judicium. Adamus, ut foret ingratus, ab Eva subactus fuit: & cum diabolus destructis omnibus, reliquerit Jobo uxorem, ab ea victus non fuit. Quænam ratio discriminis? Adamus degebat feliciter in loco voluptatis: Iobus in loco fætido ac doloris: Adamus inter felicitates, Jobus inter adversitates: hæ docent, illæ destruant. *Nescio Dominum.* Dicebat olim Pharaos: & postea: *Fugiamus Israelem. Dominus enim pugnat pro eis.* Cur modò agnoscit, qui antea ignorabat Deum? Quia modò pressus adversitatibus oculos aperuit, qui olim inter felicitates voluptate obrutus cæcutiebat.

*Felicitas cum ingratitude & vitiiis.
Osee. 2.*

551. Fuit populus æquè ingratus atque felix, & æquè vitiosus atque ingratus. *Argentum multiplicavi ei dicebat Deus per Prophetam) & aurum, quæ fecerunt Baal.* Solet enim accidere regnis & imperiis, quod humanis corporibus: hæc enim servantur agitatione & labore, sine quibus facilè in morbum incidunt. Inter vexationes & afflictiones captivitatis non rebellavit populus contra Deum, at inter favores solitudinis, & felicitates terræ promissionis multiplices ac perenni ingratitude depravatus se in omne genus vitiorum projecit: unde Isaias sic Hebræos coarguit: *Manus vestra pollute sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur.* Et indignatus Propheta contra ingratitude populi, ac scelerum omnium coluviem, prosequitur: *Non est qui invocet justitiam, neque est qui ju-*

*qui judicet verè: sed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates: con- Isai. 59.
ceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem.* In captivitate observant legem, quam in opulentia fregerunt: adversitas enim in virtute roborat, prosperitas omni vitiorum genere corrumpit.

552. Jacob adeo timuit felicitates, in quas eum acciverat filius Joseph, ut opus fuerit promissione divini auxilii pro obtinenda felicitate inter felicitatis pericula. *Noli timere, descende in Egyptum, quia in gentem magnam faciam te* (dicebat Deus) *ibi ego descendam tecum, illuc & ego inde adducam te revertentem.* Inter felicitates ceciderunt Angeli, naufragatus est Adamus, Saul periit, Salomon erravit, Israël principes interierunt, & sunt rarissimi qui felicitatis innumera discrimina evadant. Evangelista Joannes in Calvario stetit animosus, in Thabore cecidit debilis. Quem igitur in felicitate splendor gloriae prostrarunt, in adversitate omnia crucis tormenta dejicere non potuerunt. *Stabat juxta crucem.* Proh quantos dejiciunt felicitates Thaboris! At solus potuit esse felix tanquam Jacob, qui felicitates timuit: sed ideò felix, qui vixit pavidus.

553. De se ipso narravit Nabucodonozor vidisse se in somniis arborem ea altitudine & magnitudine, ut videretur cælum ipsum cacumine attingere, & ramis universam operire terram: adjecit descendisse statim de cælo vocem, quæ fortiter clamavit, *Succidite arborem.* Arbor hæc similitudine quadam referebat ipsum Nabucodonozorem cum suo imperio. Cum enim Dei favore & singulari beneficio dominaretur orbi, inter felicitates adeo extitit ingratus, ut auderet contra ipsum benefactorem Deum. Arbor igitur quæ fructum ingratitude producit, succisa pereat, & de terra omnino aboleatur: *Succidite arborem.* Hoc idem contigit regno Hebræorum, cum divina beneficia verteret in arma infidelitatis. *Repleta est terra argento, & repleta est terra ejus idolis.* Cum verò Hebræus populus talem fructum protulerit, noluit Deus, ut talis arboris radices in terra manerent: *Radix eorum quasi favilla erit, & germen eorum ut pulvis ascendet.*

554. Verùm si regnum Israël fuit à Deo collatum: sic enim Deus ipse manifestari voluit Jeroboamo, quando appellavit Regem: *Auferam autem regnum de manu filii ejus, & dabo tibi decem tribus.*

*Prosperitas obnoxia periculis.
Gen. 46.*

*Joan. 19.
Matth. 17.*

Ingratitudo ruinam affert.

Dm. 8.

Isai. 3.

Regnum à Deo acceptum conservatur justitia.

3. Reg. 11.

Luc. 1.

3. Reg. 11.

Equalitas
divina ju-
sticia.

Prov. 11.

Psal. 85.

Isai. 1.

Eccl. 10.

Isai. 3.

tribus. Cur perpetuum non fuit, sed in Ozea extinctum? Æternum futurum Christi regnum prædixit Angelus: *Et regni ejus non erit finis.* Subdidit rationem, quòd à Deo conferretur: *Dabit illi Dominus Deus sedem.* Si igitur regnum divina manu impensum duratione æmulatur æternitatem, cur ad paucos durationis annos regnum Israëlis restrictum est? Eodem sacro textu nostra eluitur dubitatio. *Si igitur audieris omnia, quæ præcepero tibi* (dixit Jeroboamo Deus regnum tradens) *& ambulaveris in viis meis, & feceris quod rectum est, custodiens mandata mea, & præcepta mea, sicut fecit David servus meus, ero tecum, & edificabo tibi domum fidelem.* Contulit Jeroboamo regnum, ut illud in ejus posteritate conservaret, si foret Rex justus & pius instar Davidis, & non ut conservaret cum impietate & injustitia: aliter iniqua evaderet distributio: siquidem auferebat regnum à domo Salomonis ob impietatem, & servabat in domo Jeroboami magis impia: at in distributionem divinam injustitia cadere nequit: Non alius Deus erga Salomonem, & erga Jeroboamum: *Statera dolosa abominatio est apud Dominum: & pondus æquum voluntas ejus.* Christi servatoris regnum duratione æquabit æternitatem, quia Christus in æternum Rex justus & pius erit: *Misericors, & miserator, & justus dominus.* Israël's regnum tempore brevi evanuit propter suorum Regum impietatem, & injustitiam: *Principes tui infideles* (dixit Deus per suum Prophetam) *socii furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones; pupillo non judicant, & causa vidue non ingreditur ad illos.* Cum impio ac tyrannico regimine duratio stare nequit: pietas & justitia servant regnum: illud fraudes & injustitiæ labefactant, sceptrumque mutant. *Regnum à gente in gentem transfertur propter injustitias, & injurias, & contumelias, & diversos dolos.*

Quodcunque ex dictis sceleribus satis est, ut Deus sceptrum transferat: non tamen satis est ut Reges justitiam colant, veritatem hujusmodi divinam esse: quia non se reputant supremos, nisi sint injusti. Hebræum sceptrum periit, & periit ex ingratitude ac infidelitate: quia cum majores à Deo acceperit favores, majori correspondit ingratitude, & nullum magis genuinum ingratae coronæ supplicium est, quàm æterna vastitas. *Desolata in terra se debet.*

LIBER

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

Amor Christi fuit æquè sapiens, atque
excedens in diligendo ingratos.

§. PRIMUS.

Ut amor immodicè ardeat, sapiens esse debet.

555. **P**Rimo & secundo libro satis ostendimus ingratitude & secundum populi Hebræi, ac Principum Israël's erga Deum, querimoniis, murmurationibus, & rebellionibus, quibus se gesserunt post innumera à Deo accepta beneficia. Hoc tertio noster præcipuus erit labor ostendere qualiter majorem exhibuerunt ingratitude erga Christum: cum enim Deus fieret homo, ut ex amore hominis hominem repareret, Hebræus populus illum ex odio interfecit: quia ingratus solvit debitum eo quo magis lædit, & nihil magis amorem offendit quàm ingratitude crudelis: *Posuerunt adversum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* Amori correspondere odio est ingratitude maxima: quia est compensare affectum nobilissimum, qui summè obstringit, affectu abjectissimo, qui summè offendit. Ideo obmutescens Dominus, tanquam agnus in tormentis, de solo odio queritur: *Odio habuerunt me gratis.*

556. Quatuor habuit attributa Christi amor erga homines, quæ in solum amorem divinum cadere poterant. Dilexit Christus homines sapientia æterna, patientia infinita, humilitate profundissima, liberalitate immensa. Ingratitude hominum compensavit sapientiam malitia, patientiam crudelitate, humilitatem contemptu, liberalitatem odio. Christi amor vendicavit sua attributa ab excessu, ingratitude hominum suas omnes passiones à crudelitate:

Sf

Posue-

Ingratitudo
Judeorum
erga
Christum.

Psal. 108.

Joan. 15.

Amor
Christi
erga
homines
quatuor
habuit
attributa.

Posuerunt adversum me mala pro bonis; & odium pro dilectione mea. Congenita ingrati proprietates est benevolentiae excessus solvere odio, quando se nimis debitorem intelligit:

Sapiens Christi amor. Psal. 2. 557. Fuit amor Christi summè immodicus, quia fuit summè sapiens, & fuit summè sapiens, quia Christus est sapientia increata Patris: *Filius meus est tu, ego hodie genui te.* Aeternus Pater filium genuit per intellectum, proindeque verbum, & sapientiam, qualis Dominus Jesus Christus, verus mundi redemptor. Cum igitur ex amore nos redemerit Christus, & ipse sit Patris sapientia, rectè infertur amorem Christi fuisse summè sapientem, & ex hoc, summè immodicum: tales enim excessus non potuerunt non pullulare ex amore infinitè intelligente.

Amor sapiens. Joan. 13. 558. Hac impulsus ratione Euangelista dilectus, quando nobis voluit referre amoris Christi excessum, à sapientia auspicatus est: *Sciens Jesus, quia venit hora ejus: & cum dilexisset suos, in finem dilexit eos.* Et sapientiam eandem repetiit, quando eundem Dominum Aeterni parentis filium declaravit: *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Voluit Euangelista ut intelligerent homines Christum immodico amore eos redemisse, quia eos dilexerat tanquam sapiens, & dilexisset tanquam sapientem, quia erat sapientia Patris: *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Probavit excessum amoris aeternitate amandi: *Cum dilexisset, dilexit,* & immensitatem sapientiae ex intima connexione cum Patre: *A Deo exivit, & ad Deum vadit.* Fuit Christi amor infinitè sapiens & infinitè excedens: sic Christus nullo circumscriptus termino in amando, quia nullo circumscriptus termino in intelligendo, intelligit sine limite: ergo diliget sine limite: nam verus amor & sapientia iisdem procedentes gradibus, & ad eundem collimantes scopum, idem spatium conficiunt.

Spiritus S. ad redemptionem mundi. Joan. 3. 559. Negari non potest reparationem mundi fuisse divini amoris opus: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Cur igitur Spiritus S. non venit reparare mundum, cum sit essentia & antonomasia amor: venit autem verbum aeternum, quae sapientia Patris est? quia ostendit Deus mundo, se redemisse illum per excessum amoris, quia tanquam sapiens dilexerat: Fuit verbum aeternum, Patris sapientia mundi reparator: quia Christi amor adeo

adeo hominum merita excessit, ut nisi sapientia ipsa reparasset mundum, crederent homines talem amorem in redemptione magis fuisse prodigum, quam sapientem; cum re vera aequè immodicus atque sapiens fuerit: *Sciens in finem dilexit.* Prodigus sua effundens amittit potius quam donet, imò donans non devincit, quia sapienter non donat. Amor Christi ita sapienter donavit, ut donum intellexerit donans se ipsum; non quòd nos illum mereremur, sed quia ille nos amavit. Christus ex amore adhibuit remedium, & hoc fuit efficax, non solum quia Christus dilexit, sed etiam quia intellexit; nam sine intellectu nemo rem heroicam operatur. Omnia per verbum facta sunt (inquit Joannes) *& sine ipso factum est nihil.* Quid? nonne etiam Spiritus S. operatus est? sunt enim actiones *ad extra* communes omnibus personis Trinitatis. Dixit Sine Verbo nihil fieri; quia Spiritus Sanctus est amor, Verbum est sapientia; voluit igitur Euangelista hoc loquendi modo significare sapientiam sine amore posse operari omnia, amorem sine sapientia nihil. Non plurima operatur amor quia excedens, sed quia intelligens.

560. Noverat Christus, ut suum honoraret amorem, non debuisse illum commendare ex diligendo, sed ex intelligendo. Amor humanus admittit caecitatem, cujus individuus comes est: amor divinus semper agit cognitionis splendoribus circumfusus. In nos tantum (inquit Apostolus) ea cadit felicitas, ut ducti Spiritu Sancto, & lucis radiis perfusi Dei faciem contemplemur: *Nos verò omnes revelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformemur à claritate in claritatem tanquam à Domini Spiritu.* Spiritus, cujus splendoribus consequitur mens humana claram visionem Dei, est divinus amor, qui debuit esse summe intelligens, ut posset talem hominibus notitiam impendere. Non videbant Hebraei splendidam Moysis faciem, quia carebant amore, cujus loco subrogabatur odium ex invidia: *Ita ut non possint intendere in faciem Moysis propter gloriam vultus ejus.* Et quia non intelligebant, non diligebant.

561. Duobus praecipue enituit Christi amoris sapientia, altero ferens excessum, altero continens aeternitatem: solus enim sapiens amat excessus, & sola magnitudo sapientiae aeternat perpetuitatem amoris.

amoris. Promisit Christus Apostolis se missurum tanquam magistrum & Doctorem Spiritum Sanctum: *Paraclytus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.* Si Spiritus S. procedit per actum voluntatis, quomodo datus est magister, cujus munus versatur circa operationes mentis? illi Christus perfectiones mentis, ejusque operationes adscripsit, quia tanquam amor perpetuus apud discipulos mansurus erat. *Ut maneat vobiscum in æternum.* In mundi exordio transibat super aquarum fluctus: *Ferebatur super aquas.* Postea in Apostolos è cœlo delapsus super ipsorum capitibus instar linguarum fulgentium mansit: *Sedit supra singulos.* Olim transibat, quia omnia erant tenebræ, quibus significatur ignorantia, postea mansit, quia omnia erant luces & splendores, quibus exprimitur sapientia; amor inter tenebras ignorantiae transit, inter luces sapientiae manet; illum tenebræ ferunt: *Ferebatur, luces æternant, sedit.*

562. De Magdalena testatus est Dominus elegisse optimam partem perpetuò mansuram: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Quam elegit partem Magdalena? Elegit magnum amorem. *Dilexit multum.* Cum verò scitè elegisset, non potuit non multum diligere, itaut perennaret amor; antecessit cognitio affectum, manus inter se conseruerunt scientia & amor: *Ut cognovit, dilexit.* Amavit ut cognovit, & quia cognovit sapiens, amavit excedens; itaque peritus mentis discursus, æternum reddidit voluntatis amorem; siquidem in illa adhuc durat amor, & in æternum durabit. Fuit Christi amor excessivus & æternus; excessivus, quia excessit omnes excessus; æternus, quia sine fine dilexit homines; sed ideo æternus quia sapiens.

563. De non moriendo reddidit securos Tartareus hostis primos parentes: *Nequaquam moriemini.* Et eisdem obtulit divinam similitudinem in scientia; *Sicut dii scientes.* Videtur inconsequenter locutus; nam ad tollenda pericula ignorantiae, rectè offerret sapientiam; ad tollenda verò pericula mortis, debuit offerre immortalitatem. Aut igitur loquitur per jocum, aut nescit terminos. Nequaquam; sed oblatio fuit ad rem. In sapientia oblata immortalitatem obtulit, cum ex sapientia possent mortem declinare; nam rebus aliis abeuntibus, sapientia manet; & si hæc perspicua est, æternus perseverat amor.

Rogo, cur in nobis sæpe variatur, & deficit amor? Cur in Deo semper idem persistit amor? Certa apud Theologos sententia est Deum in æternum amare pro illa differentia temporis, qua aliquid semel amavit: siquidem divini actus non desinunt, quia nunquam mutantur. Cur igitur in nobis cessat, ac mutatur amor, & non in Deo? quia noster amor in nobis sequitur cognitionem imperfectam, in Deo perfectissimam: & quandiu cognitio perseverat, amor non mutatur. Hoc similiter in causa est quòd nos in via Deum inconstanter diligimus, at sine ulla mutatione in patria: nam cognitio nostra in terra nimis obscura, in cœlo evidens omnino est. Ex cognitionis cœlestis perspicuitate pullulat æternus amor: perspicuitas in intelligendo firmat æternitatem in amando. Cum igitur Christus perfectissimè intelligat, in æternum diligit.

§. SECUNDUS.

Proponuntur rationes, quibus videtur suaderi Christi amorem fuisse prodigum: at ostenditur veritas, quòd fuerit sapiens.

564. Impugnemus hoc assumptum, quòd scilicet Christi amor æquè sapiens atque excessivus fuerit in diligendo ingratos, ut melius illius certitudo & veritas elucescat. Nam veritas est instar solis, qui oppositas nubes dissipans intensiori luce fulgentius irradiat.

Prima objectio. Nihil quod bonitate careat, rectè & sapienter diligi potest: nam voluntatis objectum, ut ametur, necesse est quòd bonitate vestiatur; ergo amor Christi non fuit æquè sapiens ac excessivus in diligendo hominem ex peccato fœdissimum, & constitutum in odio Dei, atque adeo omni spoliatum bonitate: videtur igitur fuisse potius excessum amoris prodigi, quàm sapientis. Secunda: amor, ut sit excessivus, debet subicere rationem, & non ei subesse: nam ratio amandi est ipse amor. Qui verò amat ut sapiens, amabit prudenter, sed non excessivè: nam excessus in superfluitate consistit. Tertia: Vitium ingratitude fuit semper Deo abominabile: ideoque ex ingratitude populum suum frequenter abominatus est, & respuit: *Voca nomen ejus, non populus meus; Ose. i.*

& ego non ero vester Deus. Unde amari à Christo id quod Deus Pater aspernatur, potius videtur amor prodigus, quàm sapiens.

Quarta, excessus amoris Christi videntur indigni Deo: nam videtur dedecere Deum posse dici illum nasci in tempore, & à parentibus peccatoribus, cum de Deo à Propheta dicatur: *In splendoribus sanctorum ex utero ante Luciferum genui te.* Ubi designat æternitatem, quando natum dicit ante lucem, & innuit puritatem natiuitatis, quando dicit natum in splendoribus sanctitatis. Item à ratione videtur alienum quòd dicatur nasci pauperem, & inter brutas animantes Deum, de cuius maiestate Isaias protulit: *Plena erat omnis terra gloria ejus, & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum.* Nec videtur quid indignius quàm dici, mori abjectum inter duos latrones, tanquam latronem Deum, qui est gloria Angelorum: *In quem desiderant Angeli prospicere.* Et quidem excessus qui maiestatem ac decorem exhauriunt, potius videntur spectare ad amorem prodigum, quàm intelligentem.

565. Nihilominus excessus amoris in Christo esse verè excessus amoris sapientis, pro comperto habendum est. Satisfaciam adductis in oppositum. Quod attinet ad primum, certum est, quavis homo per peccatum deformaretur, maneretque in odio Dei, esse tamen opus Dei, ipsius manibus formatum, ad Dei imaginem, & similitudinem: Christumque Æterni Parentis iussu fuisse missum in mundum pro hominis perditæ reparatione: *Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret.* Cum verò Dominus probè noverit susceptum humanæ salutis opus, parentis sui in homine similitudinem, suamque redemptoris obligationem, hominem reparavit prædictis excessibus, ut evaderet opus infiniti valoris tum propter divinam manum, qua homo conditus fuerat, tum propter imaginem, qua Deum exprimebat: idque ex ardentissimo amore, & infiniti pretii effuso sanguine; quæ omnia, & singula objecta continebant sufficientem bonitatem, ut à Christo per excessum diligerentur. Amavit non ob id quod homo ex peccato merebatur, sed ob id quod divinæ similitudini debebat. Quando Deus pepercit Adamo, dixit: *Eccce Adam sicut unus ex nobis factus est.* Parcens Adamo, propriam in eo observavit similitudinem. Nam similitudo conciliat, paritque inter

Redemptio hominis ex amore.

Ad Cor. 4.

Bonitas cogitata ad mandandum.

Gen. 3.

inter similes amorem, à quo delictorum venia proficiscitur. Ea tunc fuit nostri mitissimi Dei benignitas, ut non attenderet ad peccatum, ut odio haberet, sed cogitaret propriam similitudinem, ut amaret. Sic se habuit olim Deus, sic postea Christus, & adhuc quasi ignarus nostrarum ingratitude, considerat suam in nobis imaginem, & quam in se suscepit obligationem, ut nos protegeret implens paternam voluntatem. Igitur quia cogitavit has rationes diligendi, divino quasi excoquens igne excessus amoris purificavit.

566. Quod attinet ad secundum, inter divinum & humanum amorem magnum sapientiæ discrimen est. Amor humanus eò magis censetur excedere, quò magis cæcutit: cum enim illius objectum falsum sit, cæcitates reputantur excessus. *Noli stultitiam hanc facere.* Thamar dicebat Amnoni, quando hic majorem illi amorem significabat: quibus verbis manifestè innuit amorem humanum & stultitiam in mundo non differre. Divinus amor diligit tanquam sapiens, & operatur secundum rationem, quia diligit quod mens perspicuè intelligit, & ratio firmiter probat: neque enim ullus veri amoris excessus dari potest absque mente; nam ut amor sit legitimus, non tantum ferre debet affectus cordis, sed etiam discursus mentis. Sacra pagina dixit animam Jonathæ esse per conjunctionem veluti eandem cum anima Davidis: *Animam Jonathæ conglutinata est cum anima David.* Non dixit utriusque corda, in quibus residet amor, conglutinata esse, sed utriusque animam esse conglutinatam: quia anima continet non solum affectus voluntatis, sed etiam discursus mentis, cum utranque potentiam, voluntatem & intellectum contineat.

567. Amor qui sola voluntate regitur, furor est: qui aspernatur rationem, cæcitas. Neque verè diligit, neque meretur furiosus amor, sed solus amor sapiens: non qui cæcitate ducitur, sed qui rationis ductum sequitur: amor enim sequi debet rationem, & non è contra ratio amorem. Ex hac parte multum allucinatur mundus: gerunt homines commutatas manus, & vim rationi inferunt; non sequitur affectio rationem, sed ratio affectionem: non operantur homines juxta id quod intelligunt, sed juxta id quod volunt: voluntas est quæ præcedit mentem, cum ex ratione ipsa sub-

Amoris divini & humani differentia.
2.Reg. 13.

Ratio amoris aux.
1.Reg. 18.

Amor rationalis esse debet.

subsequi debuerit. Aliter se gessit in diligendo Christus: amor secutus est sapientiam, affectus discursum, voluntas mentem; & sic evasit voluntas prudens, affectus sapiens, amor intelligens.

Gen. 1. Cum vellet Deus, ut pulcherrima orbis machina à suis manibus prodiret, possetque à mille aliis rebus opus suum auspiciari, exordium sumpsit à luce: *Dixitque Deus, fiat lux.* Quænam huiusmodi festinatio Dei in producenda luce ante res alias? Fuit mysterium, ut ostenderet Deus, se non operari in tenebris, ratione in consulta: quòd si divinum operari est divinum velle: *Omnia quæcunque voluit, fecit.* Effet in Deo imperfectio velle quod non videbat, & amare absque præviis suæ sapientiæ notitiis. Erraret procul dubio amor, quem non duceret lux mentis. Idcirco Deus prius accendit lucem, ut reliqua suarum manuum opera evaderent omnino perfecta. Duo præcipua, quæ Deus beneficio hominis edidit opera, fuere adventus verbi æterni, & adventus Spiritus Sancti. Dignus animadversione est modus utriusque adventus. Prius advenit verbum, posterior Spiritus Sanctus verbum ipsum consecutus. Cur non è contra, prior Spiritus, posterius verbum? Quia hoc modo, & ordine adveniendi amor in Deo, qui est Spiritus Sanctus sequebatur rationem, seu sapientiam ducem, quæ est verbum. Si Spiritus Sanctus prior adveniret, verbo postea subsequente, amor præcederet rationem, & ratio amorem subsequeretur: dareturque proinde ordo inversus, ut nempe amor rationis, & non ratio amoris dux esset. In Christo igitur amor ratione ductus invenit suam esse obligationem nostra delicta abolere, ut suam imaginem repararet,

§. TERTIUS.

Solus qui amare novit, amare novit ingratos.

Amor circa ingratos excessivus. 568. Opposuimus tertiam objectionem, quòd scilicet ingratitude fuerit semper Deo invisus, adeo, ut ob ingratitude suam populum reprobaverit: & ideo quòd Christus dilexerit ingratos, fuit excessus amoris prodigi: cum amaverit quod Pater odio habuerat. Modò nostri muneris erit ostendere, Christum diligere ingra-

ingratos, fuisse excessum amoris verè sapientis. Nam si Pater misisset Filium in mundum, ut ex amore homines redimeret, procul dubio non redimeret homines, nisi diligeret ingratos: quia inter hominem & ingratum nullum propè discrimen est. Formavit Deus Adamum, & beneficiis cumulatum, paradisi dominum constituit: & prima Adami operatio fuit ingratum Deo esse: cum enim Deus illum fecerit hominem, natura hominis reddidit ingratum Deo. At satisfacere voluntati paternæ redimendo ex amore ingratos, fuit excessus amoris verè sapientis. Ab æterno incubuit Christo servatori designato remedium hominis culpæ, reparatio naturæ lapsæ, & salus hominum, quibus omnibus satisfecit diligendo ingratos.

569. Verum quidem est Deum abominari ingratitude, in quam frequenter & graviter animadvertit, quia fuit prima culpa, qua suum conditorem rationales creaturæ offenderunt: hominem tamen semper dilexit: quia cum ab æterno noverit peccaturum, nec ab ipsius creatione abstinuit, nec post peccatum destruxit. Tanquam pater Deus semper homines dilexit, quos ut adoptaret in filios, misit Christum in mundum: *Ut adoptionem filiorum reciperemus.* Et amor sapienti consonum fuit, quòd Christus amaret homines tanquam fratres, & cohæredes suæ æternæ gloriæ futuros. Major fuit excessus illos diligere non quando jam gratos & justos, sed quando adhuc ingratos, & peccatores. *Frater in angustis comprobatur.* Ut exaggeraret Apostolus Dei amantis excessum erga homines, ait nos dilexisse: *Cum adhuc peccatores essemus.* Nam omnis peccator, ingratus Deo est, cum Deum benefactorem offendat, cui serviens referre gratiam debuerat: & quòd Deus amet gratos, & suo amori correspondentes, amor est: quòd amet ingratos suis excessibus, inter omnes excessus maximus est. Ideo Apostolus, ut exaggeraret Dei amantis excessum, de hominum ingratitude peculiariter meminit.

570. Crevit excessus, quia Christus voluit fieri noster frater, quando nos ex ingratitude tam sublimem honorem, & fraternitatem non merebamur. Joseph ut suum erga suos fratres singulari exhiberet amorem, eos appellavit fratres, quando illi fraternitate indigni erant. *Ego sum Joseph frater vester, quem vendidistis.* Voluit

Voluit Joseph suum erga fratres probare amorem, ideo se dixit fratrem, quali diceret, ego nunquam deserui fraternitatem, quam vos deseruistis, nec defui amori fraterno, quem violastis. Quòd amor ex mea parte non desit, quando ex vestra parte frangitur, magnus excessus Joseph diligentis? major fuit amoris excessus in Christo: nam Joseph amavit suos fratres, quia horum frater erat; Christus voluit fieri noster frater, ut nos amaret: Joseph habebat titulum amandi, Christus illum quæsit ad amandum: uterque tamen excedens in amando, quia uterque gratis amavit.

Amor Dei liberalis. 571. Qui amat ingratum, gratis ac liberaliter amat, & amor liberalis inter omnes excellit. Propter hominum malitiam Deus universam terram diluvio obruit: *Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum esset in terra, delevit omnem substantiam, quæ erat super terram.* Motus postea Deus misericordia promisit se abstinere à supplicio in posterum, & subdidit eandemmet rationem, quæ antea commotus fuerat ad puniendum, scilicet proptitudinem hominum ad malum: *Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines: sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.* Quid? talis hujusmodi ratio est ad parcendum, & favendum hominibus, quæ fuerat ad eosdem puniendum? Ratio hæc satis est ut divinus amor se oppigneret in emolumentis hominum: quia divinus amor plus movetur suis excessibus, quàm nostris correspondentiis. Ille amor, qui in Deo magis excedit, plus sapiens est, & major excessus amoris est major ab omni utilitate immunitas.

Amor offensus. 572. Quæsit Christus Baptistam absque labore, & in Samaritana quærenda lassatus est: *Fatigatus ex itinere.* Quia Baptista erat amori correspondens, Samaritana illum offendens: & major excessus amoris consistit non in diligendo correspondentem, sed in amando offendentem: *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Sic à Deo sanitatem animæ precatur David, & non videtur aptam proponere, ad impetrandum, rationem: allegat offensam Deo illatam, ut obtineat delictorum remedium? Ea est Dei benignitas, & excessiva charitas, ut ipsis rationibus offensæ moveatur ad diligendum, & medendum. *Quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius.* Pervenit homo (inquit Propheta) quòd pervenire pote-

poterat offensa, pervenit Deus, quòd pervenire poterat clementia. Non videtur Deus consequenter operari, si ex injuriis sibi illatis eruat motiva ad beneficia conferenda. Ita sentiet quicumque ignoraverit divinum amorem: crescit tantum injuriis divinus amor, ut superent omne cogitabile illius excessus.

573. Excessus amoris, qui magis commendatur in Davide erga Saulem, fuit condonare illi vitam in iisdem locis, in quibus quærebatur ab illo ad necem. Hac condonatione ostendit David plus diligere Saulem, quàm se ipsum: quia parcebat infestissimo hosti, exponens se periculo, ut ab eodem superstitite necaretur. Hoc gessit sapienter David: quia remittens vindictam, meritus est sceptrum Israël. Et quid gessit Christus erga suos hostes? Amissa propria vita temporali illis peperit æternam, condonavit infinitam offensam, meritus est cœleste ac terrenum sceptrum; & cum pro his beneficiis homines illum crudeli morte exciperent, voluit cum hominibus manere, ut eos plus & indefinenter diligeret: cum enim Christi amor foret infinite sapiens, ipso debuit æquare excessu sapientiam. Excessus Davidis fuit superare ingratitude unius Saulis in mundo: excessus Christi fuit superare ingratitude mundi universi, quem redemit. David amavit Saulem ingratum tanquam ingratum: Christus dilexit ingratos quasi gratos: & cum primus amor fuisset magnus, secundus fuit major, priorque excessit tanquam infinite sapiens. *Amice* (dixit Christus Judæ) *ad quid venisti?* Amicus Judas? ita: Ostendit Christus se diligere proditorem tanquam amicum, quasi ingratitude proditoris foret gratitudo amicitiae: & quidem cogitare tanquam motiva gratitudinis, quæ sunt ingratitude rationes, solus Christus potuit, quia solus Christus novit: quò enim pertingit in Christo profunditas scientiæ, potest pertingere excessus amoris.

574. Ad finem triplicem Christus suo amore collimavit: honorem Patris sublimare, homines culparum nexu solvere, & propriam commendare sapientiam. Honorem Patris sublimavit talem se illius filium professus: *Ego demonium non habeo* (dicebat Judæis) *sed honorifico Patrem meum.* Solvit homines vinctos culpa, quatenus emit proprio sanguine: *Empti estis pretio magno* (dixit Apostolus) *id est sanguine Christi.* Commendavit suam sapientiam,

Joan. 13. amoris excessibus, in quos prodivit tanquam sapiens: *Sciens, in finem dilexit.*

At, si amor Christi fuit sapiens, quomodò voluit emere ingratos suo sanguine infiniti valoris? quomodò dixit Evangelista illos esse suos: *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo*, si ingratus nec agnoscit id quod debet, nec est illius à quo diligitur? Emit Christus proprio sanguine ingratos, quia Deo non stat minoris sanguine ingratitude hominum. Dixit aptè Evangelista homines esse Christi: quia omnes sumus Christi, tum ex amore, quo nos dilexit, tum ex sanguine, quo nos redemit: nec poterat dari perfectius vinculum ad unionem, quàm Christi amor, nec justior titulus ad dominium, quàm pretium sanguinis, utpote infinitum.

Homines sunt Christi.

Amor Jacob erga Rachelem temporalis Gen. 29.

575. Servivit Jacob septem annis Labano propter amorem Rachelem, & exacto septennio exegit à Labano, ut sibi traderet uxorem suam: *Da mihi uxorem meam.* Quid? si Labanus nondum Rachelem dederat, imò nec dedit nisi post alterius septennii obsequia, cur Jacob vocat suam, & non postulat alio nomine? quia excessus amoris, quo Jacob Rachelem dilexerat, & servitia, quibus emerat, fecere suam ante ullam traditionem. Amor Jacobi temporalis fuit, & obsequiorum pretium limitatum: at Christi amor fuit æternus, & pretii valor infinitus. Quòd si tituli illi factis erant, ut Jacob Rachelem appellaret suam, cur non sufficerent hi, ut omnes homines Christi essent? Christi erant omnes homines, qui degebant in mundo, quando pro illis moriebatur: *Cum dilexissent suos, qui erant in mundo.* Quanvis enim tunc plurimi nec illum agnoscerent, nec proinde illi subjacerent, jam Christus omnes dilexerat, & diligebat: *Cum dilexisset, dilexit.* Igitur quanvis omnes non essent Christi ex subjectione, erant illius ex amore, non quòd illi omnes Christum amassent, sed quòd Christus illos omnes amabat.

§. QUAR-

§. QUARTUS.

Excessus qui videntur indigni majestate, sunt qui commendant sapientiam amoris.

576. Quartæ objectioni ut satisfaciamus, fatemur nasci Christum pauperem, & mori affixum cruci inter duos latrones, excessus esse Dei majestate indignos, sed ideo fuisse Christi sapientiae *Paupertas Christi.* excessus: nam quòd erat indignum Deo, erat necessarium hominibus. Apostolus dixit necessarium esse homini quendam Deum, qui cum foret dives, pauper fieret, ut nos sua paupertate locupletaret. *Propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis.* Fuit similiter necessarius hominibus unus Deus, qui vivens in naturali & essentiali beatitudine, voluisset semetipsum veluti exhaurire, & pati in se, ut nos à miseriis & doloribus eriperet. Fuit tandem nobis necessarius unus Deus, qui cum esset per essentiam ipsa vita, se morti traderet, ut nobis donaret vitam. Et quidem fieri pauperem, qui erat dives, fieri passibilem, qui erat impassibilis, fieri mortalem, qui erat ipsamet vita, excessus fuere divinæ sapientiae.

577. Fuit tanta excellentia Dei quàm sapientis, mori Christum patibularum propter homines, ut hæclux, hæc gloria, hic splendor crucis, hæc Christi mors tam indigna Deo quàm Deo, tam digna Deo propter amorem hominum, ostenderit Christum esse Deum, & mundi salvatorem. Ostendit esse Deum: nam hæc signa delegit sapientia divina, ut illum manifestaret per suos Prophetas: *Aspicient in me, quem confixerunt.* Quasi diceret aspicientes me agnoscent confixum: & quidem non poterant homines Deum cruci affigere, nisi Deus homo fieret. Et quòd majus est, iidem ingrati pendentem in cruce justum, ac Deum testati sunt. Antequam Christus subiret patibulum, à suis hostibus reputabatur malefactor: *Si non esset hic malefactor.* Postquam in patibulo mortem obivit, ab iisdem fuit cognitus verè ut erat, justus & filius Dei: *Verè hic homo justus erat: Verè filius Dei erat iste.* Ex eo, quia corresponderat majori excessu amoris illis, à quibus

Christus in cruce Deus cognitus.

Zach. 12.

Joan. 18.

Matth. 27.

acceperat solutionem majoris ingratitude. Et quidem exhibere Christum in cruce vim amoris erga illos, qui per summam ingratitude ipsum necabant, probatio fuit manifesta Christum esse Deum. Talem enim excessum nescivit operari homo, qui est purus homo, solus novit operari homo, qui est simul Deus.

*Pasio
Christum
ostendit re-
dempto-
rem.*

578. Ostendit insuper esse redemptorem mundi, quia sic decebat redemptionem. Nam Deum fieri hominem propterea fuit, ut pati ac mereri posset sua vita ac morte: quæ omnia in Deum quæ Deum cadere nequibant. Et certè expediebat maximè redemptorem fuisse Deum, ut ejus meritum infinitum foret, & sic de rigore posset satisfacere justitiæ divinæ propter culpam hominis, quæ offensa infinita erat, utpote contra Deum infinitum: & opera quæ impleverunt obligationem redemptoris, & declararent redemptoris divinitatem, satis ostendunt fuisse excessus amoris divini sapientis.

Isai. 52.

At si hujusmodi opera prænunciata fuere à Deo per suos Prophetas. Et Deus figurativè ostendit in serpente, quem Moyses in solitudine attolli iussit. Cur ea per Christum impleta in cruce pepererunt Judæis scandalum, & Ethnicis reputationem stultitiæ? *Nos autem prædicamus* (inquit Apostolus) *Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum: gentibus autem stultitiam.* Quia excessus amoris sapientis est veluti moneta nullius valoris inter ingratos & ignorantes. Ethnici illum non merebantur, & favorem ignorat qui non meretur. Judæi noluerunt agnoscere, quia ingrati pessimi: & ingratitude ut neget debitum, se ignorare significat.

*Num. 2.
Ignorantia
& ingra-
tudo cir-
ca favores.
1. Cor. 1.*

*Judæi sci-
re nolentes.*

579. Noluerunt Judæi scire excessum amoris Christi pendentis in cruce: quia si vellent scire, procul dubio deprehenderent altitudinem & profunditatem sapientiæ divinæ clausam in scandalo hominum, fortitudinem Dei contentam in debilitate humana, & gloriam Altissimi latentem in opprobriis & ignominis, quas patiebatur: nam homo ille cruci affixus inter latrones instar latronis erat ipse Deus, qui creaverat cælos & terram, ibique sic fixus eisdem movebat & gubernabat, impendens rebus substantiam & vitam: deprehenderent sic prænunciassè prophetas, sic Deum ab æternitate decrevisse tanquam expediens ad remedium, & reparationem humani generis, quod infinito pretio sanguinis Dei, & non

non vitulorum ac arietum debuerat satisfacere divinæ justitiæ pro nostris culpis.

580. Quid igitur? si ita exigebat ratio, si ita prædixerant propheta, cur Judæi ignorant Christum? Quia quidquid operationis in mundo Christus ediderat, fuere excessus amoris, & hos solus amor sapiens deprehendit, quia solus intelligit. Demiratus Petrus vehementem amorem Christi, qui lavabat pedes, dominus servis, Deus hominibus, creator creaturis, illum intercipientis nolebat lotioni consentire. Quid tunc Dominus? Ignorantiæ tribuit impugnationem: *Tu nescis modo.* Quid? Non intelligebat Petrus mysteria divinitatis, qui olim suam professus fidem dixerat, *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Cur modò ignorat lotionis mysteria? Quia tunc operabatur Christus excessum amoris, & amoris excessum solus amor assequitur, quia solus amor intelligit, non quidem amor Petri ignorantis, sed amor Christi infinite sapientis. Talem amorem nescivit Petrus, & Judæi ignorarunt. Ratio in promptu est, nam quod continetur intra humanum captum, est mori posse amicum pro alio amico: at vitam exponere pro liberandis hostibus, mori sponte ingratorum manibus, excessus est, quem nec de Deo homine homines poterant suspicari: quia nec illum mente capiebant, nec fide merebantur. At quod homines ex ignorantia assequi non poterant, divinus amor ex sapientia operatus est: nam in diligendis ingratis se infinite sapientem & efficacem exhibuit.

*Ignorantia
amoris in
eo qui amari
re nescit.*

Joan. 13.

Matth. 16.

*Hostium
amor.*

C. 24

CAPUT II.

Ingratitudo hominum fuit magis per-
versa quando amor Christi fuit magis excessivus.

§. PRIMUS.

Ex majori excessu amoris eruit ingratitude motiva, ut sit benefactorum immemor.

Amoris divini excessus. §81. Amor Christi æquè fuit sapiens, & excedens, cui opposita hominum ingratitude æquè fuit perversa atque immemor. Exhibuit se divinus amor sapientem & excedentem Verbi incarnatione, natalitio, doctrina, & miraculis, quæ Christus edidit pro remedio hominum. Ingratitudo verò Hebræi populi illis omnibus correspondit malitia: nam Christum ipsum negavit, quia vidit hominem: in præsepio necem illi machinatus est: propter doctrinam & miracula blasphemavit; & tandem inter duos latrones cruci affixum innumeris tormentis & opprobriis interfecit: *Morte turpissima condemnemus eum.* Fuit Judæorum extremæ malitiæ deliberatio.

Excessus divini amoris est minimi. Ad Phil. 2. §82. Negari non potest maximum divini amoris excessum fuisse Deum fieri hominem: quia sic se veluti exhaustit pro remedio hominum: *exinanivit semetipsum.* Fuit excessus maximus, quia se minuit Deus, ut nos cresceremus: & diminui in se, ut alter crescat, amor humanus non est, sed excessus divinus. Eodem loco ait Paulus, quando Christus se minuit, Deum se ostendisse: *Nou rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit.* Se minuit, ut homo cresceret: nam Deus fecit se hominem, ut hominem faceret Deum. Et quidem diminui, ut alius crescat? facere de propriis diminutionibus gradum ad alterius augmentum, æquè est excessus amoris, & demonstratio divinitatis: nam solus homo Deus novit operari talem excessum,

Judæorum ingrata correspondentia. Nolite Deum agnoscere. §83. Cæterum huic tanto excessui ita pessimè fuere homines correspondentes, ut quia viderunt hominem, noluerunt agnoscere

cere & fateri Deum. In domo Caiphæ fuit ille excessus damnatus tanquam blasphemia, *Audistis blasphemiam.* In prætorio tanquam delictum contra legem: *Secundum legem debet mori.* Sed Marc. 14. J an. 19. quæro: nonne Pontifices, Scribæ, & Pharisei, qui damnarunt Christum, sciebant ex ipsis prophetiis, quas interpretabantur, illum futurum Deum simul & hominem: Verbum Dei personam esse distinctam à prima, & futurum Messiam assumpta carne, ac mundi redemptorem? Nonne sciebant Christum jam venisse præscripto ac statuto tempore per prophetas: & ex prodigiis, quæ edebat, fatis patere, esse Dominum in lege promissum? Cur igitur ignorarunt Christum, quòd viderent hominem? Hæc omnia Judæi perspecta habuerant, cum in Christo prophetias omnes impletas viderent: sed quia Deum fieri hominem, ut moreretur pro hominibus, fuit excessus divinæ sapientiæ, illum ingratitude solvit malitia: nam de eodem excessu Judæi formarunt culpam, quando dixerunt: *Homo cum sis, te facis Deum.* Ionn. 10. Viderunt quòd Deus homo fieret, & excessum verterunt in crimen, dicentes quòd homo fieret Deus: nam in tribunali malitiæ virtutes mutantur in culpas, & in judicio ingrato tanquam delicta amoris sapientis excessus damnantur.

§84. Exhibuit se Deus sapienter amantem, dum fieret homo pro remedio hominum: quia licet modis aliis posset Deus reparare mundum, ille fuit perfectior ac sapientior: ex aliis sequerentur absurditates. Nam si Deus de potentia absoluta, ex pura misericordia vellet remittere hominibus omne debitum, eosque justificare, esset locus credendi ac dicendi non satisfieri justitiæ. Item si decrevisset Deus ut Angelus carnem assumeret, & pro hominibus pateretur, præterquam quòd ille Angelus plenè satisfacere divinæ justitiæ non posset, sequeretur absurdum maximum, scilicet quòd homines putarentur manere magis obstricti creaturæ à qua forent redempti, quàm suo creatori, à quo fuerant conditi: cum longè majus crederent redemptionis, quàm creationis beneficium: & hic modus valdè à divina sapientia abhorreret. Par, imò majus foret absurdum, quòd Deus homines oneratos peccatis, qui in vitiis obsorduerant, ex pura bonitate salvaret: quia contra justitiam & æquitatem videretur æternis præmiis condonare, æterna-

rum poenarum reos. Igitur Deus pro nostra reparatione factus homo mirificè commendavit suum amorem, & manifestavit suam justitiam: quia nec amor ultra progredi, nec justitia poterat re-
ctius satisfieri.

*Amandi
modus opti-
mus.*

Joan. 19.

Matth. 26.

*Justitia
cum amore
Matth. 27.*

585. Ille perfectissimus & optimus amandi modus est, quo ita implentur leges amoris, ut non deserantur obligationes justitiæ. Jam Christus omnes amoris leges in cruce impleverat moriens pro hominibus, cum ex latere ferro lanceæ patefacto, *Exiit sanguis & aqua.* Volunt aliqui aquam & sanguinem ex Christi latere prodiisse, ut aqua corresponderet illi, qua Pilatus, *Lavit manus coram populo.* Et sanguis corresponderet illi, quem Judæi super se ipsos, & filios suos, in omnium supplicium postularunt: *Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.* Quid! si sanguis ille supplicium est, quomodo egreditur ex benevolo Christi corde? Nonne cor illud ardentissimum ad amandum? quomodo apparet rigidum ad puniendum? Quia illud est excessivè amare, ita se in amando gerere, ut satisfiat justitiæ, postquam amori satisfactum est: sic punire peccata, ut peccatores redimantur, & neque amor offensus, neque justitia querula evadat. Idcirco Deus homo factus est, ut redimens peccata hominum satisfaceret amori absque injuria justitiæ: sic igitur amavit Deus, quia scivit modum amandi.

§. SECUNDUS.

Obstinatio animi excacat lucem mentis, ut sit ingratus.

*Obstinatio
excacat
mentem.*

586. Maxima dignum est admiratione, quòd sapientes Hebræi populi ignorarent excessum Dei humanam carnem assumentis, ut homines redimeret, cum ad agnoscendum illum perspectas & exploratas habuerint tot rationes, & probationes in prophetiis, quas legebant & exponebant, in miraculis, quæ patrabat Christus, in doctrina, quam inculcabat, & in virtutibus, quibus ejus persona fulgebat. Cur igitur ignorarunt illum excessum? quia malitia obstinata est, ne fateretur debitum. Cum verò obstinatio animi lucem mentis obtenebret, maneat ingrati beneficiorum immemores, quia vivunt obstinati. Dicebat Pharaon se nescire Dominum Deum?

Et

Et quis in Pharaone extinxit lucem mentis? Obstinatio: *Ego indurabo* (aiebat Deus) *cor Pharaonis.* Et cum obstinatione cor obduruerit, Deus mansit incognitus à Pharaone in Ægypto, & à suo populo Hierosolymis.

587. At, si Isaias prædixit aspectum Messiae aperturum esse cæcorum oculos: *Deus ipse veniet, & salvabit nos: tunc aperientur oculi cæcorum.* Quomodo Judæi ad Christi conspectum ita cæci manserunt, ut visum Christum ignoraverint? Paucis dicam pro meo captu. Magnum est discrimen inter cæcitatem ignorantiam, & cæcitatem malitiæ: cæcitas ignorantiam subjicitur veritati, quando illam agnoscit, cæcitas malitiæ traditur obstinationi, quando veritas manet cognita: gentilitatis cæci visum receperunt viso Christo, quia veritas Christi illis oculos aperuit: cæci populi Hebræi manserunt magis cæci, quia cognita Christi veritate, se devoverunt obstinationi. Ad hæc, Messiae aspectus gentilitatis cæcis oculos aperuit, sed non Judæis cæcis: quia sicut oculi ingenti luce perstricti obcæcantur, ita ingrati beneficiis ingentibus: & certè Deum fieri hominem beneficium maximum fuit. Inter homines Adamus & Eva fuere primi ingrati. Et quando illis oculi aperti fuere? Post peccatum: *Aperiti sunt oculi eorum.* Clausos ergo gerebant oculos antea, quando à Deo beneficiis cumulati? Ita: quia fuere inter homines primi ingrati: & ingratis hoc evenit: magnitudine beneficiorum cæcutiunt, sicut oculi debiles vehementia lucis. Hæc fuit cæcitas Adami. Cæcus Adamus, sed Judæi illo cæciores ad agnoscendum veritatem, Christum, quia illo ingratiore fuere Deo. Adamus caligavit in tenebris mendacii: Judæi caligaverunt etiam illuminati luce ipsius veritatis, quæ est Christus.

588. Duo sunt in sacra historia textus, qui nobis satis manifestant cæcitatem Judæorum, fuisse cæcitatem ingratitude, & obstinationem malitiæ. Prior fuit, quando Judæi petierunt à Christo, ut illis perspicuè exponeret, an Filius Dei esset? *Si filius Dei es, dic nobis palam.* Posterior, quando Caiphas ab illo rogavit, an esset Filius æterni parentis: *Tu es Christus Filius Dei benedicti?* Postulant à Domino Pharisei ut se Filium Dei manifestet, quasi volentes eum agnoscere, & adorare redemptorem mundi: sed ubi

*Cæcitas a-
lia igno-
rantiam a-
lia mali-
tia.
Isai. 35.*

*Judæorum
cæcitas.*

Gen. 2.

*Cæcitas
obstinatio-
nis fuit in-
gratitudi-
nis.
Joan. 10.*

Marc. 14.

se declaravit Filium unigenitum Dei: *Ego & Pater unum sumus*, arripuerunt lapides ut jacerent in eum propter manifestatam veritatem: *Sustulerunt lapides Judæi, ut lapidarent eum.* Quid? si petunt ut se manifestet, cur lapidibus appetunt, cum se declarat? quia Phariseorum malitia non volebat Christum manifestari, ut in illum Iudæi crederent, sed ut illum lapidarent: & ut pateretur Christus tanquam homo, ut non confiterentur illum tanquam Deum, Cum enim beneficium foret maximum, quod Deus homo fieret, illos ingratitude obcecavit, ut obstinati malitia, talis beneficii evaderent immemores.

Veritati quam in-fensi Ju-dæi. 589. Rogat Caiphas à Christo Domino, an sit Filius Dei, aperit Christus veritatem, *Ego sum.* Quo audito ita excandescit, ut statim vestimenta laceret, dicatque adstantibus, sufficere auditam blasphemiam, ut damnetur. *Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam.* Quid? Si Caiphas dubitabat, an vir ille foret Messias, cur ab illo se profitente Filium Dei, non postulat suæ assertionis rationem: siquidem judici roganti incumbit examinare, & purificare veritatem: quod si nolit scire veritatem, cur interrogat? Interrogatio Caiphæ non fuit ad talem virum agnoscendum Messiam, Filium Dei: nam prophetiæ, & miracula talem manifestabant: fuit, ut malitia damnaret veritatem: cum enim Christus esset ipsamet veritas, quæsiuit ingratitude in Christo quod amplius damnaret. Voluit damnare illum, propter excessum hominis facti, & propter veritatem profitentis se Deum: *Audistis blasphemiam.* Cæcitas profecta ex ingratitude est cæcitas malitiæ, & ideo traditur obstinationi, quando magis agnoscit debitum.

Veritas non audirur, & damnatur. 590. Non interrogavit Caiphas ad sciendum, sed ad interrogandum: & cum solum interrogaret ad interrogandum, non intellexit veritatem, & damnavit innocentiam. Pilatus rogavit à Christo expositionem veritatis, & cum rogaret, noluit responsum audire: *Quid est veritas? & cum hoc dixisset, iterum exivit ad Judæos.* Si interrogat, cur non expectat responsum? quia interrogat ad interrogandum, & qui interrogat solum ut interroget, & non ex amore veritatis, aut illam non audit, ut Pilatus, aut condemnat, ut Caiphas. Dixit blasphemiam esse: *Audistis blasphemiam:* quia

quia blasphemia reputatur veritas inter tyrannos, & excessus amoris inter ingratos. Veritas inter tyrannos vita spoliavit Jehu, & capite Baptistam. Excessus amoris erga ingratos est blasphemia inter hostes, quæ Davidem infectata est, & Christum cruci affixit: talem enim excessum invidia carpit, & ingratitude negat.

De sui corporis templo loquebatur Dominus, quando dixit: *Invidia Solvite templum hoc, & in tribus diebus reedificabo illud.* Et Judæi ^{quomodo interpretatur veritas.} interpretati sunt de templo Hierosolymitano: & Dominum accusarunt de dicto tanquam blasphemia contra templum Dei. *Novissime autem venerunt duo falsi testes: & dixerunt: hic dixit: Possuum destruere templum, & post triduum reedificare illud.* Si Christus loquitur de morte sui corporis, à qua pendeat salus & redemptio mundi, quomodo homines illum accusant de blasphemia ingenti contra templum Dei? Vis intelligere? Id suggillavit invidia, & ingratitude hominum: quando verò ingratitude interpretatur, & invidia suggillat, excessus ipse redemptionis est blasphemia contra Deum; non est excessus amoris, ut prædicat veritas; est injuria templi, ut interpretata est ingratitude Judæorum, quando accusarunt, vel Caiphæ, quando interrogavit.

591. Verum, si Christus se apprehendendum tradit satellitibus, & moriendi horam suam gloriam reputat, cur Caiphæ se declarat Filium Dei, si hac manifestatione poterat eripi à morte? *Ego sum.* Quia certus erat inter inimicos & ingratos condemnationem, ut moreretur pro hominibus, non mansuram dubiam: siquidem quod se magis viderent obstrictos, eò certius majori malitia damnarent. Ut repararetur mundus, debuit mori Christus, & ut Christus moreretur, debuit condemnari innocentia: medium autem ut condemnaretur innocentia fuit, ut Christus manifestaretur redemptor; cum enim redemptio mundi esset maximum beneficium, ingratorum malitia, ne agnosceret beneficium, interficeret benefactorem: & hæc potissima causa fuit, ob quam Iudæi Christum occiderunt. *Nos (dicebant illi) legem habemus, & secundum legem debet mori; quia filium Dei se fecit.* Probè noverant Iudæi Deum carne humana induendum, ut redimeret homines; cum tamen ingratitude cæci forent, Christo talem excessum verterunt in culpam: quia cæcitas ingratitude ipsi amoris excessibus magis tenebescit.

Beneficium reputatur delictum ab ingratis. Marc. 14.

Joan. 19.

Ingratitudo pro lege reputatur. Psal. 103. Isai. 9.

592. Quæro tamen, quomodò Iudæi allegant legem, quæ non dabatur, *Nos legem habemus*, & obliviscuntur prophetiarum, quas noverant? *Misit verbum & sanavit eos. Filius datus est nobis.* Quia lex, juxta quam Christus damnatus necem subiit, fuit ingratitude Iudæorum, comite malitia; & quando malitia observat pro lege ingratitude, omnia negantur; prophetiæ non sunt prophetiæ, miracula sunt illusiones, beneficia sunt delicta; interficitur benefactor ac si foret malefactor; eo tantum nomine, ne malitiosa ingratitude agnoscat beneficium, & fateatur gratiam.

S. TERTIUS.

Amor patiens solus amor est.

Amor patiens legitimus est.

593. Fuit adeo perversa, & beneficiorum immemor ingratitude hominum, ut cunctis excessibus, quibus Christi amor se exhibuit sapientem, corresponderit obstinatione & malitia. Assumpsit Deus carnem in hominum remedium, & pro magnitudine elegit nasci in abjecto ac vili præsepio: *Reclinavit eum in præsepio.* Et hac humili paupertate suum prodit amorem, & sapientiam; amorem, quia inops natus rigorem hyemis sustinuit: & solus amor qui patitur, legitimus amor est. In sacra pagina amor dicitur dolor, & dolor appellatur amor. De senibus, qui vehementer affectarunt Susannam æquè pulchram atque honestam, narrat sacer textus: *Ambo erant vulnerati amore; atque indicaverunt dolorem.* Misit Alexander Ionathæ summo sacerdoti coronam auream, ut hoc munere suum testaretur amorem, quem per litteras significavit his verbis: *Ut quæ sunt nostra sentias.* Amorem constituit in sensu, quia amare sine sensu, impossibile est. In rubo spinoso apparuit olim Deus Moyfi inter flammæ. Quia ignis ille extimus satis manifestabat internum ignem amoris, quo ardebat erga suum populum, quem venerat liberaturus; ideo apparebat non inter rosarum blanditiem, sed inter rubi asperitatem, quia amor inter rosas languescit, sed inter vepres excitatur: siquidem quò quis plus patitur, eò plus diligit; fugere sentes ac spinas, esset veluti languentem amorem sopire: igitur Christus in præsepio asperitates quæfivit, ut ferendum amorem excitaret.

Luc. 2.

Dan. 13.

1. Mac. 10.

Exod. 4.

594. Excessum amoris, quo Deus pro hominibus puer factus est, ex duobus concipio, altero quòd per pueritiam se Deus constituerit in statu sibi majorem inferente molestiam: altero, quòd se constituerit in tali statu nobis majus afferente blandimentum. Quoad primum, mihi habeo persuasum, nasci Deum in ætate puerili, fuisse constitui in statu sibi magis molesto, & majoris afflictionis. Nam plus concipit doloris qui vivit tanquam puer, quàm qui moritur tanquam homo. Ezechias pro suæ sanitatis expetitæ signo elegit solem potius regredi in orientem, quàm progredi in occidentem, procliviorum arbitratus solis progressum, quàm regressum. *Facile umbram crescere: neque hoc volo ut fiat, sed ut revertatur.* Si sol moventis Angeli regulam & ductum sequitur, cur non videtur æquè difficile accelerari ad occidentem, atque reduci ad orientem? Sol cursum faciens ad occidentem, properat ad moriendum; regrediens in orientem, tendit ad nascendum: & certè compelli solem, quando gigas in splendoribus est, ut regrediens ad nativitatem & pueritiam vivat tanquam puer, difficilius est quàm mori ac sepeliri in occasu.

Puer Deus factus.

Puerilis ætas molesta ac difficilis.

4. Reg. 20.

595. Facilius judicatur mori inter tormenta instar hominis, quàm se deprimere ad parvitatem & nativitatem pueri, ut puerilis ætas & vita denuò transigatur. Duobus discipulis procurantibus sedes honestiores in temporali regno Christi obtulit Dominus propriæ necis calicem: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Fortiter & intrepidè acceptant oblata tormenta, ac si forent gaudia. *Dicunt ei: possumus.* Illis postea intimavit Christus novum natalitium, & pueritiam subeundam iterum, ut cælum ingredi possent: quo mandato tristati verterunt ora in partem adversam. Notabile certamen, & repugnantia affectuum! Si calix, dura & violenta mors est, cur libenter acceptatur? Si ad pueritiam regredi est vitam proferre, cur recusatur? quia prius est mori instar hominum, posterius est vivere instar puerorum: & in hac vita nihil molestius est quàm vivere instar pueri illum, qui intelligit instar hominis. Proh, in quas angustias Deum adduxit amor quando fecit puerum! Minori horrore fuit discipulis mori tanquam homines, quàm vivere tanquam pueros. Talis est anxietas, qua homines appetunt in omnibus magnitudinem, & averfantur parvitatem:

Torturatum vivendi instar pueri.

Matth. 20.

Deus puer ob amorem.

tem: & Deus, cum natura esset magnus, noluit benignitate fieri parvus: fuit actio, quam postulabat in Deo feruor amoris, & in nobis exigebat superbiæ tumor: actio verò. quæ satisfacit amori, & succurrit amato, excessus est amoris sapientis.

Puer Deus ut nos amet & moueat.

596. Quoad secundum, quo Deus factus puer manifestavit excessum amoris, fuit, quia se constituit in statu majoris erga homines blandimenti. Plus enim illaqueat oculos, permeat ac pulsat corda Deus ætate tenera puer, quam ætate virili homo. Descendit Deus ad montem Sinai, ut ostentaret suæ potestatis magnitudinem, & vocat Moysen ut montem ascendat ad colloquendum: *Vocavit eum Dominus de monte.* Apparet Deus in fornace Babylonica inter tres pueros, & absque ulla vocum sollicitatione detinet Nabucodonozorem, ut gradientem consideret: *Ecce ego video: & species quarti similis Filio Dei.* Si Nabucodonozor non expectat vocem Dei vocantis, ut in fornace aspiciat, cur expectat Moyses, ut montem ascendat? In monte ostentabat Deus magnitudinem, in fornace exhibebat parvitatem, dum se pueris accommodaret: in monte erat Deus magnus realiter, in fornace erat Deus parvus apparenter: & Deus apparens parvus ita furatur oculos, ita expugnat animos, ut Moyses non nisi vocatus ascendat montem ad videndum Deum magnum Dominum, Nabucodonozor non vocatus accurrat ad videndum parvum puerum. Quando Deus magnus, videtur capi non posse oculis, neque affectibus: quando Deus puer, eam infert cordibus vim, ut ipsas expugnet voluntates: & quidem excessus qui leniter ac efficaciter voluntates subigit, excessus est amoris sapientis.

Vita solum utilis ad penas & merita.

597. Commendavit Christus amorem excessu, simulque edocuit homines, vitam solum esse utilem, ut per pœnas obtinerentur merita coram Deo: siquidem idem Deus in præsepio nascebatur patiens; & sicut per elationem, qua homo appetiit fieri Deus, perditus fuerat, ita Deus fiebat homo, ut hominem humilitate sua repararet homo Deus. Verùm animadverto hominem fuisse natum sublimiter in manibus Dei, & Deum fuisse natum viliter in abjecto stabulo. Quid? illud natalitium tam sublime, hoc tam vile? In hoc certè exhibuit Christus æquè suum amorem ac sapientiam: nam ostendit hominem, qui natus fuerat in manibus

Nativitas hominis, & Dei valde dispar.

nibus Dei, amisisse gratiam inter felicitates terreni paradisi: & Deum fuisse natum in vili præsepio, ut homini recuperaret gratiam inter paupertatis incommoda & molestias: sicque intelligeret homo accepto remedio & exemplo, in hac vita per molestias ac labores comparari gratiam.

598. Redemptio fuit opus divini amoris, quod æterna sapientia architectata est: & sic in omnibus excessibus prodidit suum amorem simul & sapientiam. Nascitur pauper, vivit humilis & abjectus, moritur opprobriis saturatus, ut suum erga nos testetur amorem, præbeatque exemplum, dum sibi eligit dolores tanquam amans, nosque docet mereri tanquam sapiens: hæc enim vera sapientia est ad merendum apud Deum, sustinere dolendo, ad merendum per dolores. In Thabore audivit Petrus Christum loquentem de pœnis suæ mortis, à quibus illum dissuadere conatus est suadendo longam ibi moram, ad fruendum præsentem illa gloria, & notavit facer historicus ignorantiam Petri: *Nesciens quid diceret.* Nescius Petrus in volendo permanentiam gloriæ Thaboris? Ita: quia impediēbat meritum crucis: & scire verum est, scire mereri sustinendo: in Thabore Christus fruebatur, in Calvario patiebatur: sed patientia in dolendo commendabat excessum in merendo: non enim sapit amare qui plus fruitur, sed qui plus meretur. Ignoravit Petrus, scivit Christus: quia scivit anteferre patientiam in Calvario gloriæ in Thabore: nam per patientiam in Calvario mundi salutem meritus est.

Amor Christi ex sapientia.

Luc. 12.

599. Verùm sicut se gessit ingratitude hominum circa mysterium Incarnationis ignorando Deum factum hominem, ita se gessit in ejusdem natalitio ex eadem malitia. Cum enim Christus se Regem ac Deum nascendo manifestaret, ejusdem divinitatem tegentes siluerunt Judæi. Ingrediuntur Hierosolymam Magi quærentes locum nati recenter Regis: *Ubi est qui natus est Rex Judæorum.* Turbatur Herodes, & cum illo omnis civitas novo accepto nuncio: jubet statim acciri Pontifices & scribas ad consulendum de loco: unanimiter respondent Messiam nasciturum in Bethlem juxta Michæam: *Et tu Bethlem terra Juda nequaquam minima es in Principibus Juda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israël.* Sic tacentes occulcarunt divinitatem Messie, quam idem

Christi divinitatem regunt Judæi.

Matth. 2.

Mich. 5.

Mich. 4. propheta multo antea prædixerat: *Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël: & egressus ejus ab initio à diebus æternitatis.* Cur igitur tacent ac tegunt Christi divinitatem, si hæc satis ostendebat venisse Christum, ut eriperet sceptrum à diabolo, & non ab Herode? Quia Judæorum malitia videre cupiebat Herodem turbatum, mundum deceptum, Christum mortuum. Agnoverunt excessum, quem ut ingratitude negaret, à malitia imploravit opem: nam malitia ingrati excedit omnes. Dixerunt locum natiuitatis, & siluerunt veritatem divinitatis: dixerunt ubi nascebatur, & tacuerunt unde veniebat: *à diebus æternitatis.* In hoc igitur se professi sunt ingratos: ingratus enim, quando loqui de obligationibus opus est, dicit minores, silentio majores involvit: sic olim se gessere scribæ, sic & hodie se mundus gerit.

§. QUARTUS.

Ingratus cum sit diabolo malitiosior, ipsis brutis rudior ac hebetior est.

600, Mentis aciem dirigens in reliquos excessus, quos Christus pro hominibus operatus est, compertum habui, quod cum quæreret populum suum, ut illi remedium afferret doctrina & miraculis, hominum ingratitude illi correspondit malitia & blasphemii: Admiratione defixi audiunt Pharisei Christum in templo: *Et mirabantur Judæi.* Et post admirationem subsecuta est detractio ex malitia: quærebant enim quomodo ille documenta daret sapiens, cum litteras à nullo magistro acceperit: *Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit.* Eruebant impugnationem veritatis, unde eruere debuerant cognitionem: nam puer tali sapientia præditus quin addisceret in mundo, satis se manifestabat doctum in schola divinitatis. Prophetiæ illum denunciabant sapientem, consiliarium Dei, ac magistrum populi sui; *Oculi tui videntes præceptorem tuum.* Et cum doctrina illa esset Dei, tradita juxta prophetias, noluerunt illum agnoscere ut Filium Dei, cum eo ipso se talem exhibuerit, sapiens ac docens quin addisceret. Evæ persuasit Diabolus fore ut Adamus & illa evaderent sicut Dii scientes;

Eritis

Eritis sicut Dii scientes. Quid? ex eo tantum quod scirent, Dii forent, seu haberentur? Ita; quia suadebat diabolus illis futuram scientiam ingenitam, & non à magistro traditam; scire autem absque magistro proprietas divina est. Hoc agnovit Diaboli malitia, & noluit agnoscere ingratitude Judæorum; quanvis enim Judæus malitiosior foret Diabolo, ut esset ingratus Deo: siquidem à Deo ad Diabolum defecit: tamen pollens majori malitia quam Diabolus, evasit brutior ipsis brutis animantibus.

601. Queritur Deus ingratitude sui populi, & ait: *Cognovit vos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israël autem me non cognovit.* Quid? bruta intelligunt? Bruta carent discursu & ratione. Cur igitur potest agnoscere irrationalitas, quod non assequitur discursus? Irrationalitas brutorum cognovit, quod hominum ratio ignoravit: quia licet bruta fuerint irrationalia natura, homines fuere irracionales ingratitude: & irrationalitas ingratitude reddit homines magis brutos, quam irrationalitas naturæ. Quarè si homines ignorarunt Deum docentem, hæc ignorantia non evenit ex defectu manifestationis, sed ex ingratitude obcæcante: *Videntes non vident.*

602. Fuit cæca adeo malitia Judæorum, ut cum se Christus manifestaret per miracula in favorem hominum: siquidem solus Deus illa edere potest, utpote solus habens potestatem super omnem creatam naturam, Judæi propter miracula illum negaverint. Christo patranti miracula duo per calumniam objecere Judæi, alterum esse injustum, quia violabat Sabbatum edens miracula ad medendum paraliticis & cæcis: *Non est hic homo a Deo, quia Sabbatum non custodit.* Alterum edere miracula in potestate dæmonis: *In nomine Belzebuth principe demoniorum ejicit demonia.* Nec poterat malitia plus intendi, nec esse magis ignorans, quam charitatem convertere in culpam, & Diabolo adscribere quod peculiare Dei est: at in tribunali ingratorum amor hoc accidit, ut charitas judicetur culpa, amoris excessus, delictum. Certè ignoro si ne major dæmonis malitia, an gentis hujus ingratitude? Voluit dæmon experimento assequi essetne Christus filius Dei, & tentans per miracula, postulavit conversionem lapidum in panes: *Dic ut lapides isti panes fiant.* Itaque dæmon ex ipsis miraculis vo-

Xx 2

lebat

Malitia major ingrati quam diaboli.
Joan. 7.

Isai. 30.

Ingratitude reddit homines brutiores.
Isai. 1.

Luc. 8.

Ingratitude cæcitas in Judæis.

Joan. 9.

Luc. 11.

Ingratitude Judæorum major dæmonis malitia.
Matth. 4.

lebat eruere probationem divinitatis Christi: è contra Judæi ex ipsis miraculis calumniatis arguebant illum injustum, proindeque Deum non esse: *In nomine Belzebut h e jicit dæmonia.* Quænam hujus tanti discriminis ratio? Dæmon agebat tentatorem malitiosum: populus agebat malitiosum ingratum, & major fuit malitia & ingratitude populi Hebræi, quàm malitia & tentatio dæmonis: siquidem eò pervenit, ut desumeret argumentum contra divinitatem, unde dæmon illud pro ipsa divinitate capiebat. At cum malitia esset effectus ingratitude, cum populus ille foret malitiosior dæmone, evasit rudior & hebetior brutis animantibus: nam bruta agnoverunt creatorem suum, Judæi crucifixerunt. *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israël autem me non cognovit.*

*Meritum
fidei cum
certitudine
præsentie.*

603. Quæro tamen, si Deus poterat reparare mundum, quin suam deprimendo magnitudinem sustineret ingratitude hominum, cur elegit amor tot operari excessus, & tot subire pœnas? quia voluit manifestare amorem suum excessibus, & divinitatem miraculis, ut relinqueret motiva fidei, & esset locus meritis gratiæ. Proh magnus amoris excessus, & magna profunditas sapientiæ? Utrunque operatus est Christus in cœna ante mortem; nam mansit in sacramento præsens, ut auget nobis gratiam in anima. Ibi enim æquè se occultans, & suum prodens amorem, eripuit aspectum oculis, & reliquit motiva fidei, ut per fidem multiplicaret merita & gratiam. Nec poterat dari amor sapientior quàm qui ita fecit objectum præsens, ut veritatem probaret absque fidei, & ipsius meriti detrimento.

Joan. 5.

Hoc gerit Christus in miraculo Eucharistiæ: hoc gessit in aliis miraculis, quibus implebantur prophetiæ: sic enim probabat veritatem fidei, ut non læderet merita credentium. Cur igitur non crediderunt Judæi videntes miracula quæ Christus patrabat, & impletas prophetias? Quia fuere ingrati beneficiis, & ob culpam ingratitude perdiderunt meritum fidei. *Si crederetis Moysi (aiebat Christus) crederetis forsitan mihi, quia de me locutus est.* Nec Moysi puro homini, nec Christo homini Deo crediderunt, quia deficiente in illis gratitudine, defecit fidelitas erga Moysen, & fides erga Christum: hæc enim ingratorum conditio est, ut sint Deo.

Deo increduli, & hominibus infideles. Fuit tamen amor adeo excessivus, ut voluerit Deus fieri homo propter homines, non obstante ingratitude hominum contra Deum: tunc enim se Deus exhibuit magis amantem, quando hominum ingratitude innotuit magis perversa: amavit igitur tanquam excedens, quia nos reparavit tanquam sapiens: & perversa ingratitude Deo sapienter amantem correspondit malitia: quia cum sit vitium ignorantius, est malitiosius, ut deficiat obligationi, & neget debitum.

CAPUT III.

In patientia erga ingratos valde emineat

Christi amor.

§. PRIMUS.

Sublimior in Deo magnitudo est sustinere tormenta, quàm patrare miracula.

604. Dilexit Christus homines æterna sapientia; sustinuit homines infinita patientia, & æquè in utroque exercuit suam divinitatem. Talis enim patientia solum poterat exerceri per hominem Deum; siquidem non solum oppetiit mortem crucifixus; sed etiam venditus, flagellatus, corona spinea in contemptum redimitus; & certè sic patiens se Deum exhibuit; *Quid sunt plage istæ in medio manuum tuarum?* *Zach. 13.* Demirantur Angeli Deum plagatum, & non potiùs condolent ejus plagis? Miracula admirationem, tormenta pariunt compassionem: cur igitur hac opportunitate cœlestes aulici non transfixi dolore, sed admiratione manent defixi? Volunt applaudere Deo majora gerenti, ac exhibenti: & quidem grandius ac mirabilius aliquid in Deo apparet sustinere tormenta, quàm patrare miracula. *Ego pono eam à me ipso, & potestatem habeo ponendi eam.* *Joan. 10.* Nos certos reddit Dominus de sua potestate, ut vitam propriam amittat violentia pœnarum. Quid? vitam amittere effuso sanguine, pati defectum unionis inter præcipuas hominis partes, est potestas in Christo? Putabam esse potentiam formare

*Patientia
index di-
vinitatis.*

Zach. 13.

Joan. 10.

Potentia Dei in pœnis. **Potentia** cœlum & terram, conservare vitam in se, & in omnibus viventibus. **Potentia** multa in Deo est multorum tormentorum pro nobis tolerantia: quò enim Deus plus patitur, eò plus exhibet amoris & potentia: quia solus amor & potentia valuerunt, immortalem Deum pœnis ac morti subicere.

Injurie ac dolores in Christo patiente. 605. Innumerabiles fuere Christi injuriarum, ac tormenta, quæ juxta subjecti excellentiam dolorem infligebant: nam quò subjectum delicatius & nobilius est, eò plus doloris concipit. Bis tormenta omnia Christus sustinuit: in horto quando apprehendit imaginatione, & in passione quando sensit executioni mandata: nam dolor sentitur & cogitatus, & inflictus: quò igitur majus est judicium ad apprehendendum, major est dolor ad cruciandum.

Job. 19. *Manus Domini tetigit me.* Dicebat Job concipiens doloris acerbiter. *Exod. 8.* *Digitus Dei est hic.* Dicebant Ægyptii à Deo puniti. Quid? Major fuit insectatio Jobi, quàm supplicium Ægyptiorum, ut ille appellaret eam manum Dei, isti digitum? Ita: nam

Intelligens magis dolet. *Job. 2.* Jobo relicta fuit anima, in qua intellectus residet: *Ecce in manus tua est: veruntamen animam illius serva.* Et solus ille plus patitur, qui plus intelligit: quòd si Christo satis fuere ad effusionem sanguinis tormenta repræsentata, quantum infligerent dolorem executioni mandata per hostiles, & invidiosas manus.

Conformitas cum divina voluntate conformatur. 606. Fuere tormenta illa repræsentata Christo in horto, adeo sæva, ut necesse fuerit quòd Æternus Pater mitteret cœlestem Angelum pro Domino confortando. *Apparuit autem illi Angelus de cœlo confortans eum.* At si acerbiores fuere in cruce dolores inflictis, quàm in horto repræsentati, cur Pater in horto per Angelum confortat, & in cruce deserit? *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Si opem tulit Pater in horto naturæ humanæ timenti repræsentata tormenta, cur non in cruce illa re ipsa patienti? Confortavit illum in horto, quia Filius in horto suam voluntatem cum paterna conformavit: *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Deseruit in cruce, ut per quandam veluti urbanam correspondentiam Pater conformaret voluntatem suam cum voluntate Filii. Dixerat Filius in cruce *sitio* quasi sitibundus alios atque alios dolores appeteret pro hominibus: huic aviditati volens Pater satisfacere, desertionem valde sentiendam adjecit. In horto confortavit, ut pateret quantum

Luc. 22. *Matt. 27.* *Luc. 23.*

Aviditas patiendi in Christo, insalubilis. *Johan. 19.* nem valde sentiendam adjecit. In horto confortavit, ut pateret quantum

Quantum Christus meruit per resignationem obedientia, & acceptionem sacrificii; in cruce deseruit, ut Christus sic obediens, & immolatus maneret cum omnibus meritis, & tormentorum, quæ sustinuit, & desertionis, quam patiebatur. Nam sustinere æquanimiter tormenta, est excessus in amore, & excessus magnitudinis in amante. Non impedivit Deus ictum Abrahami filium percipientis, nisi post meritum completum; nam sacrificium Isaac exprimebat sacrificium Christi; & ideo voluit ut in sola repræsentatione universus dolor confisteret, & sic evaderet magnus sacrificio: est enim actio divini amoris pluris facere excessum patientis, quàm commendationem omnipotentis.

607. Mentem ulteriùs dirigenti in actiones patientia Christi, videntur admiratione digniores, pati Christum, quòd ipsum venderet cupiditas, damnaret ambitio, interficeret odium, quin idem Dominus suam innocentiam à falsis testimoniis tueretur: nam in reliquis excessibus subjecit humanitatem crudelitati hominum; in his subjecit reputationem divinitatis passioni hostium.

At, si Deus post assumptam carnem poterat reparare homines ex rigorosa justitia, per unicum actum amoris, siquidem actus erat hominis Dei, proindeque infiniti valoris, cur voluit quòd cupiditas discipuli ipsum venderet: *Quid vultis mihi dare? Quòd ambitio ministri condemnaret? Si hunc dimittis, non es amicus Cesaris.* *Matt. 26.* *Johan. 19.* *Quòd odium hostium cruci affigeret? Odio habuerunt me gratis.* *Johan. 15.* Quia divinus amor ex peculiari ratione postulat ita agere, ut pluris faciat excessum patientis, quàm gloriam & commendationem omnipotentis. Apparet Deus in rubo flammato Moysei, quem volentem accedere ab accessu prohibet, & retardat: jubet deinde ut projiciat virgam in terram, & iterum capiat, illa autem versa est in serpentem, & iterum in virgam: *Versa est in virgam.* *Ad Exod. 4.* serpentem voluit Deus ut Moyse accederet, & manu tractaret, quia erat symbolum Christi inter tormenta crucis: à rubo voluit ut recederet, quia rubus accensa & fulgens erat gloriae ac splendorum theatrum; quo facto voluit significare Moysei se pluris facere exempla suæ patientia, quàm miracula & gloriam suæ omnipotentia. Noluit Christus suum amorem commendare ex gloria, sed ex patientia, quia amor non tam commendatur, quando inter

ignis splendores gloriosè fulget, quàm cum inter ignis prunas & ardores patienter excoquitur. Ut sponsus divinus commendaret excessus cordis sui diligentis, ait se in corde excepisse repetita vulnera. *Vulnerasti cor meum. Vulnerasti cor meum.* Ex tolerantia vulnerum pullulavit commendatio cordis excessivè amantis, quasi idem foret cor flagrans amore, atque cor fauciatum vulnere. Ru-
 1. Ad Cor. 2. o. pem solitudinis ait Apostolus figuram esse Christi: *Petra autem erat Christus.* Cur non potiùs figura Christi aqua è rupe ebulliens, quàm rupe aquam emittens? quia rupe sustinuit ictus, ut aquam effunderet, non sic erumpens aqua; in aqua erumpente ostendit Deus suam potentiam, in rupe fauciata suam patientiam: ideo Christum rupe figuravit.

§. SECUNDUS.

Sustinere proditorem, & diligere proditorem, est major excessus patientiæ.

608. Multa vulnera excepit cor Christi, quibus prodidit sui amoris excessus: at nullo graviùs & altiùs fauciatum fuit, quàm ingratitude Judæorum. Pati Christum discipuli proditoris venditionem, fuit excessus maximus: nam qui vendit, non solum à se rem amovet, sed etiam abjicit omnem spem iterum possidendi; vendit amorem; quia nemo potest amare, quod à se alienat absque ulla spe fruendi; qui autem vendit amorem, vendit etiam memoriam, seque constituit in statu ignorandi quod antea possidebat. Joseph non fuit cognitus à suis fratribus, quos non semel ad colloquium admisit: *Et tamen fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis.* Res mira! Si Joseph cognoscit fratres, quomodò fratres ignorant Josephum, ita ut nec saltem unus illum cognoscat? Joseph non vendiderat suos fratres, nec amorem, quo illos dilexerat, ideo agnovit; fratres è contra vendiderant Josephum, & illius amorem, idcirco ignorarunt; amore enim vendito deficit memoria, & cognitio. Voluit David se querulum exhibere Deo, ob rigorem, quo populum suum affligebat, & ait: *Vendidisti populum tuum sine pretio.* Cur non potiùs suum dolorem significat dicens populum

Ingratitudo Judæorum gravius fauciavit Christum.

Venditio Christi.

Gen. 42.

Amoris alienatio ex venditione.

Psal. 43.

populum à Deo exilio mulctatum, & cladibus diminutum? Ut doloris sensum exaggeraret, non potuit meliùs exprimere acerbitatem supplicii, quàm per venditionem, qua Deus populum à se perditio amore alienaverat: & hoc in Juda proditoriè vendente Christus passus est.

609. Verùm quòd Christus Judam agnoscat ingratum, & eadem opportunitate, qua venditus & traditus diligit: *Amice ad quid vendisti.* Fuit solius Christi amoris & patientiæ excessus. David amore & obsequiis prosequabatur Saulem, quando illum Saul conabatur lancea configere, at ubi deprehendit ingratum & fraudulentum, statim deseruit, se in tutum recipiens: *David & viri ejus ascenderunt ad tutiora loca.* Ad hæc, Deus ipse injunxit Iacobo, ut effugeret ingratum Labanum: *Egredere de terra hac.* Hi omnes fugerunt ingratitude hostilem, & Christus accessit ad ingratum, cui adeo propinquavit, ut se provolueret ad illius pedes, ut humiliter lavaret, eo tempore, quo Iudas recepto jam in cor diabolo meditabatur illum prodere: *Cum diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas.* Quòd quando reliqui fugiunt ingratos propinquet Christus ad pedes ingratitude, proh immensa patientia amoris Christi! Nam diligere cognita proditio, est major diligendi excessus.

610. Sanson dilexit pulchritudinem fraudulentam, cujus domo hospitio exceptus est. At ubi se vidit à Philistheis circumseptum, se recepit in montes intempestæ noctis silentio, ferens humeris civitatis portas; post hoc illustre facinus, ait facer textus Sansonem amorem suum pulchritudini subjecisse: *Post hæc amavit mulierem, quæ habitabat in valle Sorce.* Cur facer textus silentio præterit primum amorem Sansonis, & mentionem fecit de secundo, cum amor prior soleat esse fortior quàm posterior? Ratio in promptu est; prima vice dilexit Sanson ante quàm deprehenderet fallacis amoris dolos; secunda vice dilexit postquam agnovit fraudulentum ac proditorium amorem; & hic est major excessus amantis. Commendavit Christus patientia sui amoris veritatem excessus: siquidem dilexit certò sciens se perdere amorem. Nam dilexit Judam, quem certò sciebat proditorem & hostem. In horto appellavit amicum: *Amice ad quid venisti.* Si sciebat hostem, quomò-

Amor Christi erga Judam excessus patientiæ. Matth. 26.

1. Reg. 24.

Gen. 31.

Joan. 13.

Pulchritudo subjecit. Jud. 15.

Gen. 16.

Amor circa hostem commendatur.

Patientia Christi erga proditorem in dicat amoris excessum.

modò compellavit amicum, ille qui nec decipi, nec decipere potest? Noluit Christus deficere amori, quanvis agnosceret Judam deficientem, ut sic appareret quanto excessu amaret. Amare, & perdere excessum amoris, sicut amavit David Saulem, non fuit inter excessus maximus: quia amorem amittebat spe obstringendi: at perdere & amare, sicut Christus amavit Judam, fuit excessus maximus: quia amavit certitudine perdendi & non obstringendi, cum proditorem agnosceret: *Ille est (dixit discipulo) cui ego intinctum panem porrexero.*

§. TERTIUS.

Pati quòd, cum me condemnet injustitia, excusetur malitia, est maxima patientia.

Patientia Christi erga damnantem fuit maxima.

Matth. 27.

Luc. 22.

611. Si fuit patientiæ Christi excessus magnus pati, quòd ingratitude discipuli ipsum proderet, non fuit excessus minor pati, quòd ambitio ministri eundem condemnaret. Nam discipulus agnoscens Christi innocentiam, propriam culpam fassus est: *Peccavi.* At minister, cum fateretur innocentiam Christi, eum damnavit, suam excusans injustitiam: *Innocens ego sum.* Procul dubio Judæ proditio majus peccatum fuit, sicut ipse Dominus testatus est: *Majus peccatum habet qui me tradidit.* Fuit tamen crudelior malitia damnare innocentiam, & excusare injustitiam, quàm vendere innocentiam, & fateri culpam. Nam Iudas significavit agnoscere Christum innocentem, seque peccatorem: *Peccavi:* Et Pilatus condemnans innocentiam Christi, & justificans suam, voluit de injustitia facere innocentiam. *Innocens ego sum.* Velle autem probare se esse judicem innocentem, quando injustè condemnat, malitia est maxima, & quæ plus offendit. Malitia hujusmodi adeo offendit, ut ad ipsum cor pertingat. Aqua quæ à latere Christi emanavit (ut nonnulli sentiunt) respexit aquam illam, qua Pilatus lavit manus coram populo, ut testaretur innocentiam, quod deformissimum sacrilegium erat; & quidem doluit adeo Christus de hac offensa, quasi ad ipsius usque cor pertingente, ut dolorem etiam mortuus significaret. Magnus igitur fuit excessus pati manibus

nibus cujusdam ministri, qui retenta voluntate sacrilega, voluit ostendere manus innocentes; qui cum foret ambitiosus in condemnando, voluit videri justus in condemnatione. Magnus excessus pati talem ministrum, in quo summa innocentia offensa sustinuit crudelem injustitiam dissimulatam, & cæcam ambitionem palliatam. Timuit Pilatus displicere Cæsari: *Non es amicus Cæsaris,* & non timuit displicere Deo damnando innocentiam. Quia ambitiosus æquè timidus est in offendendis hominibus, atque audax ad offendendum Deum. Crudelis injustitia fuit damnare innocentiam cognitam: at scelus longè atrocius, velle excusare injustitiam nomine innocentia; sic enim voluit se justum exhibere in ipsa tyrannide; & tyrannus ille inter omnes sævissimus est, qui excusat injustitias: siquidem justitiæ nomine vexans innocentiam, in ipsam exercet tyrannidem.

Ambitiosus non timet Deum.

§. QUARTUS.

Fuit excessus omnium maximus quòd Christus se traderet suis hostibus, ut pro illis moreretur injuriis affectus.

612. Nullus major excogitari potest excessus, quàm quòd Christus se sponte traderet suis hostibus, ut pro illis subiret mortem ignominiosam opprobriis & conviciis laceratus. Dixit in hortu discipulis adventare horam, qua traderetur hostibus, proditorem non longè abesse, proindeque surgerent: *Surgite eamus: ecce appropinquat, qui me tradet.* Fuit hic summus excessus: nam in venditione & condemnatione Iudas quidem & Pilatus in Christi mortem concurrerunt, sed innocentiam non denegarunt, imò testati sunt; at Hebræi hostes innocentiam vitæ improbarunt, ut morte ignominiosa plecti viderent. In venditione sustinuit confessam proditorem: *Peccavi tradens sanguinem justum.* In condemnatione injustitiam cognitam: *Nullam causam mortis invenio in eo.* At in hostium manibus probrosam mortem: *Morte turpissima condemnemus eum.* Et quidem mori inter opprobria est pluriès mori, necem multiplicem subire. De Christo narravit quidam Evangelista mortuum fuisse hora sexta: *Erat hora quasi sexta.*

Mors ignominiosa Christi excessus summus.

Matth. 26.

Sap. 2.

Luc. 23. Ignominia est mors.

Ioan. 19. Alter dicit mortuum hora nona: *Circa horam nonam clamavit Jesus.* Quid? bis fuit Dominus mortuus? Ita: quia priori illa hora Iudæi Christum conviciis onerarunt, hora posteriori cruci affixerunt; mori autem conviciis lacessitum non est semel, sed bis & pluriès mori. Minus vexat & torquet crudelitas mortis, quàm tyrannis injuriæ. Saul ut manus Philistinorum evaderet, dixit famulo: *Euagina gladium tuum, & percutite me; ne forte veniant incircumcisi, & interficiant me, illudentes mihi.* Hæsitante verò famulo, nec audente talem crudelitatem, *Arripuit itaque Saul gladium, & irruit super eum.* Maluit sui ipsius homicida esse, quàm mori captum ab hostibus, eorum expositum conviciis. Facilis illi visa est amissio vitæ, & intolerabilis nimis injuria mortis.

Honor reponitur vitæ.
613. Quando Cato sibi violentas injecit manus, ne caderet in Cæsaris hostis manus, dixit minus detrimentum esse mori Catonem, quàm injuriis Catonem affici. Plus enim nocet injuria, quàm valet & prodest vita: vita enim est bonum brevi transiens, dedecus est malum perpetuò durans: & quidem à generosis pluri fit honor, quàm vita. Eripuit Deus Susannam à morte, quam illi decreverant ministri iniquitatis, & statim parentes cæperunt laudare Deum, eique referre gratias, quòd in Susanna nihil fuisset inventum contra honestatem. Duo præstiterat illi Deus, scilicet vitam & honorem: cur non attendunt ad restitutionem vitæ, sed ad reparationem honoris? Apud ipsos utpote generosos tanti pluri factus fuit honor, quàm vitæ, ut hujus collatæ immemores toti fuerint in gratificando pro reparato honore. *Declinavit David à facie ejus secundo.* *Hæc faciat Dominus inimicis David.* Dissimulat cum hoste Saule, ejus declinans furorem, & sumit vindictam de Nabal? Ita: quia Saul nitebatur illi auferre vitam, Nabal honorem, Davidis ipsius parenti notam inurens: *Quis est filius Isai.* Custodibus sepulchri impenderunt Pharisei magnam vim pecuniæ: *Pecuniam copiosam dederunt militibus.* Judæi verò exiguam: *Constituunt ei triginta argenteos.* Quid, tam amplam pecuniam custodibus, tam exilem Judæi? Ita: quia cum Iuda inierunt pactum, ut emerent vitam Christi, cum custodibus, ut emerent honorem, scilicet denegata & occultata resurrectione, in qua divinus ac præcipuus Salvatoris honor nitebatur: & judicarunt Phari-

1. Reg. 18.
1. Reg. 25.

Matth. 28.
Matth. 26

rifæi.

rifæi pluri faciendum honorem Christi, quàm vitam. Quòd igitur Christus velit tradi suis hostibus, ut pro hominibus mortuus, & opprobriis oneratus vita & honore spoliatur, fuit summus excessus: nam ille in quo plus exponitur, plus excedit: *Surgite eamus, ecce appropinquat, qui me tradet.*

614. Fuit excessus adeo magnus, ut ipse unigenitus Dei filius declaraverit maximum. Ingressus Christus Hierosolymam ait discipulis, se tradendum Pontificibus, & scribis, ut capite damnarent. *Ecce ascendimus Hierosolymam: & filius hominis tradetur Principibus sacerdotum, & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.* In cœna prænunciat traditionem, in horto eandem repetit. Cur toties ostentat excessum tradendi se hostibus, ut moriatur laceratus conviciis, & opprobriis saturatus? Quia talis mors ita excedebat fidem discipulorum, & humanam credulitatem, ut discipuli vix crederent, nisi à Domino toties repetitam audirent: oportuit quòd ad talem assensum fidei concurreret repetitio veritatis, & efficacia omnipotentis.

615. Ingressis Iudæis hortum ad capiendum Dominum, fit ipse obvisus, & rogat quem quærant? Respondentes se quærere Iesum Nazarenum, in terram projecit verbo duplici, *Ego sum.* Quid eos dejecit, se statim permittit surgere? Voluit ostendere discipulis & Iudæis quòd neque Judas ipsum tradebat, neque Judæi comprehendebant: sed ipsum esse qui se traderet, amorem esse qui ipsum in vincula conjiceret. Excessus fuit usque adeo sublimis, sponte tradi potestati & libito hostium, morte ignominiosa afficiendum, ut necesse fuerit ad terminandam hominum fidem, quòd sapientia increata probaverit, & divina omnipotentia commendaverit: probavit sapientia, toties prænunciando discipulis: commendavit omnipotentia dejiciens in terram Judæos hac voce: *Ego sum.*

616. Dictum est fuisse excessum maximum, quia fundamentum, quo Judæi niterentur ad ignorandum & negandum Dei filium, poterat desumi ex eo quòd suis hostibus viderent traditum; non enim sibi persuaderent vel quòd Filius capitalibus hostibus permetteret tradi, vel quòd Pater unigenitum vellet crudeliter occidi: *Si enim est verus filius Dei, suscipiat illum, & liberet eum de manibus.*

Mors ignominiosa Christi excessus maximus.
Matth. 20.

Mors Christi voluntaria, & ex amore.
Ioan. 18.

Honorem & vitam prodigere excessus maximus.

Sap. 2.

vibus contrariis. Excessus qui vitam & honorem prodigit, maximus est. At qui major excessus amoris est, inservit pro majori motivo odii, quando amor versatur circa ingratos: siquidem ad denegandum excessum, sunt excessivè crudeles. Decreverunt Judæi, habito concilio, quòd Christum ex patientia perspecta dignoscerent: *Contumelia interrogemus eum: & ex patientia satis explorata ignorarunt: Alios salvos fecit* (dicebant ingrati) *se ipsum salvum faciat.* Ad mensuram amoris excessivi crevit odium correspondens, & fuit adeo cæcum, ut cum vidissent magis patientem, & debuerint ex patientia agnoscere, blasphemarent. Cùm enim fuerit excessus maximus, quòd Dei Filius se traderet manibus suorum hostium, pro iisdem interficiendum, hominum ingratitude erga illius patientiam se egit crudelissimam.

§. QUINTUS.

Fuit excessus amoris Christi querere proditorem, cum antea de prodicione quereretur.

617. Animadverto tamen, quòd cum Christus quereretur de prodicione, *Unus vestrum me traditurus est.* Postea quærit proditorem, eique fit obvius: *Surgite eamus: ecce appropinquat, qui me tradet.* Si enim facilè poterat vitare damnum, & declinare proditorem, cur eum quærit, & si quærit, cur prodentem queritur? Proditorem quærit, & queritur ad significandum excessum amoris: nam querela illa denotat gravitatem injuriæ, & acerbitatem doloris, quæsitio prodit vehementiam amoris, quem tantus dolor non retardavit: solus enim amor excessivus contemnit pericula, ut ad amatum veniat: *Ad eum veniemus.* Cur justus non dicitur quærere Deum, sed Deus dicitur quærere justum? quia Deus excessivè diligit justum: *Pater meus diligit eum.* Et amoris vehementis peculiare est impellere personam amantem in rem amatam. De Filio dicitur esse in Patre: *Unigenitus qui est in sinu Patris. Ego in Patre & Pater in me est.* Cur hoc non profertur de Spiritu Sancto, cum propter identitatem personarum cum natura, dicantur personæ sibi invicem inesse? De Filio dicitur quòd fit in

quòd sit in Patre, de Spiritu Sancto solum dicitur quòd procedat? Ita: quia Filius nascitur ex intellectu fecundo Patris, & peculiare intellectus est adducere ad se objecta intellecta: Spiritus S. procedit ex voluntate, & voluntatis peculiare est deducere amantem ad rem amatam: Christum igitur amor impulit ad quærendum remedium & salutem hominum. *Surgite eamus.* Quia talis amor excessit omnes.

618. Ad hæc, quanvis videretur minùs decere sapientiam divinam, quærere proditorem, post querelam prodicionis, Deus pluris facit honorem amantis quàm sapientis. Quinque virginibus nesciis, quæ pulsabant ad cœli ostium, respondit Christus se eas nescire: *Nescio vos.* Quid? nescit Christus, qui ut sapientia increata, omnia novit, & comprehendit? Dicam pro meo captu: se vidit Christus veluti in quadam constitutum perplexitate. Ostendere se agnoscere, & non aperire, si ex una parte declarabat sapientiam, ex altera videbatur deesse amori: ostendere se ignorare, quanvis præberet occasionem, ut haberetur minùs sapiens, nil tamen amori detrahebat: voluit igitur minùs sapiens reputari, dummodò non haberetur minùs amans; occultetur igitur sapientia, dummodò non lateat amor: pluris facit Deus excessus amantis, quàm applausus sapientis.

619. Præterea in excessu, quo Dominus quæsit Judam jam venientem, ut proderet, *Surgite, eamus: ecce appropinquat qui me tradet:* suam commendavit sapientiam, & sublimavit amorem. Commendavit sapientiam; nam eam manifestavit discipulis, ne eventum postea aspernarentur. Sublimavit amorem: quia antecederet noscere tormentum, & procurare martyrium, est maximus excessus amantis. Ut mundus appiauderet excessibus Abrahami obedenter amantis, illi Deus injungit ut egrediatur, & filium suum in monte sacrificet: *Vade in terram visionis.* Notabile præceptum? Paruit Abrahamus, & post triduum, multo suo labore ac sudore ad sacrificii locum devenit. Quæro tamen, si Deus vult Abrahami probare amorem, cur illi præcipit, ut immolet filium Isaacum in edito monte, & non potiùs in domus suæ penitiori recessu? Cur præmonet pœnas triduo differendas? Si Abrahamus filium domi immolaret, procul dubio exhiberet excellentiam:

Amor pluris fit a Deo, quàm sapientia.

Matth. 25.

Sapientia Christi in amando.

Amor procurantis martyrium maximus. Gen. 22.

tiam:

tiam obedientis & patientis, sed non excessum amantis; sustinere tormentum oblatum, foret actio patiendi, at quærere tormentum ipsum, fuit deliberatio amantis; sacrificare domi filium, esset patidolorem unum, à quo Abrahamus petebatur: montes & valles peragrarè quærèdo locum sacrificii, fuit exhibere summum amorem; nam pœnas ac labores præscire, eosque in certamen non solum provocare, sed quærere, universæ dilectionis compendium est.

Mortem quærere fili Dei a-ctio est propria.
Dan. 3.

620. Babyloniam fornacem ingreditur Angelus, ut tres pueros comitetur inter flammam, & illum Rex Deo simillimum iudicat: *Similis filio Dei.* In quo peculiariter apparet Regi Angelus similis Deo, si ingressus est fornacem eadem forma, qua tres pueri innocentes? Tres pueri non sunt ingressi fornacem soluti, sed ligatis manibus & pedibus constricti, & veluti externa quadam violentia compulsi: *Compeditibus.* Angelus nullo impellente, nisi solo amore ingressus est; illi tres ita ligati, ut abire non possent; quartus omninò liber ad ingressum & regressum, pronus & alacer ad sollicitandum incendia, ad provocandum tormenta; hic igitur apparet Regi, Deo simillimus; nam subire pœnas solo amore suadente, opus est quod in solum Deum, vel Dei filium cadere potest.

§. SEXTUS.

Summus excessus patientiæ est innocentiam non justificari.

Silentium inter opprobria admirabile.
Isai. 53.

621. Omnes excessus patientiæ Christi fuere mirabiles; nullus mihi tamen injicit majorem admirationem, quàm silentium, quo Dominus Judæorum opprobria, & falsa testimonia sustinuit. Hoc exaggeravit Isaias; *Sicut ovis ad occisionem ducetur; & quasi agnus coram tondente se obmutescet.* Mystica similitudo & conjunctio inter ovem occisam, & agnum in tonsura silentem? Videtur quòd sit æqualitas inter violenter mori, & silere inter pœnas. Septem diebus coram sancto patiente amici ediderunt, fuis ubertim lacrymis, clamores: *Exclamantes ploraverunt, & sederunt cum eo septem diebus.* Septem dies consumpserunt amici cum Jobo, cum vi-

Job. 2.

deantur ad consolandum pauci, & ad visitandum multi? Septem dies juxta præscriptum Spiritus Sancti in cuiusdam defuncti planctu consumi debent. *Luctus mortui septem dies.* Quid? Job defunctus jam est, ut septem diebus ploretur? Vivebat adhuc Job ad dolendum in pœnis, sed videbatur mortuus, ut de doloribus quereretur. Patientem adeo esse in laboribus, ut videatur quis destitutus ore ad querelas, indicat defectum vitæ. *Jesus autem tacebat.* Excessus mirabilis! Nam voluit pati divinitatem in honore: siquidem pati non poterat in tormento.

Eccl. 22. Patientia similis morti.

Matth. 27.

At si potuit veritas patere, & redemptio consummari, cur non tuetur Christus innocentiam ab hostium calumniis? Præsertim, quia innocentiam quòd melius dignoscit ingratitude, eò facilius condemnat odium: odium enim ingratorum contra innocentiam crudeliùs defævit. Coarguit Jonathas Saulem crudelitatis, qua insectabatur Davidem: refert illi obsequia, quibus eundem devinxerat, manifestata innocentia: & postquam Ionatham audivit Saul, suamque perspexit ingratitude, coniecit hastam in Davidem, ut configeret. Tunc enim deprehendit odium plus ad abominandum, quando in Davide conspexit plus ad invidendum: majus fuit motivum abominationis, quando major extitit probatio innocentia.

Odium est ingratitude.

1. Reg. 19.

622. Non defendit Christus suam divinitatem à blasphemis, & falsis testimoniis, ex eo præcipuè quòd sciret damnandam esse innocentiam: quicumque enim damnat innocentiam, non veretur divinitatem. Pilatus probè novit Judæos invidos, & Christum innocentem, & tamen damnavit Christum, eumque damnatum tradidit hostibus. *Tradidit eum voluntati eorum.* Cùm enim ambitio reddiderit injustum, ut crudelis fieret, Deum veritus non est.

Innocentia damnator, Deum damnat.

Luc. 23.

Exhibuit Christus silentio sapientiam pariter & amorem: nam utrunque satis proditur supplici patientia, quæ à nullo defenditur: & quidem tacendo, quin daret responsum calumniis ex odio profectis, vitæ innocentiam probavit. Excusatio criminis indicat necessitatem defensionis: qui tacet, satis innuit se defensione non egere: solus defendi appetit, qui veretur convinci; at qui patienter superat, pati desiderat, ut eò præclarior sit victoria, quò fuerit major patientia. Taciturnitas loquitur, & innocentia pro de-

Taciturnitas index innocentia certior.

Dan. 13. fensione patrocinator: *Dixitque Daniel: separate eos ab invicem, & dijudicabo eos.* Inquit Daniel à testibus, & nihil interrogat à Susanna? Cur à scœmina criminata non exigit defensionem, pro manifestatione veritatis? Cur ea tacente solum agit ad probationem cum testibus criminis impositi? Quia pro Susanna æquè loquitur silentium, & clamat vitæ innocentia, ubi silentium loquitur, & innocentia patrocinator, defensione alia opus non est.

Gen. 39. 623. In nulla alia actione Ioseph Christum magis ad vivum expressit, quàm in non tuendo suam innocentiam à crimine falsò sibi imposito. Nam in declinando peccatum, se gessit fidelem Deo, suoque domino Putifar: in sustinendo carcerem, exhibuit patientiam: at dum tacet suam innocentiam falsò accusatus, se vivam Christi imaginem præstat; nam potius voluit pati, quàm justificari; & longè minus est pati, quàm justificationem propriam omittere. Qui sustinet, prudentiam quandam, & valorem humanum exhibet: qui innocens est, & de crimine insimulatus justificationem omittit, divinam virtutem, ac strenuitatem prodit; est enim humanæ naturæ valde consonum, quòd quis etiam sceleratus justificari velit. Eva enim se voluit justificare indicata fraude dæmonis, Adamus suasionem Evæ. Nam excusatio simul cum culpa nata est.

624. Pati innocentiam, & non justificari, est maxima patientia & silentii tentatio, cum sit in vita simul & honore vulnerari: & velle patientis decus cum dedecore culpæ, est maximus excessus patientiæ: nam tunc clauduntur viæ omni solatio, ut pateant soli tolerantia. Pilatus non obstupuit patientiam, qua Christus in prætorio sustinuit tormenta tot flagellis laceratus, tot sævis aculeis redimitus: hæsit tamen defixus admiratione, quando inter falsa testimonia & blasphemias tacentem vidit: *Ita ut miraretur Preses vehementer.* Nam tormentis interibat vita, falsis testimoniis honor: cum autem videret Christum hominem innocentem; valde novum atque inusitatum sibi visum est dari hominem, qui à suis hostibus falsò insimulatus suam innocentiam probare omitteret.

625. Verùm, si Christus non se tuetur à blasphemis & falsitibus, silentio patitur quæcunque acerbissima tormenta, cur in domo Pontificis quæritur sibi inflictam alapam? *Cur me cedis?*
Quia

*Patientia
divina est
pacera.*

*Excusatio
culpe dam-
nabilis.
Gen. 3.*

*Patientia
in tacendo
mirabilis.*

Matth. 27.

*Patientia
quomodo
loquendo
ap. areat.
Joan. 18.*

Quia offensor taxavit Domini patientiam, quasi inurbanus impatienter respondisset: *Sic respondes Pontifici?* Et pro imminuta patientiæ autoritate respondere autoritas est. Manifestavit Christus discipulis se hostium manibus interficiendum: Petrus se interposuit talem mortem dissuadens: *Domine non erit tibi hoc.* Tunc *Matth. 16;* mitissimus Dominus adèò ægrè tulit obloquentem Petrum, ut eum appellaverit Satanam: *Vade post me Satana: scandalum es mihi.* *Iracundia
in depen-
denda pa-
tientia.* Cum enim verteretur patientiæ autoritas in eo quòd inter opprobria mortem subiret crudeliter patibulatus, vehementer exarsit contra Petrum obicem sibi passuro ponentem: nam in excessibus patientiæ commendavit excessus amoris. Duabus petitionibus implorarunt opem à Domino cruci affixo duo latrones. Prima prioris petitio fuit: *Salvum fac te met ipsum & nos.* Secunda pe- *Luc. 23;* titio alterius fuit, ut postquam obiret in cruce recordaretur illius in regno suo: *Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum.* De utraque illa petitione longè dispar fuit iudicium: nam prior pro blasphemia, posterior pro virtute reputata est. Quænam ratio tantæ disparitatis, præcipuè quia illa prior deprecatio videbatur sanctior, & prudentior, cum non soli latroni petenti, sed etiam Christo inter tormenta morienti exposceret levamen? Christus in cruce patiando commendabat excessum sui amoris, ita ut dolores quò majores eò majori ipsi voluptati forent; nam suis doloribus merebatur nobis voluptates cœlestes. Unde gravissimam piissimo Domino inferebat injuriam, qui ab illo crucem tollere, & cruciatus volebat depellere. Potior igitur erat deprecatio alterius, in qua exposulabatur cœlum post omnia crucis tormenta exacta, & amor nullum hoc dulcius blandimentum esse potuit: nam in tolerantia poenarum commendantur excessus amoris, ita ut ille amor sit longè major, qui est longè patientior.

CAPUT IV.

Erga patientiam amoris Christi se crudeliorem gessit hominum ingratitude.

§. PRIMUS.

In captura Domini se exhibuit ingratitude hominum magis crudelem, quando se Dominus exhibuit magis patientem.

Crudelitas hominum erga Christum ex ingratitude.

626. **C**hristi sapientiæ correspondit ingratitude hominum malitia, & illius patientiæ crudelitate, quia talis ingratitude non fuit minus crudelis quam beneficiorum immemor. Suum manifestavit Christus amorem patientia, qua sustinuit prodicionem Judæ, insolentiam capientium satellitum, falsa testimonia hostium, ac tyrannidem Pilati: neque enim se à calumniis defendit, neque inter tormenta injustitiam conquestus est. In his omnibus admirabilis patientiæ actionibus se nimis crudelem prodidit hominum ingratitude. Nam Judas eum dolo hostili tradidit, quando Christus ut amicum monuit: Judæi per ignominiam comprehenderunt, quando Dominus se illis per amorem tradidit. In blasphemis & falsis testimoniis petulanter objectis, ita se tacitum ac moderatum præstitit, ut in admirationem præsidem conjiceret. Pilatus denique ignavo hominum metu illum condemnavit ut iniquum, postquam innocentem fassus est.

627. Contemplerur per otium actiones crudelitatis. Ingreditur Judas hortum, & ut suum magistrum prodat eligit in hostilis prodicionis signum, peculiarem singularis amoris significationem:

Matth. 26.

Quem ego osculatus fuero, ipse est. Nonne signa alia poterat facile invenire Judas ut suum Judæis traderet magistrum, præsertim quia Dominus satis illis erat notus? Multa alia occurrebant signa, cum tamen per ingratitude tradendus esset, elegit Judas signum amoris, ut crudelior evaderet proditio. Dissimulare se amicum, & esse crudelem, summa inter omnes crudelitas est: *Qui me tradet majus peccatum habet.* Si Pilatus majus detrimentum intulit Christo, ca-

Hostis crudelior est, qui se amicum fingit. Luc. 22.

sto, capite plectens, quàm Judas solum tradens, quomodo Christi ipsius testimonio magis peccavit traditor quam occisor? quia Judas tradidit sub specie amicitiae, & majus delictum patrat qui se simulat amicum, quàm qui se manifestat hostem. *Serpens deceptus me.* Non queritur Eva jacturam bonorum, quæ possederat, sed fraudem serpentis, qui se illi amicum & familiarem exhibuerat. Quia nullum tormentum est quod magis cruciet & excoquat patientiam, quàm fictus amor. Verba redolebant amorem, internum odium per effectus erumpebat: inter detrimenta & fraudes novit Eva plus de fraudibus quàm de detrimentis esse dolendum.

Fraudes multum torquent.

628. Non tam animadvertit Christus prodicionem, quàm modum prodendi: *Osculo tradis?* Plus de modo quàm de prodicione doluit, quasi plus torqueat amor falsus, quàm vera proditio: & sit crudelior tyrannis simulati amoris, quàm prodicionis veritas: ostendit igitur Christus se plus sensit modum, quàm prodicionem. Hæc tamen verba rursus animadverto: *Osculo tradis?* Nam Christus aequè manifestavit dolorem, & proditori compassus est. Quid? prodicionem queritur, & proditori compatitur? Ita: quia volebat significare hominibus excessum, quo illos amabat: nec enim poterat amor ultra progredi, nec patientia magis crescere, quàm sustinere prodicionem, quin deesset compassioni. Sed quia erat ingratus Judas, ex ingratitude se exhibuit crudeliorem, quando erga illum Dominus se amantiorem, & patientiorem exhibuerat. Judæi petierunt à Juda signum, ut agnoscerent Christum, cum illis notus valde fuerit Christus. In illis enim evanuerat cognitio, ingratitude obcecante: ingrati enim ita in beneficiorum luce caligant, ut semper benefactorem ignorent: igitur voluerunt signum, ut ex illo captura evaderet crudelior, & ipsi in benefactorem atrocius sævirent.

Amor simulatus multum torquet.

Compassio Christi ex amore.

629. Qui sacram paginam legendo evolverit, sibi facile persuadebit, homines ad æmulationem se crudeles exhibuisse in Domini patientiam: Judas proditoriè tradidit, & qualiter comprehenderunt Judæi? *Ligaverunt eum.* Sponte se illis committit obvius: *Quem queritis? Ego sum:* & quasi renitentem funibus constringunt? Amor eum in vincula conjicit? Odium in eum convicia jacit? Nonne sua ruina & experimento satis compererant Judæi.

Crudelitas hominum in patientiam Christi ostenditur. Joan. 19.

dæise à Christo, verbo duplici in terram fuisse prostratos? *Ego sum: & ceciderunt retrorsum*: cur igitur non intellexerunt Domino fuisse æquè facile injecta sibi vincula, & funes rumpere? Quia ubi assistit odium, non datur discursus, nisi ad saturandam, executionique mandandam passionem: & certè ingratitude eò est crudelior, quò major patientia, in quam sævit. Ut Christus appareret malefactor, Judæi capturam fecere probrosam: qui enim innocentiam damnat, tyrannidem in reputationem, & æstimationem præclari nominis exercet.

§. SECUNDUS.

Horam amoris Christi reddidit hominum ingratitude horam crudelitatis.

Ingratitudo crudelis. 630. Adeo ingrata & crudelis fuit hominum malitia, ut reddiderit horam crudelitatis eandem, quam Christus fecerat horam amoris. Horam passionis appellavit Joannes horam amoris Christi: *Sciens quia venit hora ejus: cum dilexisset, dilexit.* Hanc eandem horam dixit Christus horam tyrannicæ crudelitatis Judæorum: *Hæc est hora vestra.* Si est hora mortis crudelis, cur eam non renuit Christus? si est hora amoris, quomodo hora crudelitatis populi est? Dicitur hora amoris Christi, quia hora est, in qua pro hominibus morietur. *Ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, surgite, eamus hinc.* Quò tendit Christus? In mortem crucis suis ab hostibus paratam. Nullum aliud certius amoris signum exhibet, quàm desiderium mortis: mortem enim non veretur, imò appetit qui in amando oppigneratur. *Vulnerasti cor meum soror mea, sponsa vulnerasti cor meum.* Duo vulnera videtur inflixisse sponsa, ut ex repetitione sponsi vulnerati innuitur: nam ex corde vulnerato debuit corpus patere vulneribus: quando enim cor amore percutitur, corpus non formidat vulnera per violentiam infligenda. Est igitur hora Christi nos ex amore suis vulneribus redimentis, eadem ipsa hora Phariseorum æquè ingratorum ac crudelium. Nam ingratus crudelis erga patientem se magis tyrannum gerit.

Ingratitudo crudelis.

Joan. 13.

Luc. 22.

Mortis & amoris hora eadem in Christo. Joan. 14.

Cont. 4

A modò videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cali. Principi sacerdotum se Christus manifestavit Filium Dei. Quid ex hac manifestatione consequens fuit? Anne colere tantum Dominum, & in eo adorare divinitatem? *Tunc expuerunt in faciem ejus, & colaphis eum ceciderunt: alii autem palmas in faciem ejus dederunt.* Quomodo sic lacerant injuriis, ac dehonestant opprobriis illum, a quo audiunt esse Filium Dei? Apud se statuerunt non esse Deum, sed purum hominem, qui tot sustinebat pænas, & quò magis patientem viderunt, eò magis in illum se exhibuerunt inciviles, & crudeles. *Locuta est Maria, & Aaron contra Moysen.* Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines. Cur sacer textus commendat mansuetudinem & patientiam Moysis, quando narrat detractionem fratrum? Ut nobis significaret patientiam Moysis fuisse occasionem illius infectionis, adeo, ut qui magis patiens est, majorem infectionem sustineat.

631. Hæc gesserunt Scribæ, & Pharisei cum Christo: & quid Pontifices? quod nec ipse diabolus potuit audere. Nam diabolus tentavit Christum, ut eum agnosceret, Pontifices contempserunt & condemnarunt Christum, quia eum agnoverant. Probo agnovisse: quia Anas interrogavit de illius doctrina, ad criminandum, & doctrina ostendit Christum Filium Dei: ad hæc Judæi doctrinam Christi in templo & synagoga admirabantur. Igitur formare culpam de doctrina, seu probatione divinitatis, fuit agnoscere divinitatem, & exequi odium. At si doctrina probabat Christum Deum, cur eam non exposuit Christus Pontifici, sed provocavit ad testimonium suorum hostium? *Interro a eos qui audierunt.* Quia ingratitude fuit quæ interrogavit, & patientia, quæ responsum dedit. Interrogavit ingratitude: quia cum Christus populum suum quæsierit, ut salvaret, & institueret sana doctrina, & populus Hebræus se plus omnibus obstrictum vidisset, culpam de ipso beneficio formavit odium, ut evaderet crudelior ingratitude. *Multa bona opera (dicebat Christus) ostendi volis à Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?* Sic interrogare affirmare fuit: nam quærere ab illis opus, propter quod lapidabant, manifestè supposebat lapidari pro operibus. Quid? beneficia

Marc. 14. Patientia est occasio infectionis.

Num. 12.

Odium ex ingratitude.

Joan. 18.

Ingratitudo contra benefactorem crudeles.

Joan. 10.

neficia solvunt, & compensant lapidibus? Hæc est nota ingratorum conditio: culpant beneficia ut se gerant crudeles in benefactorem. Sic se gessit populus Hebræus erga Christum, culpando miracula, & infimulando doctrinam.

632. Dixi interrogationi ingratitude respondisse patientiam: quia Christus permisit testimonio hostium, justificationem veritatis: *Interroga eos.* Cum hostes Christi ejus miracula verterent in crimina, veritates in blasphemias, fati perspicuum manet, responsum illud prodiisse ex amore Christi patiente. Nam pro remedio hominum Christus mori debuerat: & in testimonio hostili mors redemptoris certa omnino manserat, nulla prorsus impediente, vel reclamante innocentia. Innocens erat Susanna, & plebatur capite testimonio duorum seniorum, in quibus amor in odium degeneraverat. Quid? capitali supplicio afficitur innocentia? Ita, quia ubi testificatur odium, necesse est damnari innocentiam. Cum verò tempore jam adventante, oporteret Christum damnari & mori, suæ innocentiae justificationem, odii testimonio permisit.

633. Vidimus quæ gessit Annas: sed quod Caiphas gessit, longè detestabilius fuit: nam damnavit veritatem tanquam blasphemiam, & reputavit Christum ut purum hominem, cum esset homo Deus. At si Christus noluit aperire Annæ suam doctrinam, cur Caiphæ interroganti se declarat Filium Dei? Interrogavit Pontifex: *Tu es Christus Filius Dei benedicti?* Respondit Dominus: *Ego sum.* Quia cum doctrina esset Patris, & hora moriendi pro hominibus esset sua, noluit exponere doctrinam, ne illam odium volens refellere obscuraret: se tamen manifestavit Filium Dei, *Ego sum* quia, cum ingratitude & invidiæ manibus occidendus foret, quò magis se Deum ac redemptorem beneficium declararet, eò citius illi Caiphas inferret necem, quam appetebat: nam ingratitude invida omnibus conatur spoliare illum, cui plus debet.

634. *Sustulerunt lapides Judæi, ut lapidarent eum.* Arripuerunt lapides, ut Christum occiderent. Idem deprehendunt mulierem in adulterio, quæ ob tantum probatum scelus juxta legem, debebat mori lapidata, & tamen nullus contra illam arripuit lapidem zelo legis

legis incensus. Unde hæc diversitas? In adulteram se exhibuerunt legis zelatores: in Christum invidos & ingratos: cum enim se Christus manifestaverit redemptorem, omnibus voluerunt spoliare propter beneficium redemptionis.

§. TERTIUS.

Pilatus sua malitia emulatur malitiam Judæorum.

634. Crudelis fuit malitia Pontificum, sed æquè crudelis Pilatus in damnando Christum; nam cum agnosceret invidiam Judæorum, & fateretur innocentiam Christi, eum tradidit hostili illorum voluntati, ut illi pro suo libito cruci affigerent: *Tradidit eum voluntati eorum.* Quæro tamen, cur fatetur Pilatus toties innocentiam Christi, si eum meditabatur condemnare? Ut sit evaderet injustitia crudelior, & mors illata majorem infligeret dolorem. Nam geminatus dolor est, judicem irrationalem habere, & odium tortorem experiri. In dubium venire potest, ex quam actione evasit Pilatus magis tyrannus, in condemnando innocentiam, quam fassus est, an condemnando illam se profiteri innocentem? *Innocens ego sum.* Actio prior à tyranno ambizioso egressa est: siquidem judicavit minus incommodum pati innocentiam, quàm exponere se periculo amittendi magistratum: posterior tamen actio longè fuit malitiosior, quia voluit videri innocens, quando se gerebat injustum. Actio fuit hæc adeo tyranna, & doloris inflictiva, ut posset adducere in discrimen ipsam patientiam, nisi patientia existeret in homine Deo. Quærebatur Christus hypocritas, quasi ab illis tentatus? *Quid me tentatis hypocrite?* Non sic fudit querimoniam, quando per Judæos lapidibus appetitus, vel quando flagellis, & alapis exceptus, vel quando in crucem actus. Vocavit tentationem patientiæ figmentum hypocrisis: quia hypocrita alter in se, alter erga alios est: & hoc ita videtur intolerabile, ut patientiam humanam periculo exponat, divinam tentet. Christus sic fortiter tentatus ideo ab omni procul exulat discrimine, quia Deus est. *Quid me tentatis?*

635. Ille crudelior qui magis fraudulentus, & simulatus. Po-

Fictio & simulatio valde crudelis. Jud. 4.

1. Reg. 21.

1. Reg. 22.

Fusilitia simulata peior odio manifesto.

stulavit Sisara ab Jahel uxore Aaber parum aquæ ad extinguendam sitim: illa officiosior attulit lac in potum, & operuit, ut latere posset. Ad quid tam multiplex urbanitatis & amoris significatio erga virum fugacem & victum? Ad quid? Ut majorem in illius corpus exerceret sævitiam. Ubi primum somno indulgere cœpit Sisara, trabali clavo Jahel illius caput transfixit. Hæc enim est fallacium conditio, & tentatio quæ in majores angustias redigit patientiam. Urgebatur Hebræus populus dura fame, & cum divinum oraculum consulisset, pro illius causa redditum fuit, occidisse Saulem Gabaonitas: *Quia occidit Gabaonitas.* Cur non sic indignatus fuit Deus contra Saulem ob necem tyrannicè & sacriligè illatam quinque supra octoginta sacerdotibus? Si non vindicat occisionem tot virorum, qui erant divino cultui addicti, quomodo sic animadvertit in Saulem, & universum ejus populum, propter necem Gabaonitis illatam? Rationem subdit sacer textus: *Voluit Saul prævertere eos zelo quasi pro filiis Israël & Juda.* Simulavit zelum, ut teget exercitiam crudelitatem: & hæc est crudelitas quæ plus urget ac tentat patientiam. Hypocritæ tentaverunt in Christo patientiam; & Pilatus innocentiam. Hypocritæ ex dissimulatione accusarunt falsò: Pilatus ex fictione voluit apparere innocens: & crudelior est minister qui injuste condemnat quam hostis qui falsò accusat: qui enim sic accusat, intentat nequitiam, qui sic condemnat, eam exequitur: & certè minor nequitia est offendere manifesto odio, quàm simulata justitia; nam offensa ex odio tribuitur passioni, offensa ex justitia etiam simulata vertitur supplicio: fuit Pilatus tyrannide malevolus & fictus, proindeque expressit Judæos crudelitate & malitia: siquidem se in ipsa injustitia voluit exhibere innocentem.

§. Q U A R T U S.

Nulla major tentatio patientie quàm falsitas.

Tentatio patientie qualis nam gravissima. Sap. 2.

636. Depurata & decocta est crudelitas Iudæ in venditione, Pilati in tyrannide, Iudæorum in tormentis ac injuriis, quibus omnes voluerunt tentare patientiam Christi: *Tentemus patientiam ejus.*

Ten-

Tentaverunt patientiam falsis testimoniis, injuriis ac tormentis. Inter omnes tentatio falsitatis gravissima ac sævissima est: siquidem ad torquendum honore spoliatur, & exercet odium contra innocentiam. *Falsitatis quàm gravis tentatio.* Opprobrium absque causa objectum plus est quàm tentatio patientiæ: nam sentitur injuria simul & irrationalitas. Tormenta, quæ vita & honore spoliatur, solus Christus novit patienter ferre: quia talis patientia erat in homine Deo. *A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit, delaturam civitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem: super mortem omnia gravia.* *Eccl. 2.6.* Non formidat mortem, sed accusationem civitatis, conjurationem populi, & falsum testimonium, quasi tria hæc morte ipsa sint plus formidabilia. Mors enim vita spoliatur, falsitas honore. *Usque quò affligitis animam meam (dicebat Job suis amicis) & attulitis me sermonibus?* *Job 19.* Sustinuit Iob fortunarum jacturam, & liberorum mortem, quin aliquem sensum doloris proferret, & tamen à dolore exhibendo non potuit temporare, audiens verba amicorum, qui eum falsò arguebant iniquitatis. Illi enim dicebant labores & dolores illos à Deo in suorum peccatorum supplicium inflictos. Plus igitur dolebat suam falsis testimoniis læsam innocentiam, quàm reliquorum omnium bonorum detrimentum. Tolerare nequeunt homines falsitatem, qua violatur honor: illam solus toleravit Christus, quia homo Deus.

637. Duo expendamus, scilicet ingratitude Iudæorum, & amorem Christi: videbimus in ingratitude populi crudelitatem hominum, & in amore Christi patientiam Dei. At quia Deus fuit sic patiens in beneficium hominum, fuere homines sic crudeles in Deum: nam ingrati ex ipsis beneficiis fabricant arma ad offendendum. *Sim autem volueritis interficere habitatores terræ qui manserint, erunt vobis quasi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus, & averfabuntur vobis.* *Rom. 33.* Notabilis monitio Dei facta per Moysen populo, contra habitatores terræ Chanaan: manebant obstricti ob singulare beneficium acceptæ vitæ, & Deus intimat populo eos futuros pro clavis, & lanceis acutis ad inferendam mortem illis, à quibus vitam acceperant? Ita: quia hominis ingrati ea pessima conditio & natura est, per ingratitude occidere illum, à quo vitam acceperat per amorem. Contra se fabricat enses, & acuit cuspides,

Crudelitas ex ingratitude. Patientia ex amore.

qui expendit beneficia in homines ingratos: lanceæ verò crudeliores sunt falsitates, quibus Judæi impugnarunt patientiam Christi. Nam inter omnes illa durissima tentatio est, qua impugnetur & interit innocentia.

S. QUINTUS.

Emulatio magna data fuit ingratitude hominum inter se, quisnam crudelior foret erga patientiam Christi.

638. Hactenus ingratitude crudelis pro parte hominum, ut responderet patientiæ amoris pro parte Christi. Superest rogare, quisnam fuerit crudelior erga Christum, quando ille mansuetior ac lenior erga homines, Judas ne vendendo, Pilatus condemnando, an Judæi occidendo? Pilatus læsit tanquam tyrannus & fictus; cum enim damnaret innocentiam, voluit se ostendere innocentem: *Lavit manus coram populo.* Et velle videri justum in injustitia est velle esse crudeliorem in tyrannide. At crudelitas Judæorum fuit longè major: cum enim Judæi Christo forent chariores, & fautores, illum occiderunt, & falsis testimoniis blasphemarunt: vulnera autem quæ manu ingrata infliguntur, sunt quæ magis fauciant, & usque ad cor & animam penetrant. De Josepho in vincula coniecto per suum dominum, cui tot annis fideliter servierat, ait sacra Pagina sensum compedum fuisse adeo durum & acerbum, ut ipsam etiam animam penetraverit: *Ferrum pertransiit animam ejus.* Simeon loquens de animabus Christi & ejus matris, dixit ferro penetrandas. Anima utpote spiritualis ferro corporeo impenetrabilis, & impassibilis est: cur igitur dicitur utranque Christi & matris animam ferro esse fauciadam: sicut dictum fuerat Josephi animam ferro confixam? quando vulnera descendunt ac diriguntur ab ingratitude, qualia fuere inflicta Josepho per dominum, cui fideliter obsecutus fuerat: qualia fuere illata Christo & matri, per populum, quem dilexerant, non sistunt in corpore, sed animam usque pervadunt. *Erue à framea Deus animam meam.* Postulat Christus per Davidem à Deo, ut eum liberet à vulnere lanceæ infligendo post mortem. Dignum animadversione est,

est, quòd sic sentiat vulnus post mortem infligendum cadaveri, qui vivus affixos manibus & pedibus clavos sustinuit, & duram crucis mortem absque ulla significatione doloris, tanquam agnus coram tondente se obmutescens. Cur videtur Dominus plus sentire ictus post mortem in cadavere excipiendos, quàm in corpore vivo actualiter exceptos? Quia cum per mortem perficeretur beneficium redemptionis, quo hominibus vita immortalis conferebatur, post tantum acceptum beneficium, inferre vulnera benefactori, actio erat summæ ingratitude, quæ proinde fauciat animam majori crudelitate.

639. Crudelitas tamen Iudæ major fuit: quia læsit patientiam prodicione, & amorem desperatione. Cum verò scelus venditionis reputetur offensa major, quæ in personam Christi committi potuit, ac desperatio (ut credo) crudelior erga amorem fuit: quia in venditione offendit tanquam cupidus: *Quid vultis mihi dare?* In desperatione tanquam diffusus: & amorem plus lædit diffidentia, quàm cupiditas: nam diffidere amanti est contemnere amorem, & ideo diffidens plus offendit, quàm cupidus. Signa diffidentiae sunt amoris motiva doloris. Non dolebat Petrus, imò gaudebat videns se laceffitum injuriis, & oneratum opprobriis propter amorem nominis Christi. *Ibant gaudentes, quoniam digni habiti sunt contumeliam pati pro nomine Jesu.* Et tamen gravi mærore affectus est, quando tertio rogatus à Christo, an plus aliis diligeret; quia incidit in suspicionem, diffideret ne Christus de illius amore: nam amantem nulla torquent opprobria, nulla tormenta quæ subeat pro amato, sola torquet diffidentia de amore. Hæc multum torquebat Petrum, sed plus Christum desperatio Judæ: nam desperare Iudam de venia sui sceleris fuit omnino diffidere de amore sui Domini. Omnes offenderunt Christum tanquam ingrati: at ingratitude Iudæ extitit crudelior, quia offendit prodicione & diffidentia Dominum ex amore morientem. Et nihil æquè, vel plus sentit amans quàm diffidentiam de suo amore.

640. Animadvertamus iterum tristitiam Petri. Interrogavit illum Christus ter, an diligeret? Et Apostolus tertio rogatus mærorem concepit: *Contristatus est.* Prædixerat illi Dominus infidelitatem per triplicem negationem: *Ter me negabis.* Et nullam

vultu afflictionis, vel tristitiæ præse tulit significationem. Cur Petrus non in hac, sed in illa opportunitate tristatur? Quia rogationes illas judicavit dubitationes, & diffidentias sui amoris, & plus sensit verti in dubium suum amorem, de eoque existere diffidentiam, quam audire certum prænuntium de triplici transgressione fidelitatis. Diffidentia est maxima amantis offensa: & cum amor Christi summus fuerit, eum ex ingratitude Judas diffidens summè offendit. *Tanquam ad latronem existis cum gladiis, & sustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam in templo docens, & non me tenuistis.* Non queritur Dominus de captura, sed queritur venientes ad capiendum manu armata. Et quodnam majus scelus erat in modo capiendi, scilicet per armatos satellites, quam in substantia capturæ? Modus ille secum ferebat, & indicabat diffidentiam amoris, quasi sine armis & violentia Dominus non se traderet: & non æquè sentit Dominus opprobrium capturæ, quam diffidentiam amoris: qui enim amanti diffidit, amoris excessus dehonestat. Cum verò amor Christi tantum excesserit in diligendo & ferendo, hominum ingratitude se magis crudelem exhibuit in patientiam: est enim cor ingratum eò magis tyrannus, quò plus obstringitur.

CAPUT V.

Dum se Christus pro ingratis deprime-
ret, amor manifestavit excessum.

§. PRIMUS.

Amor qui est in excessu novit deprimi, seu humiliari.

641. **A** Morem Christi vidimus sapientem, & patientem: modo videbimus humilem ac liberalem erga ingratos: quæ sunt attributa amoris Christi. Fuit patientia infinita, humilitas profunda: solus enim novit se deprimere qui novit amare. Prior amoris excessus, & magis cadens in patientiam, est subactio: prior deinde patientia est quæ ab humilitate proficiscitur. Depressit se Deus,

*Humilitas
patientis
prior affe-
ctus aman-
tis.*

Deus, cum fieret homo: se ad pedes peccatorum hominum provolvit, suis hostibus se comisit apprehendendum, ut cruci affixus, blasphematus, & despectus mortem subiret: & certè nec Deus se poterat magis deicere, nec humilitas profundior esse. Humilitas inter omnes maxima extitit in eo quòd Deus fieret homo, tum propter naturam, quam assumpsit, tum propter excessum, quo nos dilexit: nam se fecit mortalem, ut ex amore pro hominibus moreretur: *Exinanivit semetipsum.* Narrat sacer textus amorem, quo Jonathas dilexit Davidem, & illum exponit dicens animam Jonathæ fuisse unitam animæ Davidis: *Animæ Jonathæ conglutinata est animæ David.* Quanto plus excedit descentus Dei ad homines, ut homini uniretur! Nam distantia inter animas finita est, inter Deum & hominem, infinita: amor divinus conjunxit Deum & hominem in eodem supposito, quòd vinculum strictius est, quàm duarum animarum in uno corpore. Efficax fuit amor Jonathæ in conglutinando utranque illam animam: at nec Jonathas evasit fraudatus, nec David auctus honore. Nam Jonathas semper manebat filius Regis, & David spe certa succedendi Sauli in regno. In unione hypostatica longè major est diversitas: Deus enim mansit loco serui: *Formam serui accipiens.* Homo evasit Dominus: Deus descendit, homo ascendit: Deus ut foret homo, homo ut esset Deus: & in hoc longè ardentius Christi amor erga homines refluxit.

Ad Phil. 23

1. Reg. 18.

*Incarnatio
ex humili-
tate lauda-
tur.*

Ad Phil. 2:

642. Nulla actio inter omnes est, quæ magis commendat amorem, quàm ostentare excessus impendio depressionum. Laudibus exornat S. Pagina quidquid serviendo gessit Jacob ob suam pulchram Rachel: & non laudat obsequia Davidis gesta ob suam illustrem Michol. Longè majora fuere obsequia Davidis: nam Jacob pro sua Rechele nunquam exposuit vitam, & David sæpe pro sua Michol caput in manifesta discrimina adduxit, sive gigantes truncaret, sive Philistheos interimeret. Si igitur David plura & præclariora gessit, quàm Jacob, cur hic laudatur, ille tacetur? Ratio discriminis videtur in eo sita, quia David servivit propter Michol in rebus splendidis, & decoris, Jacob servivit ob Rachel in materia abjecta: David egit militem, imò tribunum militum Saulis, Jacob egit pastorem Labani: David suum probavit amorem actioni-

*Amor ex
humilitate
commen-
datur.*

actionibus honoratis, Jacob suum actionibus abjectis: & solum commendatur amor illius, qui pro re amata deprimitur. De Magdalena dixit Christus. *Dilexit multum.* Videbatur aptius dicendum, Depressit se multum: nam quidquid gefferat in domo Pharisei, actus depressionis, seu humilitatis fuere: ad pedes Christi retrò provoluta est; dum se conspectu Domini indignam iudicaverit: ipsos Domini pedes lacrymis rigavit, suisque absterfit capillis. Hæc omnia fuere potius signa humilitatis, quàm amoris: cur igitur Dominus commendavit amorem? Quia pro aliquo se nimium deprimere, & abjicere, est certius testimonium amoris plurimi, quasi eadem sit amoris & depressionis mensura. Deus se adeo depressit, ut assumpta humana carne verum sit affirmare. Deus est homo & sic diligendo adeo extulit hominem, ut verum sit dicere (homo est Deus) quia amor eò magis excedit, quò magis humiliter deprimitur.

§. SECUNDUS.

Amoris divini excessus est humilitas.

Humilitas divini amoris excessus. 643. Divinus amor pro innata conditione, seu individua comite sortitur humilitatem, ita ut quò plus excedit, eò plus descendat: *Apparuerunt dispertite lingue tanquam ignis.* Si amor ignis est, & congenita ignis propensio est ascendere, quomodò in Apostolos absque ulla violentia delabitur? Hic est amoris excessus, ut cum natura sublimis sit, & alta petat, ita feratur ac propendeat in res amatas, ut ipsis etiam abjectissimis se per descensum attemperet. Exigit à Christo diabolus in deserto ut genuflectat pronus ad ipsius pedes, *si cadens adoraveris me.* Et Dominus verbis generosis tantam superbiam aspernatur. *Vade satana.* In cænaculo tamen sponte provolvitur ad pedes diaboli, seu Iudæ, in cujus cor jam diabolus fuerat illapsus: *Cum jam diabolus misisset in cor.* Quid? in cænaculo se projicit Christus ad pedes dæmonis, quam depressionem indignatus recusat in solitudine? Ita: quia in solitudine triumphavit valor, in cænaculo amor: & quod valor dedignatur, amor amplectitur, Super caput Dei vidit Isajas Seraphinos: *Sera-*

Seraphim stabant super illum. Super capita Cherubinorum vidit David in cælo volantem Deum: *Ascendit super Cherubim, & volavit.* Si hoc loco tam altè ascendit, cur in illo tam profundè descendit? Si hîc pedibus suis terit Cherubinos, cur illic Seraphinorum pedibus subjacet? Loquitur David de mysterio Ascensionis, & Isaias de mysterio Incarnationis: Ascensio fuit opus potestatis, incarnatio opus amoris: *Quod enim in ea natum est* (dixit Angelus de B. Virgine) *de Spiritu S. est.* Unde si Deum potestas super Cherubinos sublimavit, amor infra Seraphinos depressit.

644. Adeo per amorem Deus inclinatus fuit, ut se ad peccatorum pedes factus servus provolverit: *Formam servi accipiens.* Si Angelus Apocalypseos non permisit quòd Joannes ante illum genuflecteret, arbitratus tantum obsequium deberi soli Deo, cur Deus ipse propter homines, genuflectit ante Judam proditorem? Quia hac ipsa depressione manifestavit amorem: taliter se gessit Deus erga homines, qualiter se gerunt Angeli erga Deum: & quidem solus divinus amor potuit Deum tantum deprimere, & homines tantum sublimare.

645. Genua sua Christus ante peccatores flexit, & Michol contempsit Davidem, eò quòd, cum Rex esset Israël, psalleret ante arcam Testamenti? *Despexit eum in corde suo.* Quod in Davide fuit reverentia erga Deum, in Christo fuit amor erga homines: & excessus æquè magnus ac est distantia inter Deum & hominem. Fuit excessus maximus amoris Christi, quàm Dei, quia cum esset Deus se projecit ad pedes hominum: fuit maximus excessus Christi, quàm hominis, quia cum esset homo, se provolvit ad pedes suorum hostium, ut eos à sceleribus ablueret. Fuit excessus amoris infinitè sapientis, quia sic amando nos docuit humilitatem: *Ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.*

646. Dominus est Christus, & totius orbis Dominus, ex quo nos secundum rationem statui consonam ante illum flectere genua debuimus, utpote servi, & non ille ante nos, utpote Dominus: At ratio status altera est, altera ratio amoris. Nam ratio status postulat magnitudinem, ratio amoris compellit ad depressionem. Tres libros concinnavit Salomon; in duobus prioribus, quorum

alter fuit Proverbiorum, alter Ecclesiastes, se Regem magnificè inscripsit: in tertio, qui fuit Canticorum, silentio titulum illum magnificum involvit. Cur igitur Sapiens Regium titulum, quem libris duobus illis præfixit, in tertio suppressit? Quia in prioribus ratio status, in ultimo ratio amoris prævaluit; nam in prioribus loquebatur cum Vassallis, apud quos multum authoritatis conciliat titulus Regis, quasi forent libri Regis dantis consilia subditis: in tertio loquebatur cum sponsa sancta, quam unicè diligebat, proindeque magnifico Regis titulo non erat locus: quia nunquam benè cohæserunt majestas & amor; secus humilitas & amor: quicunque enim magis excedit alium amando, magis excedit se deprimendo. In mundi exordio detinebatur Verbum creando, quod denotat magnitudinem, interim Spiritus S. *Crebatur super aquas.* Quod denotat humilitatem: cum enim Spiritus Sanctus essentialiter sit amor, in depressionibus amor insignis est. *Vox de cælo audita est: Hic est Filius meus dilectus. Vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam.* Quid? Pater loquitur de cælo, & Spiritus S. descendit in terram? Ita: quia patri adscribitur potestas, Spiritui Sancto amor: & sicut ad potestatem magnitudo, ita ad amorem pertinet humilitas.

Gen. 1.

Matth. 3.

Humilitatis Christi excessus.

2. Reg. 6.

647. Adhuc supersunt duo animadvertenda, nempe excessus humilitatis, & causa, ob quam se Christus abjecit, ut melius innotescat illius amor. Fuit excessus humilitatis profundissimus, quatenus Filius Dei jacet ad pedes vilissimorum peccatorum, magister genuflectens ante discipulos, sedet diabolus tanquam in throno sublimatus in corde Judæ. Præcipiebat Deus arcam testamenti, eò quòd esset figura Christi, venerari tanto cultu, ut Oza capite plecteretur ob audaciam tangendi illam manibus. *Mortuus est ibi juxta arcam Dei.* Quomodo igitur Christus figuratus in illa arca genuflectit ante pedes Judæ?

Ut animadvertamus causam, videbatur supervacuum excessus, cum probè noverit Christus, illo non obstante, se à Juda vendendum, à Petro negandum, & à reliquis discipulis deferendum. At cum excessus talis fuerit, Christi operatio longè plus exaggeratur ex causa, ob quam Dominus ipse lavit, quàm ex lotionem: siquidem in actione lavandi functus est opere, in causa lavandi perdit

dit motivum. Christus abjectus, diabolus antelatus! Christus factus servus ante pedes Judæ, diabolus factus dominus in illius corde! Deus plorans, diabolus triumphans! In solitudine dixit Christus diabolo: *Vade Satana; scriptum est enim; Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Cur igitur permittit Christus quòd in lotionem videatur diabolus dominus, evadatque victor, & effusæ infiniti valoris lacrymæ perdantur? Ad pedes Judæ, & reliquorum discipulorum se Christus abjecit, & misericordia motus est, ut confunderet diabolum, doceret hominem, & suum commendaret amorem. Confudit diabolum, sic intelligentem, quòd Filius Dei ita diligebat unam animam, ut se provolverit ad pedes Judæ, ut ab ejus corde diabolum expulerit: & quòd solum cor à diabolo possessum ignorabat Christum. Docuit hominem tam inæstimabilis præti animam esse, ut Deus ipse se deprimeret ad salvandum peccatorem, & Deum non sentire exponere proprium honorem, & perdere excessus, quando amittebat unam animam: quia non alius quàm suus erat dolor, vel sensus animæ.

Animarum amor in Christo.

648. Commendavit suum amorem in lotionem illa pedum, quia ut amor ascenderet per excessum, debuit per humilitatem descendere: nam amor quò humilior, eò sublimior est. Non amisit Christus lacrymas ad pedes Judæ, quia illis suum amorem testatus est, simulque vehementissimè sentire perditionem animæ, quasi margaritæ suo infiniti valoris sanguine emptæ. Verùm depressiones Christi captum omnem, & cogitatum humanum excedunt. *Gentibus autem stultitiam.* Quia quòd stultum est Dei, sapientius est hominibus. Si prædico (inquit Apostolus) Deum fulgentem gloria, vel majestate sublimem, faciliè homines accommodant aures ad credendum: quia judicant omnem magnitudinem rectè quadrare in immensum esse Dei: si autem prædico Deum humilem, & cruci affixum, reputant insaniam: *Gentibus autem stultitiam.* Nam humilitas in Deo homine sapientia est quæ excedit omnem creatam mentem: & ex hoc faciliè deprehenditur humilitatem esse magis propriam Dei hominis, quàm majestatem: nam Deus majestate gloriosus humana sapientia capitur: Deus humilitate depressus excedit omnem captum & limites totius creatæ sapientiæ.

Amor Christi ascendens.

Humilitas Christi excedit humanam mentem. 2. Cor. 1.

Amor Fu-
de in Chri-
sto.
Matth. 4.

649. At si Christus irridet diabolum in solitudine promittentem sibi universi orbis ditionem, si cadens ad pedes ipsius provolvatur: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Cur postea genuflectit ante Judam, in cujus corde dominator insidebat diabolus evafurus victor? Ratio disparitatis solum erui potest ex amore Christi litigantis, seu contendentis cum diabolo circa obtinendum cor Judæ. In hac opportunitate Christi amor egit magistrum exemplo, ut nos agamus discipulos imitatione. Certè (quantum assequi possum) plus operatus est ad possidendam unam animam, & unum cor, quàm gessit pro universo mundo. Nam exposuit potentiam suam dedecori, cum sciret se non obtenturum Judam in contentione: secus erga universum mundum, à quo prævidebat Principem diabolum ejiciendum. Semper igitur commendatur amor quando deprimitur humilitate, ut ascendat excessu: nam quò magis humilise est, eò magis excedit.

§. TERTIUS.

Recusatio Petri in lavacro fuit ignorantia: & objurgatio Christi fuit documentum.

Petri ignorantia in recusatione lavacri.
Joan. 13.

650. Emphatica fuit recusatio, qua Petrus Christum lavare pedes volentem retardavit: *Dominus tu mihi?* Et mystica fuit reprehensio qua Christus sugillavit Petrum recusantem: *Tu nescis modo.* Petrus videtur recusasse sapienter, ut pote probè noscens Christum, quem antea Filium Dei vivi confessus fuerat, & tunc se peccatorem indignum fatebatur: quo non obstante, Dominus illum ignorantia coarguit, eique supplicium minatur æternum: *Non habebis partem mecum.* Interrogat Christus discipulos, quid sentiant de ipsius persona? Ante omnes, quasi suo & illorum nomine respondet Petrus: *Tu es Christus filius Dei vivi.* Pro tali confessione se illi gratum præstans Dominus spondet cælestes claves, & suæ Ecclesiæ principatum: *Beatus es Simon Barjona.* Provolut se Christus ad pedes Petri, ut eos lavet, & Petrus ex supernaturali cognitione tantæ personæ demiratus tantam humilitatem recusat,

Humilitas Christi fuit Petro admirationi.
Matth. 16.

&

& à Christo appellatur nescius, facta comminatione mortis æternæ? Quænam culpa fuit Petri demirantis Filium Dei ad suos pedes prostratum? Ex prima confessione, meretur Petrus claves cælestes, & ex secunda, cui adjecit admirationem: *Dominus tu mihi lavas pedes!* objurgatur? Majus videtur fuisse meritum, quòd Petrus Christum fateretur Dei Filium illa recusatione & admiratione, quando vidit tantam majestatem depressam, quàm post interrogationem à Christo factam tanquam Magistro: nam priori opportunitate se Christus gessit Dominum, posteriori, servum.

652. Dignus fuit Petrus reprehensione illa, imò cognitio ipsa, quam recusatione exhibuit, culpam auxit: nam si Petrus noverrat Christum Filium Dei, & illi adventasse horam amoris, venit hora ejus, non debuit aspernari depressionem Christi ad suos pedes provoluti: nam præcipuus excessus amoris est humilitas. Tantum sustinet, quantum excedit: & quantum excedit, tantum deprimitur: amorem firmat patientia, sublimat humilitas. Præcipit discipulis Christus, ut supra humeros accipiant jugum legis suæ: per jugum, utpote duorum conjunctionem, intelligitur amor, præsertim, quia lex Evangelica, lex amoris est: & statim se Apostolis exemplar humilitatis proponit: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Ut intelligerent, se tunc ad amandum fore doctos, quando humiliari didicissent: non enim poterant esse efficaces in amando, si non essent humiles in amore. Sociantur charitas & humilitas, ita ut semper qui magis ardenter dilexit, se magis humiliter depresserit. Igitur Christi humilitas fuit amor, Petri reprehensio fuit documentum.

Amor Christi humilitas.
Joan. 15.

Matth. 16.

653. Amor Christi humilitas fuit: quia Christus reputavit majorem excessum servire, quàm redimere: & hoc non debuerat Petrus ignorare, quando recusavit lavacrum. *Si non laveris te, non habebis partem mecum.* Minatur Christus Petro æternam damnationem, seu à summo bono separationem, si lavacro non consentiat. Olim cum Petrus ductus falso Christi amore, ei mortem dissuaderet, appellatus fuit à Christo diabolus, quasi illius munus gereret, dum hominum redemptionem impediret. Non fuit tam grave supplicium, atque est id quod modò denunciat. Forte quia erat secundus lapsus Petri: & erroris per consuetudinem

Humilitas quantum fit à Christo.
Joan. 13.

commissi difficilis est correctio. Verùm judico evenisse, quia pluris facit Christus servire, quàm redimere: unde majus Petro impendit supplicium volenti impedire Christum servientem, quàm Christum redimentem: *Non habebis partem mecum.* Propter duo venit Christus in mundum, alterum, ut nos redimeret: *Misit Deus filium suum, ut salvetur mundus per ipsum.* Alterum, ut nobis serviret: *Non veni ministrari, sed ministrare.* Redemptio fuit ex præscripto Patris: *Misit Deus Filium suum,* ministratio fuit ex electione voluntatis propriæ: *veni ministrare.* Notandum est igitur quòd Christus redimens impendit nobis partem, juxta illud Apostoli: *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea.* Quanvis enim passio Christi fuerit superabundans, & infiniti valoris, tamen ut in genere satisfactionis infinitæ habeat in nobis efficaciam, oportet, ut unusquisque illi cooperetur, & suam portet crucem. Impendens verò nobis partem passionis & redemptionis, non vocat nos in partem servitutis, sed universum abjectæ servitutis ministerium sibi reservat: quia amor in Christo eò plus excedit, quòd Christus plus serviendo se abjicit.

654. Reprehensio Petri, illius documentum fuit, quo Christus monuit ipsum aspernatum fuisse humilitatem, quia ignorabat amorem. Qui enim nescit amorem, ignorans est: *Tu nescis.* Ex opposito magister est, qui novit amare: *Vos vocatis me Magister, & Domine, & benè dicitis, sum etenim.* In gymnasio enim amoris universa sapientia comparatur. Est amor quædam flamma ardens, quæ tantum accendit affectum, quantum illuminat discursum. Vocat Balthazar Daniele, ut interpretetur mysterium characterum, in quibus latebat cùlparum supplicium. Assignat rationem vocandi: *Audivi de te quoniam Spiritum Deorum habeas.* Putabam vocandum à Rege, eo quòd esset insignis sapientia, utpote educatus in scholis Babylonicis, ut sic facilè exponeret difficiles characteres, & tamen dicitur vocari quasi habens in se Spiritum Dei? Ita: nam spiritus Danielis erat Spiritus Dei, & spiritus Dei est amor, ac proinde sapiens, qui poterat reconditissima mysteria aperire. Amor divinus infundit sapientiam, & plus assequitur amor suis affectibus, quàm judicium suis discursibus.

655. Utrunque possumus ex S. Pagina eruere. Hortatur Propheta

pheta homines ut Deum suavissimum prius degustent, deinde intueantur: *Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus.* Videbatur commutandos esse terminos: nam res prius cognoscuntur, quàm gustentur. Non ita: supponit David correspondentiam, quæ datur inter sensus corporis, & potentias animæ, ita ut oculi respondeant menti, gustus voluntati: quo supposito, docere conatur, in Philosophia humana sapientiam amore priorem esse: non enim amatur, nisi quod prius cognoscitur: in Philosophia cælesti amorem esse priorem sapientia, atque adeo ut homo multum assequatur de Deo, ab amore capere debet exordium: nam quicumque Deum verè diligit, omnia quæ Dei sunt, ab ipso intelliget: nam Dei amor plus assequitur suis affectibus, quàm judicium suis discursibus. Ter interrogavit Christus Petrum de amore, quando eum in pastorem suæ ecclesiæ cooptavit: *Simon Joannis diligis me.* Hæc triplex interrogatio fuit ad reparandam triplicem negationem: si ergo per illas tres interrogationes, & quasi examen amoris reparandæ erant negationes Petri, consequens est quòd tales negationes fuerint defectus amoris, & quòd idem fuerit Petrum negare Christum, atque illum non amare. Ponderemus modò terminos propositionis, qua Petrus negavit Christum: *Non novi hominem.* Defecit Petrus in amore, defecit ergo in cognitione: ignorat qui non amat: solus plus sapit qui plus amat: nam amor plus assequitur affectibus, quàm judicium discursibus.

§. QUARTUS.

Major excessus amoris non consistit in sublimando amatum, sed in deprimendo amantem.

656. Excessit amor Christi sapientia, & affectibus: sapientia, siquidem increata sapientia Patris erat: affectibus, quia se usque ad pedes hominum abjecit factus servus, ut serviret hominibus factis dominis: & hic fuit summus excessus amoris. Firmetur hæc animadversio Rege ipso Sapiente. Suum Salomon addixit, diciturque amorem famina monticolæ, eamque cum faceret reginam,

Com. 4. ginam, se ipsum fecit pastorem: *Indica mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie.* Quo eventu significavit majorem esse amorem quo deprimatur amans, quam quo sublimatur amatus: nam qui extollit & honorat amatum, nihil in se minuit, nihil sibi detrahit: at qui se deprimat, ut amatum extollat, se minuens, ac sibi detrahens facit excessum inter omnes summum: alium honorare fit sine impendio honorantis, propria abjectio non stat sine magno detrimento se abjicientis: ille igitur magis amat qui magis impendiosè operatur. Se Christum depressisse ad pedes hominum, fuit Christum minui, & homines crescere: Christus se minuit, ibi ponens suum caput, ubi pedes hominum erant: homines creverunt habentes suis pedibus subjacentem Christum. Fuit in Christo major excessus, quam in Salomone, non solum ex majori excellentia personæ, sed etiam quia se Christus abjecit factus servus ad pedes ingratorum hominum, à quibus negandus & vendendus erat.

Christus lavans pedes quantum amavit. 657. Lavare hujusmodi pedes fuit excessus in Christo adeo magnus, ut dici possit major, quam se tradere hostibus, ut pro illis necem oppeteret probris & conviciis cruci affixus. Nam excessus eò major est, quo magis abest ab emolumento. In cruce habuit Christus titulum Regis: *Rex Judæorum.* Ad pedes hominum habuit titulum servi: *Formam servi accipiens.* In cruce satisfecit amori redemptione hominum, in lotionem pedum mansit offensus amor obtinatione Judæ: in cruce triumphavit amor de peccato & diabolo: ad pedes Judæ triumphavit diabolus in peccato & corde discipuli. Erat cor Christi subactum amori, quin obliteret cor Judæ obduratum, ac veluti lapidescens obstinatione: & quòd nec deserbeat amor, nec vires deponat circa renitentem obstinatum, proh magnus excessus amoris! Tunc agnovit & fassus est Thomas Christum Dominum ac Deum, quando vidit, quòd Dominus offerebat illi apertum latus, & subactum cor, nil impediens obstinatione, qua per octo dies obduruerat. Tunc enim plus excessit credendo, quam accesserat dubitando. Dubitavit de Christi resurrectione, & credidit illius divinitatem: *Dominus meus & Deus meus.* Tunc enim manifestè agnovit Thomas, talem excessum, quòd Magister subactus se traderet discipulo obstinato, esse

Amor circa obstinatum excessivus.

Joan. 20.

super

super hominem, ita ut solum posset cadere in hominem, qui simul foret Deus: *Et Deus meus.*

658. Subactum est tandem cor Thomæ subactioni, seu depressioni servatoris: sed cor Judæ obstinatum perseveravit. *O cordis feritas ultra omnem beluinam feritatem! Non adamas valore, sed duritia! Durum ac beluinum fuit cor Saulis, siquidem eò devenit, ut effunderet sanguinem sacerdotalem.* At ubi vidit cor ram se prostratum Davidem, benignè ut filium tractavit, *Fili mi David* quia nullum cor ita durum, ac ferreum est, quòd teneritudine ac humilitate non emollescat. Cor tamen Judæ, salvatoris mansuetudine & humilitate durius & crudelius mansit. Quia denique cor erat omnium ingratorum ingratißimum, proindeque ex subactione & humilitate Christi amoris deprompsit motiva contemptus: namque ut vidit humilem, despexit: & certè amor Christi in summum prorupit excessum, dum se pro ingratissimo depremeret: cum ille amor plus excedat, qui se plus deprimat.

Judæ obstinatio duris: firma.

1. Reg. 22.

1. Reg. 24.

CAPUT VI.

Excessibus amoris humilis in Christo

correspondit ingratitude hominum despectibus.

§. PRIMUS.

Contemnunt Pharisei Christum, eo quòd quæreret, & admitteret peccatores.

659. **H**umilitas amoris Christi fuit profunda, quatenus ille se veluti exhaustit pro reparatione hominum. Exhaustit se, natura, quam assumpsit, patientia, qua sustinuit, & morte quam perpeffus est: *Cum iniquis reputatus est.* Non poterat amor esse humilior, nec Deus plus humiliari: nam Deus pro hominibus homo factus est, ante pedes peccatorum se provolvit, & pro illis inter duos latrones mortem crucis oppetiit.

Humilitas Christi profunda.

Isai. 53.

Christus Judæis contemptus

quia humilis.

660. Verùm si Christi humilitas fuit profunda, hominum despectus

Ccc

despectus

spectus illi correspondens, fuit absque termino immensus: siquidem homines illum despexerunt ex eadem causa, ob quam magni facere debuerant. Quid? ex eo quòd Christus se pro hominibus depressit, ab hominibus contemnitur? Parumper divagemur per actiones amoris humilis in Christo, & videbimus despectus correspondentes ex ingratitude hominum. Quarit Christus peccatores, ut eis salutem impendat, & Pharisei contemunt Christum, eo quòd videant cum peccatoribus versatum. Nonne sciebant Pharisei Messiam, quem expectabant, venturum tanquam Doctorem & medicum, ut suo familiari sermone doceret, ac fanaret peccatores? Sic vaticinatus est Isaias: *Ut mederer contritis corde, & predicarem captivis indulgentiam, & clausis apertionem.* Sic etiam id illis Christus intimavit. *Non est opus valentibus medico, sed male habentibus. Non veni vocare justos, sed peccatores.* Cur igitur aspernantur excessum, & pro illo Christum despiciunt? *Cum publicanis manducat.* Quia cum essent ingrati, fundarunt contemptum in eodem amoris excessu, in quo fundare debuerant æstimationem. Fuit Christus ab hominibus despectus, quia homines quæsivit humilis: nam excessus erga ingratos, depressiones erga hostes, recipiunt pro solutione odium, & pro retributione contemptum. At in hoc summè excessit Christus, quòd pro nostro remedio ita se deprimeret, ut ingrata correspondentia nec ejus humilitatem, nec amorem refrigerans imminueret.

661. Si primus contemptus ingratitude contra amorem humilem nitebatur in eo, quòd Christus quæreret peccatores, ut illis opem ferret, secundus contemptus ortum habuit in eo quòd mitissimus Dominus admitteret benignè peccatores quærentes remedium, & veniam suorum scelerum. Provolvit se Magdalena ad pedes Domini, in domo Simonis leprosi, ut ploret suas culpas, & earum obtineat indulgentiam: quid tunc Phariseus? Factum aspernatur, secum detrahit Christo adeò humili, ut permittat se tangi à fæmina peccatrice: *Hic si esset Propheta sciret utique qua, & qualis est mulier, qua tangit eum, quia peccatrix est.* Cum Dominus, ut peccatoribus opitularetur, se ad eorum pedes provolverit. Unde igitur ortum habuere contemptus Pharisei, & humilitas Christi? Ex ingratitude, & ex amore: Phariseus tanquam

Luc. 5.

Isai. 61.

Matth. 9.

Contemptus ingratitude erga Christum.

Luc. 7.

Ingratitudo despiciit.

tanquam ingratus despexit Christum, ut vidit humilem ad medendum peccatoribus. Christus tanquam amans fuit adeo humilis, ut se abjiceret ad eorum pedes: sic inflammans amorem in humilitate, ut humilitatem excoqueret in despectu.

§. SECUNDUS.

Propter excessum, quo se Christus in sacramento occultans dedit alimentum hominibus, fuit ab illis contemptui habitus.

662. Magna ingratitude hominum fuit despiciere Christum peccatores quærentem pro medela illis adhibenda: sed adhuc majorem videbimus. In solitudine aluit Dominus prodigiosè turbas, & post editum miraculum dixit se panem vivum esse è cælo delapsum pro æterna hominum salute: *Ego sum panis vivus qui de cælo descendi: qui manducat hunc panem vivit in æternum.* Quid tunc homines, talem amoris excessum audientes? Murmurarunt, & despexerunt Christum: *Nonne hic est Iesus filius Joseph, cujus nos novimus patrem & matrem.* Cur Christum despexerunt? propter descensum è cælo, quem fassus fuerat. *Descendi de cælo.* Descensus, seu humilitas erga ingratos, accipit pro retributione contemptum. Nonne viderant turbæ miraculum, quando Dominus quinque panibus & duobus piscibus pavit tot millia in deserto? Nonne pro illo agnoverunt ut Messiam, & voluerunt acclamare Regem? Cur igitur apud illos majorem obtinuit vim humilitas ut despiceretur, quàm miraculum ut acclamaretur? Acclamatio executioni mandata non fuit, sed despectus, & hic perpetuatus. Erant enim ingrati, & ingratitude obliviscitur miraculum, ne gratetur, & recordatur humilitatem, ut contemnat. Dixit Christus: *Descendi de cælo:* & Judæi: *Non est hic Iesus filius Joseph.* Denegarunt illi divinitatem, propter humilitatem, qua homo factus est: nam depressiones exhibitæ in beneficium ingratorum, solo contemptu solvuntur.

663. Despexerunt homines Christum, ob profundam sui amoris humilitatem, cum ex humilitate debuerint illum Deum agnoscere & fateri: nam quicumque mundi vanitates plus despicit,

Miraculo erga ingratos contemnitur.

Humilitas Deo accedit

plus Deo accedit, eique assimilatur. Patrem putativum elegit Christus non Regem, sed fabrum, non Cæsarem, sed Josephum, ut intelligerent homines Deum in terram à cælo venire, ut magnitudines & vanitates mundanas despiceret, proindeque mundum vanum ac tumidum solida humilitate repararet: præterea apud Deum magnitudinem non in dignitate munerum, sed in virtute subditorum consistere: quendam Josephum justum coram Deo esse magnum monarcham, & adeo magnum, ut Deus ipse in patrem suum putativum delegerit. Ad hæc, si Deus in suum patrem putativum elegisset Regem, aut Imperatorem, augetur procul dubio Judæorum cæcitas. Tunc enim omnipotentiam divinam adscriberent magnitudini humanæ: & certè nulla major divinitatis in Christo probatio esse potuit, quàm humilitas ab ipso electa: nam vivens humilis operabatur prodigiosus, & omnipotentia cum humilitate in solo Deo homine reperitur. Illam ignorarunt Hebræi, quia in Christo operabatur amor, in illis ingratitude: excessus verò humilitatis solvit ingratitude despectibus.

Eucharistia amor excessivus

664. Prodigious excessus fuit Deum fieri hominem, mirabilis genuflectere ante peccatores, & incomprehensibilis mori patibulum inter duos latrones: at super omnem excessum fuit impendi Deum hominibus in Eucharistia sub speciebus sacramentalibus latentem. Ibi enim Christus suam veluti depreffit divinitatem, ut faceret hominem instar Dei, utpote Deo ipso nutritum. Quid igitur pro retributione tanti excessus egerunt homines? Muneratores sui ipsius Christum despexerunt. Manifestat se Christus turbis, & declarans se panem vivum, addit, panem, quem erat impensurus pro vita obtinenda & reparanda, esse suum corpus: *Caro mea est pro mundi vita.* Audito Christo Judæi, non solum hæfere dubii de excessu, sed etiam contempserunt personam, & reputarunt falsum & impossibile assertum: *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?*

Joan. 6.

Christus panis hominum.

psal. 110.

665. Quæro, nonne prædixere sacri vates Messiam futurum esse suorum fidelium panem? Sic prædixit David: *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus, escam dedit timen- tibus se.* Sic etiam prædixit Malachias: *Ab ortu solis usque ad oc-*

casum

casum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Nonne prophetici sermonis intelligentia apud Judæos fuit? Cur igitur aspernantur Christum pollicentem id quod sacri vates prædixerant? Cur suorum prophetarum vaticinia contemnunt absque ulla reverentia prophetiarum? Quia cum in Eucharistico mysterio contineretur summus excessus humilitatis Christi pro beneficio hominum: & cum homines forent æquè ingrati ac superbi, ignoravit ingratitude magnitudinem beneficii, & contempsit superbia humilitatem amoris.

666. Hunc excessum denunciarunt prophetæ, Christus exposuit, ratio persuasit. Si enim fuit expediens quòd Deus fieret homo, & moreretur pro hominibus, consonum etiam fuit, quòd Redemptor instituerit vitale ac in vita sua sacrificium, quo Deum homines honorarent: idque nobilius, perfectius, & pretiosius sacrificio animantium, quòd Deo offerebant tempore legis: & hoc, ex triplici ratione. Prima. Quia illud instituebat Christus Unigenitus filius Dei sacrificatus in patibulo crucis pro salute hominum. Secunda. Quia apud Deum nullius æstimationis est brutorum animantium effusus sanguis, sed sola voluntas obediens, sancta, & pura. Tertia. Quia cum mundus scateret sceleribus, & nullus in eo foret, qui Deo posset æquè placere ac Unigenitus ipsius Dei, consequens omni rationi consentaneum fuit quòd solus ille immolatus potuerit esse sacrificium Deo magis gratum, nobisque magis salutiferum: nempe pro salute hominum oblatum semel in cruce, & repetitum pluriès in Sacramento. Cur igitur ignorant Judæi prophetias, nesciunt rationem, obliviscuntur miracula ante ipsorum conspectum quotidie edita, ut despiciant Christum ob excessum, quem ab illo audierant? *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Quia contemptus ille non habuit ortum ex ignorantia iudicii, sed ex malitia ingratitude. Ut enim denegaret excessum, respondit beneficio scandalis: *Quomodo potest, & benefactori despectibus: Nonne hic est Jesus filius Joseph.*

Malac. i.

Eucharistia quam fuerit conveniens.

Ignorantia ex malitia ingratitude. Joan. 6.

667. Verùm quòd Judæi despicerent Christum propter excessum amoris, quo se manducandum sacramentaliter hominibus obtulerat, non maximam injicit admirationem: erant enim Judæi ho-

Invidia contemnit.

Ioan. 6.

stes invidi, & invidus quò plus invidet, plus despicit: excedit ramentum omnem admirationem, quòd familiares & majoribus beneficiis aucti, ipsi nempe discipuli Christum etiam despicerent, audientes excessum: *Durus est hic sermo, & qui potest eum audire.* Post hæc verterunt terga ex contemptu, suumque deseruerunt præceptorem: *Ex hoc multi discipulorum abierunt retro.* Notabilis actio horum hominum! contemnere benefactorem, quando debuerant gratificari pro beneficio! Ascendit adeo Christi amor, ut Christus descendat ad illos, seque faciens epulum constituat manducandum in illorum manibus, & vertunt terga, ac deserunt? At, quid gereret humana ingratitude, nisi ignorare beneficium, & contemnere benefactorem?

Eucharistia amoris & humilitatis excessus.

668. Mysterium, in quo Christus excessum amoris pariter & humilitatis præbuit, fuit supremum Eucharistiæ Sacramentum: excessum amoris, quia Eucharistia totius infiniti amoris compendium fuit: excessum humilitatis, quia repræsentatio crucis fuit, & institutum, quando lotio pedum Christum rerum dominum, peccatorum servum exhibuit. Sic enim voluit Dominus hominibus significare in hoc Sacramento conjungi amorem & humilitatem, scilicet excessum amoris cum humilitate amantis.

Quid igitur gereret hominum ingratitude quando audivit Dominum tantum hoc beneficium & sacramentum promittentem? *Abierunt retro.* Despexit amorem ingratitude, quasi per humilitatem offensa. Ea enim est humana ingratitude ut capiat scandalum ab excessu amoris: contemnat & abominetur quod summe diligere & æstimare debuerat. Est tamen amor Christi ita efficax & ardens, ut etiam ab hominibus contemptus non deserat humilitatem, ut impleat excessum.

§. TERTIUS.

Humilitatis excessus in Christo respondit excessus ingratitude.

In majori excessu humilitatis excessit ingratitude hominum, ut despiceret Christum humilem.

669. Exhibuit se Christus tam excedentem humilitate pro remedio hominum, ut se sponte traderet hominibus, ab iisdem lacerandum

randum conviciis, & affigendum cruci inter duos latrones: *Quem queritis: Ego sum.* Homines è contra se exhibuerunt adeo excedentes ingratitude, ut Christum quòd ardentius eo humilius diligentem contemnerent, & probrosa morte afficerent. Judas eum vendidit adeo vili pretio, ut illud hostium voluntati commiserit: *Quid vultis mihi dare?* Habens ad suos pedes Christum, suum cor tradidit diabolo: nec potuit excogitari major humilitas, nec major contemptus: at thronus diaboli est cor ingratum, sicut thronus amoris est humilitas Christi. Pilatus eum despexit injustitia: siquidem plures fecit voluntatem Judæorum, quàm innocentiam Christi: *Tradidit eum voluntati eorum.* Et fuit Pilatus tyrannus, quia vidit Christum humilem: cum in humilitate innocenti exaturetur humana crudelitas. Petrus despexit toties, quoties negavit: quia cum vidisset humilem inter hostes, negavit quasi nullius nominis hominem: *Non novi hominem.* Non minus despexerunt reliqui discipuli deserentes, cum vidissent humiliter traditum Judæis: *Relinquentes eum omnes fugerunt.* Denique tot fuere à Judæis illatae injuriæ, quot contemptus: cum enim eas Judæorum inferret odium, & Christi amor ferret, quò plus humilitas augebatur, eò plus contemptus multiplicabantur: nam ingratus multiplicato contemptu solet diffiteri obligationem.

670. In beneficio creationis voluit homo tanquam ingratus assimilari Deo: & in beneficio redemptionis despexit homo Deum, eò quòd Deus ita se deprimeret, ut fieret homo. Quomodo igitur in redemptione exhibuit homo majorem ingratitude, & Deus majorem excessum amoris? Quia redemptio fuit inter omnia beneficium maximum: & Deus in eo conferendo maximè offensus: est autem ingenita genuini amoris proprietas, quòd magis excedat, quando magis offenditur. Querulus Sanfon de Dalila propter quandam infidelitatem in ipsum commissam, ut concepto dolori satisfaceret, se ab illius conspectu proripuit: *Iratusque nimis ascendit in domum patris sui.* Verùm cum amor nihil magis ægrè ferat quàm absentiam, paucis interjectis diebus, reversus est Sanfon, ut illam inviseret, & muneribus cumularet: *Venit invisere volens uxorem suam, & attulit hædum de capris.* Notabilis deliberatio! Heri tam hostiliter durus contra Dalilam, hodie tam amicaliter blandus

Ingratitudo de major in redemptione.

Amor excedit quando lesus.

Jud. 15: Jud. 15.

blandus erga eandem? Heri tam graviter offensus fœminæ infidelitate, hodie tam benè animatus in illam amicitiaë significationibus? Amabat Sanson oculitùs Dalilam, & ut se verum probaret amantem, quæsit illam tanquam offensam, ut blanditiis alliceret. Nam amor tantum ascendit per ardorem, quantum descendit per contemptum. In creatione ostendit Deus suam potentiam, in redemptione suum amorem: ideo in redemptione amor magis excessit, quando magis læsus fuit, tunc humilitate profundus, & liberalitate immensus. Quid verò ingratitudo hominum? Tunc humilitati correspondit despectus, liberalitati odium. Cor enim ingratum semper odio appetit majora debita obtegere.

CAPUT VII.

Dum Christi amor erga ingratos foret profusus, magis excessit.

§. PRIMUS.

Liberalitas est benevolentiaë probatio.

Amor liberalis. 671. **A**tributis omnibus se exhibuit Christi amor sapientem, liberalitate tamen immensum: nullus enim efficax & ardens amor est, qui se non jactet liberalem. Æternus Pater expeditionem beneficiorum Spiritui Sancto peculiariter detulit: ut enim à Deo largiter effluerent beneficia, oportuit ut per Spiritum Sanctum utpote essentialiter amorem expedirentur. Omnia donat quicumque verè amat: nihil enim sibi reservat qui suum impendit amorem. De Martha narravit Euangelista quòd exceperit hospitio Salvatorem domi suæ: *Excepit illum in domum suam.* Quid? domus illa non etiam Mariæ domus erat? Ita: verùm cum Maria multum dilexisset, eo puncto quo cæpit diligere, desiit possidere.

Beneficia ex amore.

Luc. 10.

Donatio ex amore.

672. Amare & dare sunt synonyma: nam quicumque amat, dare appetit: & solus qui cuncta dedit, amare novit. Venit Jacob obviam Racheli, & ubi eam vidit (inguit S. Pagina) vocem simul & lacry-

& lacrymas effudit: *Et elevata voce flevit.* Quid? edidit ploratum, quando exhibere debuit lætitiã? quòd si ex lætitiã eliciuntur lacrymæ, cur eas ex lætitiã non elicit Rachel, ut quæ in oculis Jacob sunt lacrymæ, in oculis Rachelis appareant margaritæ? Fertur plorasse Jacob videns se destitutum auro & argento, quæ posset impendere Racheli: at cur non ploravit antea destitutus viatico ad iter agendum, sed in meta itineris videns Rachelem, & non inveniens quid offeret? Quia dedecerent Jacobum Principem lacrymæ defluentes ex defectu viatici ad vivendum, cum valde dæceant Jacobum amantem ex defectu rerum ad largiendum. Erat Rachel objectum amoris: cum igitur Jacob se consideraret adeo inopem, ut non posset conjungere excessus amoris cum demonstrationibus liberalitatis, in tales angustias reductus lacrymas emit. Nam liberalem esse, manifestior benevolentiaë probatio est, ita ut dare & amare in idem fere recidant.

Lacrymæ ex amore.

673 Sacrificium quoddam peregit Elcana sacerdos, & cum vellet distribuere inter Phenenam & Annam uxores suas, dedit unicuique partem, quæ illi pro rata obtigerat: & notat facer textus non sine mærore dedisse partem Annæ, eo quòd illam diligeret: *Annæ autem dedit partem unam tristis, quia Annam diligebat.* Quid? tristatur amans qui donat, eo quòd amet? Putabam contrarium accidisse Elcanæ: amanti enim materia ingens lætitiæ est donare. At disertus fuit in Elcana mæror ille: valde diligebat Annam, cui proinde impendere solam partem, præcipuus dolor fuit: omnia enim appetit dare qui valde diligit: amantis largitatem definire est illius dolores multiplicare.

Amor dat sine termino.

1 Reg. 1.

Largitas amantis sine limite.

674 Doluit Elcana tanquam legitimus amator, quòd non omnia Annæ impenderit: & Deus tanquam inter omnes amantes summus omnia nobis largitur. *Dabis ei partem gloriæ tuæ.* Injunxit Deus Moyfi, ut partem sui spiritus, quem gloriã illius vocat, communicaret Josue. Elisæus postulabat totum, imò duplicatum spiritum Eliæ. *Fiat in me spiritus tuus duplex.* Si Moyfes impendit partem Spiritus sui Josue, quomodò totus spiritus Eliæ discipulo Elisæo impendendus est? Moyfes daturus spiritum Josue, erat homo, proindeque donum ab eo profectum certo limite definitum: spiritus Eliæ conferendus erat Elisæo, divina manu, & ideo

Munera Dei quàm larga.

Num. 27.

Spiritus donatur.

4 Reg. 2.

largiter, ac sine ulla determinatione: Moyses dat partem, Deus totum: quia cum Deus amet sine limite, totum sine limite largitur.

Euch. sive largitas.

675 Fuit amor Christi erga homines adeo liberalis, ut postquam largitus est omnia, adhuc excogitaverit quod largiretur, ne à largitione cessare posset. Et hic excessus adeo magnus est, ut in solam Dei potentiam cadat. Eucharistiæ sacramentum à Christi largitate emanavit. Se Christus largitur in hostia & calice: cum verò se totum impendat in hostia, iterum se impendit in calice: excessivus enim amor non contentus largitione omnium, ne à donando quiescat, modum repetitionis excogitat, ut semper donet. Postulavit Esau à parente suo Isaac benedictionem, cui domus illius majoratus adstrictus erat, cum verò Jacob eam dolo benedictionem jam à parente obtinuisse, respondit Isaac nullam amplius habere, quam impenderet: *Frumento & vino stabilivi eum: post hæc ultra quid faciam tibi fili mi?* Post hæc levavit in cælum manus suas, & vocem, & non inferiorem benedictionem largitus est: *In rore cæli, & in pinguedine terræ desuper erit benedictio tua.* Si patriarcha dixerat filio nullam sibi jam superesse benedictionem, quam impertiret, quomodò tam uberem impartendam adhuc invenit? Diligebat Isaac Esau, inquit Sacer textus: *Isaac amabat Esau*, & amor adeo ingeniosus est, ut etiam inops & omnino rerum exhaustus inveniat quod expendat. Unicam habebat Isaac benedictionem jam expensam, & amor sapiens adhuc expendendum invenit: nam verus amor postquam omnia donavit, adhuc donanda excogitat.

Amor Christi liberalis erga ingratos.

676. Cur tamen Christus dans omnia, repetit donum, si quò magis in homines expenditur, eo plus ab hominibus offenditur? Quia excessus amoris consistit in benefaciendo largiter illi qui solum offendere meditatus est. Semper mihi dignum animadversione fuit tempus, quo Spiritus S. sub ignis, & linguarum specie in Apostolos decidit. Nam S. Lucas memorat delapsum hora tertia. Cur potius hac, quàm qualibet alia diei hora? Cum reliqui Evangelistæ narrent Christum obiisse hora sexta, S. Marcus scribit crucifixum hora tertia: *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Omnes ad scopum veritatis collimarunt: nam Judæi hora

Act. 2.

Marc. 14.

hora tertia à Pilato petierunt & impetrarunt Christi mortem. Descendit igitur in terram Spiritus S. notionalis Dei amor, ut sua munera largiter effundat, ac in homines destribuat, eo tempore quo homines ipsi Deo interitum moliti fuerant: quia ad mensuram offensarum Christi amor excubat, ut homines donis ac beneficiis locupletet. Rubum divini amoris flamma corripuit: *Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Conjecit Deus oculos in lapidem: *Super lapidem unum septem oculi sunt.* Quid invenit Deus in lapide, quid invenit in rubo, ut suorum oculorum beneficentiam lapidi, suorum splendorum rubo impenderet pulchritudinem? Is est Deus erga homines ingratos, ita eos diligit, ut neque illorum duritia, neque aspera & incivilis correspondentia potuerit amoris excessum retrudare.

Ingratitudo ad amorem Dei. Exod. 4. Jud. 9. Beneficentia Dei erga malos.

§. SECUNDUS.

Solus novit amare qui novit dare: & qui cor dedit, omnia dedit.

677 Duabus ex causis amor liberalis esse debet: altera, quia efficax & ardens esse nequit, quin operetur: siquidem ex solis operibus illius, vis & efficacia dignoscitur: altera, quia nil tantum amorem prodit ac manifestat, quantum largitas: siquidem amor quò efficacior, eò liberalior est. Cum hoc posterius satis liqueat, prius firmare & elucidare oportet. Cherubinus vocatus fuit ab Ezechiele Lucifer, astrum scilicet illud matutinum, quod cum ortu fere junxit occasum: *Tu Cherub extensus.* Sentiunt communiter Doctores Luciferum fuisse Seraphinum: cur igitur ab Ezechiele non appellatur Seraphinus? Quia Lucifer ortus ad nil tantum anhelavit quantum ad quietem: *Sedebo in monte testamenti.* Seraphinus idem est atque flamma ardens, seu ardens amor, & qui appetit quiescere, verus amor non est: ille solus verus amor est qui ita operatur, ut nesciat omnino quietem.

Ezech. 16. Amor non est oriosus.

Isai. 14.

678. Exprobrans Christus Phariseo obsequia quæ illius domi à Magdalena acceperat, adjecit: *Non cessavit osculari pedes meos.* Cur non notavit perennitatem illam operationis in lacrymis ubertim profusis, & in unguentis largiter effusis ad pedes Domini?

Operatio continua amoris. Luc. 7.

In lacrymis profusis exhibuit Magdalena resipiscentiam, in unguentis effulis liberalitatem, at in osculando pedes, excessum amoris, & quando amor excedit, peculiarem suam operationem non intermittit. Resipiscentiæ datur cessatio, liberalitatis terminus: amor verò in suis actionibus nescit intermissionem, nescit quietem.

Largitas
manifestat
amorem.
Ad Rom. 9

Joan. 1.

Amor solus
probat
qui patet
aspectui.

Luc. 2.

Luc. 11.

Christi li-
beralitas
erga homi-
nes.
Job. 6. 7.

Verbum di-
vinum cor
Dai.

Cum verò amor ab operando non cesset, per nullam magis proditur, quàm per operationem largiendi: & certè munifici amoris excessum solus aspectus testatur. De verbo aeterno ait Apostolus factum fuisse hominem secundum carnem. Eodem modo loquitur Evangelista: *Verbum caro factum est.* Si anima, seu spiritus fuit præcipua humanitatis pars, quam Verbum assumpsit, sibi que univit, cur non dicitur Verbum potius factum Spiritus, quàm factum caro? Est inter carnem & spiritum hoc discrimen, quòd sub humanum aspectum sola caro, & non spiritus cadere potest: cum verò incarnatio verbi foret excessus amoris, ab Apostolo & Evangelista dicitur verbum fieri caro, quia sola hæc oculis potest usurpari: nam in materia amoris non referuntur excessus, quos oculi non assequuntur. Etiam crassitudo & rusticitas pastorum hanc veritatem testata est: dicebant olim. *Transcamus usque ad Bethleem, & videamus hoc Verbum.* Si verbum est, quomodo conspici potest? Verba sunt objectum aurium, non oculorum, ut Christus docuit: *Beati qui audiunt verbum Dei.* Voluerunt pastores significare excessum verbi divini nati in terris propter hominum amorem, & hic non esset cognitus, nisi esset visus. In materia fidei solum creditur quod non videtur: in materia amoris solum quod videtur, creditur: in fide obscuritas est potior mysteriorum probatio, in amore evidentia est optimum testimonium excessuum: & certè major evidentia amoris est largiri effusè: nam solus qui novit dare, novit amare.

679 Fuit Christus Servator noster erga homines adeo effusus, ut etiam suum cor hominibus largiretur: donatione autem cordis nulla alia sapientior, & largior esse potest. *Quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum.* Domine Deus (ajebat patientissimus Job) quid est homo, qui sic extollitur à te, ut à te cor tuum accipiat. Verbum divinum (si loquamur humano modo, & sacrae Scripturae phrasi) est cor Dei: nam sicut cor residet in

in pectore hominis, ita verbum divinum in sinu Patris: *Unigenitus qui est in sinu Patris.* Modò animadvertamus loquendi modum Job: *Apponis erga eum cor tuum.* Ponere in aliquo cor suum, non est magis usitatus & ordinarius modus loquendi amantis: usitator est, aliquem in corde suo ferre, seu portare. Cur igitur ait Job Deum ponere in homine cor suum, quando ad exaggerandum illius amorem, videbatur aptius dixisse Deum ferre hominem in corde suo? Notabilis, ac mysticalocutio! Major vis amoris probatur in Deo, quando dicitur Deum ponere in homine cor suum, quàm si diceretur Deum ferre hominem in corde suo. Ratio est, quia ponere cor suum in homine est tradere cor suum homini: ferre autem hominem in corde suo, est veluti accipere, capiendi possessionem hominis ex affectu: & manifestè patet majorem nobis amorem exhibere, ac testari, qui nobis cor suum præbet, quàm qui nos in corde suo accipit. Hic tamen modus amandi tantum excedit, ut soli Deo reservatus in ipsum solum cadere possit.

Joan. 1.

Cor suum
præbet qui
verè amat.

Filius Dei
datus ho-
minibus.

Joan. 1.
Liberalitas
donantis
qui credit
se accipere.

Cant. 3.

680. Dedit Deus cor suum, quando Unigenitum filium suum dedit: & quibus dedit? hominibus ingratis. Non poterat ultra progredi largitas Christi erga homines, ut cum tanta dedisset, ita se gerere, ac si putasset se hominibus non dare, sed ab illis accipere: tunc enim in summo gradu existit liberalitas, quando quis credit se recipere, quando donat. *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Non refert Evangelista beneficia quæ Deus hominibus contulerat, sed hospitium, quo Deum homines exceperant. Voluit exaggerare largitatem divinam, quasi Deus ita se gerat imensa donans, ac si putet se accipere. Hortatur Spiritus S. puellas Sion, ut videant Regem Salomonem redimitum corona, qua illum mater sua tempore festivæ desponsationis ornaverat. *Egreddimini filia Sion, videte Regem vestrum Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua.* Salomon ibi in figura exprimit Christum Servatorem, mater sua est B. virgo rerum omnium imperatrix ac domina: corona est humanitas, quam verbum accepit tempore Incarnationis. Sicut verbum accepit humanitatem, ita dedit divinitatem: cur igitur fit mentio humanitatis acceptæ, & non divinitatis datæ? Quia in Incarnatione exercuit Deus magnitudinem suæ liberalitatis, & qui summe liberalis est, ut Deus, ita se gerit

dando, ac si putaret solum accepisse. *In diademate.* Corona est, quam Reges pluris faciunt, & ideo super caput ponunt. Est igitur corona Verbi humanitas, quam propterea Verbum æstimat plurimi, quia illam à nobis accepit, ut Christus esset liberalis erga homines: & liberalem esse erga ingratos summus amoris excessus est.

CAPUT VIII.

Maxima amoris Christi erga ingratos liberalitas fuit, se dare Eucharistiæ Sacramento obductum.

§. PRIMUS.

Non potuit plus excedere amoris liberalitas, quàm in largiendo honoris discrimine.

Liberalitas Christi in Eucharistia. 681. **M**ysterium, quo se Christus exhibuit amore & liberalitate magis excedentem, fuit Sacramentum Eucharistiæ: nam in reliquis mysteriis se dedit ut satiffaceret: in hoc Sacramento, ut amaret: in reliquis satiffecit voluntati Patris, ut homines redimeret: in hoc satiffecit voluntati amoris, ut cum hominibus maneret. Reliqua mysteria fuere media, ut homo accederet ad Deum: hoc Sacramentum fuit finis & consummatio omnium mediorum, ut homo cum Deo mutuam assequeretur ac possideret conjunctionem: *In me manet, & ego in illo.* Fuit summa liberalitatis actio: quia se Christus se ipsum donavit, adducto in discrimen honore: & largiri exponendo honorem periculo, est magnus excessus liberalitatis. Nullum majus amoris robur, nulla major liberalitatis excellentia, quàm sic amare, & sic donare, ut amanti & donantis autoritas imminui possit. Hæc omnia subivit Christus in Eucharistia discrimina, se donando hominibus in epulum: Nam se exposuit, ut putarent homines Deum non esse, quem manducabant.

Honor Christi periculo expositus.

682. Postquam Deus supplicio universalis inundationis terram obruit,

obruit, potestatem fecit Noe, & ejus liberis, ut alerentur quibuscunque animantibus antea vetitis: *Omne quod movetur, & vivit, erit nobis in cibum.* Si diluvium fuit supplicium illatum hominibus, ut compesceret appetitus, ac præcipuè gulæ ingluviem frænaret, cur permittit Deus libertatem & licentiam edendi voluptuosius, quando videbatur necessarium præceptum abstinentiæ? Prævidit Deus homines decursu temporum brutis animantibus divinum cultum impensuros, atque adeo ut tantam interciperet & comprimeret idololatriam, permisit esum illorum, quasi maneret perspicua insania adorare edulium tanquam Deum. Hac censura Romanus Orator carpsit tales idololatrias: *Ecquem tam amentem esse putas, qui illud, quod vescatur, Deum credat esse.* Notabilis excessus amoris Christi, suam hominibus carnem dare in esum, quin vereretur stultorum ac infidelium opinionem, qua in illius dedecus negare illi poterant divinitatem. Honores divinos Israelitæ impendunt vitulo, cum hic sit brutis animantibus tardior, sed ille, quem brutalis tardat amor, & excæcat affectus, ipsos etiam defectus reputat excellentias. Incensus Moyses zelo confestim abominabilem vitulum redegit in pulverem, quem aqua dilutum dedit Israelitis potandum: *Sparsit in aquam, & dedit ex eis potum filiis Israel.* Diserta actio, ita comminuere idolum, ut ne vestigium quidem vitæ superesset: at potandum dare ipsismet adoratoribus, videtur idolum potiùs suum illis intinmare, quàm destruere. Non ita: fuit satis efficax Moysis industria, ut Hebræi contemnerent idolum, eique denegarent adorationem, & cultum. Voluit Moyses petatione illa omnem prorsus abolere idololatriam, sic perspicuè ostendens rem potabilem omni cultu & adoratione indignam esse. Et Christus ex amore suam in Eucharistia auctoritatem contemptui exposuit, se dans hominibus in potum & esum: quia in immenso munere liberalitatis, amor illius sine mensura excessit.

Esus animalium permissus. Gen. 9.

Adoratio epularum insana. Cic. de nat. Deor.

Vitulus adoratus.

Exod. 32.

Idolum datur potandum.

§. SECUNDUS.

In sacramento Eucharistia nobis donavit Christus sapientiam, & similitudinem.

683. Non poterat amor Christi largiùs in nos effundi, quam una

unà cum sapientia suam nobis impendendo similitudinem. Neque enim Christus plus hominibus dare, neque homines tantum erga Deum mereri poterant. *Exiit sanguis & aqua.* Sanguis est in sacramento: aqua sapientiae symbolum est: *Aqua sapientiae salutaris potavit illos.* Quodnam mysterium est sapientiam cum sacramento conjungi? In hoc consistit mysterium, quod Eucharistia sit fons sapientiae: *Sapientia edificavit sibi domum, & proposuit mensam.* Quid? excitat gymnasium, quando erigit mensam: *Proposuit mensam?* Convocat ignorantes, quibus loquatur: *In sapientibus locuta est?* discumbendo, & manducando ad mensam addiscitur? Ita: quia est mensa Eucharistiae, quam Rex sapiens appellavit panem intellectus: *Cibabit illum pane vitae & intellectus.* Est panis Eucharisticus panis mentis, quia illo refecti homines mentis compotes fiunt. Inveniet in illo voluntas saporem, sed mens invenit sapientiam: voluntati valde sapidus est, sed cum illo mens valde sapit. Ad caput dormientis Eliæ posuit Angelus à caelo allatum panem: *Et ecce ad caput ejus subcinericius panis.* Cur ad caput, & non potius ad os, utpote manducandum? Quia panis Eucharisticus, cujus ille figura erat, non paratur ad alimentum corporis, sed ad illuminationem mentis. Vidit Ezechiel Deum mystico investum curru, quem trahebant quatuor animalia, scilicet vitulus, leo, aquila, & homo. Dignum est animadversione, quod cum postea repeteret propheta visionem, ait vitulum conversum esse in cherubinum: *Facies una faciès Cherubim.* Et ad tollendum dubium, esset ne idem, an diversum animal, quod antea viderat, disertis verbis asserit esse idem: *Ipsum est animal quod videram juxta fluvium Chobar.* Mirabilis transformatio! Perdidit modò cornuum acumen, qui acuta gerebat cornua? Multa in hoc mysteria explorant ingenia: videamus an detegere possimus aliquod novum. Prior visio fuit juxta fluvium, hæc posterior in templo, ubi vitulus est symbolum sacerdotii, per quod Deus nobis proximè communicatur in sacrificio altaris. Mirum igitur non est quod vitulus transformetur in Cherubinum, atque adeo ex animali rudi & crasso transeat in spiritum antonomasticè scientem atque intelligentem, qualis Cherubinus est intra templum serviens altari, & proximè Deum participans in Sacramento Eucharistico.

684. Cum

684. Cum Christus in Eucharistia nobis impendat sapientiam, etiam nobis suam similitudinem largitur: & esse hominem Deo similem, est major excellentia hominis, & major largitas Dei. Ingressu arcae (sacrarii, ubi religiosè servabatur manna) in castra Israelitarum, ingressus metus invasit Philistheos: *Timuerunt Philisthei dicentes: quis nos subvabit de manu Deorum istorum sublimium,* Terrore perturbati videntur delirare. Causa timoris fuerat unus adveniens Deus: *Venit Deus in castra.* Cur modò illis apparent multi Dii? *De manu Deorum sublimium.* Quomodò à principio unicus Deus: in plures multiplicatur? Ingens novitas meo iudicio. Quando Deus ingreditur castra Israelitarum, fatentur Philisthei unum Deum, utpote re ipsa talem: quando verò considerant Deum Israelitarum hospitio exceptum, Deum veluti in plures multiplicatum aspiciunt. Tam proprium est Dei in sacramento Eucharistiae communicare multiplicem sui similitudinem recipientibus, ut satis fuerit manna illius figura, dum in arca custoditur, & ab Israelitis recipitur, ut omnes veluti Dii apparerent.

685. *Dedit eis signum dicens: quemcumque osculatus fuero, ipse est.* Si Christus Hebræis omnibus notissimus erat, tum propter miracula quæ edebat, tum propter doctrinam, quam inculcabat, & multa alia, quæ impendebat bona, cur in horto opus fuit signo, ut innotesceret? Dicam pro meo captu. Christus assistebat in horto inter discipulos, quibus paulo antea suppeditaverat Eucharistiam in canaculo: propterea evaserant discipuli Christo adeo similes, ut opus foret signo, ne æquivocarentur aspectus. Tam similes Deo redduntur homines, quando se illis Deus epulandum præbet, ut cum sint diversi personis, appareant veluti iidem divinitate. Expediam me unica interrogatione. Quando caput Deus esse, & dici homo? Per incarnationem, quando tunc homo caput esse in Deo. Quæro ulterius, quando poterit dici homo Deus? Respondeo, quòd quando Deus fuerit in homine: nam si Deus est homo, quando homo est in Deo, consequens est, ut homo sit Deus, quando Deus fuerit in homine: cum verò per Eucharistiam Deus sit in homine: *Et ego in eo.* Per eam dici poterit suo modo hominem esse Deum. Incarnationi debemus Deum ita deprimi, ut ad assumendam nostram humanitatem descenderit:

E e e

Euca-

Largitas
Christi in
Eucharis-
tia.
Joan. 19.
Ecol. 15.
Eucharis-
tia dat sa-
pientiam.
Prov. 9.

Ecol. 15.

Panis ad
caput Eliæ
quid?
3 Reg. 18.
Intellectus
illuminatio
per Eucharis-
tiam.
Ezech. 1.

Ezech. 10.

Sacerdotii
symbolum
vitulus.

Euchari-
stia dat
similitudi-
nem Dei.

1 Reg. 4.

Similitudo
Dei ex sa-
cramento
altaris.

Christo nos
similimos
reddit Eu-
charistia.
Matt. 26.

Joan. 6.

Eucharistiæ debemus, hominem ita extolli, ut euectus ad ipsum Deum ascenderit. In mysterio incarnationis evasit Deus homo per unionem personalem, in mysterio Eucharistiæ evasit homo quasi alter Deus per unionem Sacramentalem. Proh magna Christi amoris largitas! Sic nobis Christus dedit similitudinem Dei, quæ est major excellentia hominis. Fuit amor immensè liberalis, quia fuit immensè excedens.

§. TERTIA.

Sacramentum Eucharistiæ fuit maximum donum, & excessus.

686. Tria sunt quæ donum majoris æstimationis reddunt, scilicet pretium rei donatæ, voluntas qua donatur, & finis propter quem impenditur: his tribus Sacramentum Eucharistiæ reliqua excessit beneficia. Excessit pretio, quia in reliquis mysteriis nobis donavit Christus humanitatem, at in Eucharistiâ humanitatem pariter & divinitatem. Excessit affectu, quia se dedit hominibus ea opportunitate & tempore, quo se homines ingratos exhibuerunt: *In qua nocte tradebatur.* Excessit fine, quia per Eucharistiâ voluit se intimare hominibus, vel ita se illis intimum reddere, ut mirabili quadam, & reciproca unione Christus & homines idem forent. *In me manet, & ego in illo.*

687. Fuit donum summum, quia plus dedit Christus in Sacramento, quàm in cruce. In cruce dedit ex obedientia, in Sacramento dedit ex amore: in cruce veluti compulsus: *Factus obediens usque ad mortem.* In Eucharistiâ flagrans amore: & plus donat qui dat tanquam amans quàm qui dat tanquam obediens. Effudit Magdalena ad pedes Christi vas unguenti pretiosi, & Dominus hanc largitatem ita extulit, ut famam illius famæ Euangelii æquaverit: *Ubi cunque predicatum fuerit hoc Euangelium, dicetur & quod hoc fecit in memoriam ejus.* Scimus hominem quendam suum dedisse cænaculum, ut Christus cum discipulis celebraret Pascha, & non legimus simili præmio donatum, laude ve sublatum fuisse. Quænam ratio discriminis, cur Magdalena propter effusum oleum ita celebretur, & homo ille propter suam impensam domum ad tantum Sa-

tum Sacramentum instituendum non applaudatur? Magdalena dedit sponte ex effuso ac liberali amore, homo ille dedit veluti compulsus ex injuncto præcepto: *Magister dicit, tempus meum prope est, apud te facio Pascha.* Alterum donum fuit ex amore, alterum ex obedientia, & semper plus arrident, ac pluris fiunt dona amoris.

688. Fuit Eucharistiâ maximum donum, & maximus excessus: maximum donum, quia in hoc Sacramento se Christus totum & integrum dedit: maximus excessus, quia magnitudo excessus non tam consistit in dando, quàm in modo dandi: dare & statim abesse, non est valde magnus amor: dare, & manere est inter omnes excessus maximus. Jacob sustinuit fraudem Labani, & iterum, quin abiret, servivit in eadem domo septem annis, ne abesset Racheli. Quia si absens diligeret, certè amando pateretur, sed non excederet: excessus igitur consistit in patiendi simul & manendo. Nam amare & abire, excessus non est, sed remedium excessus, quamvis sit amor: nam legitimus excessus est continuare amorem non dividendo præsentias. Qui abest, præfert causam absentiæ, vel talem absentiam amori, & non è contra amorem absentiam, & amor qui non præfertur, non excedit. Quando focer Sansonis vidit eum è domo abeuntem, filiam suam alteri viro tradidit, & quando Sanson reversus est, ei pro causa assignavit absentiam, quasi ex discessu odisset. *Putavi quod odisses eam, & ideo tradidi illam amico tuo.* Ex data absentia subintulit dari odium, quia verus amor absentiam non patitur.

689. At si amor Christi tot subivit, ac sustinuit tormenta, ut proderet, ac probaret excessum, cur non passus fuit absentiam, quæ amanti tormentum summum est? Voluit Christus pati mortem pro hominibus: cur igitur pati noluit absentiam, quæ morte ipsa durior & acerbior est? In morte est hoc malum, quod dividat amantes, sed est hoc bonum, quod secum afferat doloris remedium: nam post mortem sentiri nequeunt desideria ex discessu: siquidem finita vita tollitur occasio dolendi. At absentia continet malum mortis, quod est dividere, & non habet bonum mortis, quod est privare sensu doloris: nam adhuc super est vita, ut continuetur dolor, quem acerbissimum discessus parit. Idcirco com-

Sap. 2. paratur amor morti & inferno: *Fortis est ut mors dilectio: dura sicut infernus emulatio.* Quia in inferno datur pati, & non mori: qui autem amat, quandiu durat absentia, semper patiendo vivit.

Absentia est mors amantis. Joan. 8.
 690. Dixit Phariseis Christus se ab illis discedere, & Pharisei subintulerunt velle Christum sibi mortem consciscere: *Nunquid interficiet semet ipsum.* Judicarunt Christo sic amanti idem esse discedere atque mori: siquidem non stat minoris absentia quam morte. Denunciavit Christus mortem violentam Petro, seu martyrium, rogavit tunc Petrus quid Joanni dilecto eventurum? Respondit Dominus forte se velle, ut sic vivens maneret. Si Christus Petro martyrium prædicit, & Joannes martyr futurus est, ex ipsius Christi oraculo, *Calicem meum bibetis*, ubi est martyrium Joannis? In absentia Christi: uterque futurus erat martyr, Petrus moriendo, Joannes vivendo: & certè majus martyrium est dolor absentia, quam mortis. In cruce obiit Christus absque alia violentia quam inclinatione capitis: *Inclinato capite emisit spiritum*: In horto tamen discessum à discipulis ita acerbè tulit, ac si per vim avelleretur: *Arvulus est ab eis*, & in lethalem incidit agone: *Factus in agonia* Si igitur tantum doluit de brevi discessu quid esset de longa absentia? procul dubio foret mors violenta, & martyrium prorogatum. Quæro tamen, si Christus voluit perferre omnia tormenta propter homines, cur noluit ferre durum tormentum absentia?

Amoris mors est absentia.
 691. Maximus amoris excessus est perseverare in absentia. Nullus fere amor est, qui rei amatae præsentia destitutus non expiret: cum enim vivat, nutriaturque ex correspondentia, ut duret, re amata non distante opus est. Igitur amorem vivere in absentia, est summa strenuitas, de qua amor jactari posset. *Adjuro vos filie Hierusalem si inveneritis dilectum, ut nuncietis ei, quia amore langueo.* Nonne foret fatiùs viam arripere, & dilectum quærere, ut sic posset laborem itineris inter obsequia referre? Nullum esse poterat majus obsequium, & majus ardentis amoris indicium, quam in absentia fervare amorem. Cur igitur noluit Christus hunc operari excessum, ut in absentia sustineret pœnas amoris?

Absentia dicit Christi amor.
 692. Propterea Christi amor odit absentiam, quia illius industria collocata fuit in eo, quod moreretur, ut nos illo frueremur. Nullus amor excessivè magnus est, nisi amans moriatur: item nullus

lus amor verus est, nisi vivat præsens, ut amante fruatur amatus. Instituit Christus Eucharisticum Sacramentum inter umbras mortis, & veritates vitæ, ut sic nec deesset felicitati nostræ, ut eo frueremur, nec suo honori moriendi. Habuit honorem mortis, & fruitionem vitæ, ita ut mors sua foret, nostra fruitio. *Vidit Joannes in Apocalypsi Agnum stantem tanquam occisum.* Hic agnus accipiebat librum de manu sedentis in throno: *Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum.* Si agnus mortuus est, quomodo obit actiones viventis, quomodo se vividum ostendat stando & gradiendo? Multum distat inter mortem & vitam agni: cum verò repræsentetur Sacramento obvolutus per amorem, necesse est quòd mors & vita conjungantur, ut nempe excessu mortis satisfaciat amori, & præsentia vitæ satisfaciat amato. Ad quodnam remedium est annactere vitam morti? Quia dum ille moritur, habet excessus honorem, dum ille vivit, habemus nos felicitatem: scilicet illi habet mori pro nobis, nos habemus frui illo. Non potest amor ultra progredi, quia moritur: non cessat ab amando, quia vivit: amoris dedecus foret, non mori: infelicitas nostra foret, non durare: non igitur in totum discedit, ut semper perseveret beneficium.

693. Morte sua Christus remedium nobis, Sacramento remedium adhibuit absentia: quia Christo tormentum non erat pro hominibus mori, erat tamen plusquam tormentum absentem ab hominibus abesse. *Ut transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Si Christus prius agonem mortis subivit quam transisset ad Patrem, ut potiretur cælesti gaudio, cur Evangelista faciens mentionem de discessu, mortem præterit silentio? Quia nobis voluit significare Christo fuisse molestius, acerbiusque à suis discedere, quam mortem subire: quia amantem longè plus torquent rigores absentia, quam tormenta mortis. Ut Apostolus suum probaret, & exaggararet amorem erga Philipenses, illis scribit se promptum paratumque esse diutius vivere pro illis: *Permanere autem in carne, necessarium propter vos.* Novus modus testandi amorem? Si Paulus diceret se paratum esse mori pro illis, amorem ostenderet: at dicens se paratum esse pro illis vitam prorogare, quemnam exhibet amorem? Sic Apostolus locutus est, quia cum pro comperto ha-

beret idem fore mori, ac statim frui conspectu Christi, quem super omnes res creatas diligebat, eodem gradu mortem, atque Christi præsentiam appetebat. Cum igitur Paulus viveret absens à Christo dilecto, solum poterat exponere suum amorem Philippensibus prorogatione vita, & non acceleratione mortis. Nam morte finiebatur absentia, qua vivebat mors: absentia enim continet majus malum mortis, qui est discessus, & majorem dolorem vitæ, quæ sunt desideria. Mors est malum cum fine: in absentia mors nescit finem.

694. In morte Christi concurrerunt omnes excessus amoris infinitè excessivi, nempe excessus, ut moreretur pro hominibus, ipsorum manibus, & injuriis deturpatus: excessus, ut maneret cum hominibus in Sacramento, ne illis abesset: excessus, ut manens in Sacramento pro remedio hominum, sentiret cum morte illorum absentiam: siquidem certum est, triduo, quo Christi corpus sepultum mansit, Christum abfuisse hominibus, cum eum mors privaret existentia & præsentia: Quòd si in Eucharistia adest hominibus, ita præsens est, ut careat usu & exercitio sensuum: nam ibi ita corporaliter præsens est, ut sicut nos illum nec de potentia absoluta videre possumus, ita nec ille de potentia ordinaria possit nos videre oculis corporeis. Mansit igitur in Sacramento ad nostrum remedium, & obduxit se Sacramento ad excessum suum. Fuit excessus suus, quia non videre in præsentia, & non videre in absentia, quanvis sit eadem privatio, non est idem dolor. Esse absentem & non videre, est pati absentiam in absentia: at non videre & esse præsentem, est pati absentiam in præsentia. Quod si hæc in verbis contradictio est, quæ violentia erit in voluntate? Sed loquimur, ut dicta sano modo applicentur: scimus enim Christum in statu immortalitatis neque ullum dolorem, neque ullam violentiam pati. Absalon existimavit minorem esse dolorem mori, quam præsentem carere aspectu patris Davidis. Item Philisthei crediderunt durius esse privare Sansonem oculis quam vita: quia sic in præsentia suæ Dalilæ esset illi vita acerbior ipsa morte. Si enim dolor absentia est durior morte, habere præsentiam cum incommodis & molestiis absentia est geminatus dolor: quia est simul privationem aspectus, & negationem præsentia sentire.

695. Voluit

695 Voluit manere Christus in Sacramento vivus in nostrum remedium, & ne diceretur unquam mortuus suus amor: solet enim mori amor in absentia, etiam quando vivit amans. Discessit Christus à discipulis in horto, & satis fuit trium horarum absentia, ut illorum moreretur amor: *Invenit eos dormientes.* Dormierunt sponse, & somnus lethalis fuit: cum enim plurimum diligerent sponsum, & ejus absentia longa foret, illis lethum inferre debuit. Consuluit semper Deus tantum honori sui amoris, ut cum Spiritus sanctus essentialiter sit amor, veniret Verbum æternum, & non Spiritus Sanctus pro redimendis hominibus, ne unquam dici posset (sicut dicitur de Verbo æterno) quòd mortuus fuisset divinus amor. Dixit Christus Petro, quando hic interrogavit de Joanne, se forte velle eum manere, & discipuli interpretati sunt non moriturum: *Discipulus ille non moritur.* Quasi dicerent, non moriemur, ille non: quia ut Joannes excederet in amore, debuit in amando esse immortalis.

696. Mortuus fuit Christus pro nostro remedio: sed in Eucharistico Sacramento mansit, ut nos diligeret: & fuit donum adeo magnum, & pretiosum, ut nec homines à Christo aliud majus possent obtinere, nec Christus aliud majus hominibus posset impendere. Nam si humilitate fuit amor profundus; liberalitate patuit immensus. Ut largitas foret perfecta, industrius providit, ut esset perpetua: magnitudo enim beneficii sumitur tum ab excellentia doni, tum ex durationis perpetuitate. Quodnam majus beneficium Incarnatione? In ea quod Verbum semel sibi univit, perpetuò unitum manebit: *Quod semel assumpsit, nunquam dimisit.* Voluit commendare magnitudinem liberalitatis, & æternavit beneficium: ita ut hac ratione maneret divinus amor profundissimè humilis, & infinitè liberalis: humilis, dum se Christus deprimeret tanquam homo: liberalis, dum perpetuaret beneficium tanquam Deus. Quia in immenso largitatis patuit Christi amoris excessus.

Liberalitati divini amoris correspondit humana ingratitude odio:

§. PRIMUS.

Quò majus est beneficium, eò lethalius odium.

Liberalitas amoris Christi.

697. **A**B æternitate se exhibuit liberalem erga homines Christi amor: nam ab æternitate homines Deus dilexit, ut pro illis se daret & moreretur. At pro tantę largitatis retributione quid accepit ab hominibus Christus, & ejus amor? Injurias, quousque moreretur saturatus opprobriis inter duos latrones. Tam largus fuit Christus in se impendendo pro salute hominum, ut omnes liberalitatis metas excesserit: nam largitus est humanitatem inter iniquos cruci affixus: humanitatem & divinitatem in Eucharistia sub speciebus panis & vini. Maxima inter homines charitas est vitam ponere pro amicis. *Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Christus excessit ponendo vitam suam pro amicis & inimicis, semel in cruce, pluries in Sacramento: quòd verò existat tantum donandi, & tam parum merendi, videtur excessus liberalitatis. Dare & perdere, nonnullis accidit, sicut Davidi erga Saulem: at dare cum certitudine perdendi, quin à donando cessetur, sicut olim Christus gessit, & adhuc gerit, omnino peculiaris Christi actio est. Hoc Christus erga nos gerit: quod autem nos gerimus correspondentes est solvere ingratitude nostri odii liberalitatem sui amoris.

Charitas Christi.

Joan. 15.

Miracula ex liberalitate.

Matth. 12.

698. Capit Christus suam prodere largitatem in numeris miraculis, quę patravit in hominum remedium: & homines compensarunt miracula odio, largitatem ingratitude. Obtulerunt Domino Judæi paralyticum in Synagoga Chapharnau; & ubi primùm aspexere sanum perspicuo miraculo, egressi Pharisei Synagoga iniere consilium, ut patrati miraculi authorem occiderent. *Pharisei consilium faciebant adversus eum.* Quid? si illum miran-

mirantur in Synagoga ob doctrinam, & miracula: si prodigiosus est in se exhibendo liberalem, cur hoc nomine illum homines conantur extinguere? Quia erant ingrati, in quibus proinde odium crescit beneficiis: & ideo quò beneficium majus est, eò lethalius odium.

Ingratitudo crescit favoribus.

699. In templo patravit Christus Dominus stupendum miraculum circa dæmonium mutum, & Pharisei statim de eodem ceperunt Dominum calumniari: *In nomine Beelzebuth Principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* Si dæmonium cedit potestati, cur Pharisei eadem potestate deveniunt ad calumniam? Quia invidia simul, & odio flagrant, & odium invidorum superat odium dæmoniorum: siquidem quando odium dæmoniorum extinguitur, odium Phariseorum accenditur: *In principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* Probè noverant Pharisei miracula patrari esse opus soli immensæ Dei potentię reservatum, utpote altioris ordinis, & potestatis naturam excedentis, quę proinde in dæmonium cadere nequibat: cum tamen ingrati essent, & beneficium magnum, potiùs voluerunt fieri dæmonium omnipotentem, quàm Christum miracula patrantem: non quòd agnoscerent in dæmonio omnipotentiam, qua carebat, sed ut negarent Christo obligationem, quam debebant. Proh quàm cæcum est ingratorum odium! Eò devenit insaniam, ut fateatur obligationes quas non habet, ut neget quas habet. At quid sperandum est de cæcitate odii, quando hoc ab ingratitude progignitur? Cæca est ingratitude, cæcum est odium: quia mater exoculata non potuit parere, nisi exoculatum filium.

Luc. 11. Pharisei peiores dæmonis.

Odium cæcum ex ingratitude.

§. SECUNDUS.

In tribunali ingratitude, excessus beneficiorum sunt scandala, & miracula sunt crimina.

700. **D**Efixi admiratione Pharisei propter miraculum, quod Christus edidit in cæco nativitatis, illud vocarunt ad strictum, fatisque minutum examen, & veritate manifestè deprehensa, conceperunt adeo lethale odium in Christum, ut dicerent cæco gratias habendas esse soli Deo, & non tali homini, quem noverant peccatorem: *Da gloriam Deo, nos scimus quia hic homo pecca-*

Odium ingratorum. Lethale.

Joan. 9.

tor est. Perverſa contradicſtio ex odio Tartareo ! Si approbant miraculum tanquam Dei donum, quomodo judicant peccatorem eum qui patrat miraculum ? Ex omnipotentia, quæ peculiariter Dei eſt, miracula ſolum fieri poſſunt. Peccatorem Dominum appellarunt Phariſæi, utpote invidi & hoſtes : nam idem miraculum quod cæcum illuminavit, obcæcavit Judæos invidia. Poſtquam plurima edidit Chriſtus miracula, concluſit : *Et beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me.* Sola peccata afferre poſſunt ſcandala : ecquid miracula ſunt peccata ? beneficia ſunt delicta ? In ſe abſque ullo crimine miracula ſunt & beneficia : in odio ingratorum & invidorum ſunt delicta ſcandalofa : quia in tribunali invidorum virtutes damnantur ut ſcelera, beneficiorum exceſſus, ut ſcandala.

*Beneficia
& miracula
ſunt
ſcandala
apud in-
gratos.
Luc. 7.*

*Joan. 2.
Odium ex-
cæcat.*

701. Quærit Nicodemus Chriſtum, cui ait, miraculis, quæ patrabat, manifeſtari filium Dei, cum ea ad ſolius Dei potentiam ſpectarent. *Scimus quia à Deo veniſti Magiſter : nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.* Nicodemus erat Phariſæus & ex Chriſti miraculis, ejus divinitatem cognovit : cur igitur alii Phariſæi ex iſdem miraculis Chriſtum eſſe peccatorem intulerunt ? *Nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt.* Quia Nicodemus videbat Chriſti miracula puris oculis, reliqui obliquis, & odio infectis. Qui odio eſt obcæcatus, nec poteſt res aſpicere ut ſunt, nec judicare, ut merentur. Solus animus tranquillus, omnique pravo affectu vacuus rectè judicat : nam, ſi datur immoderata paſſio in animo, eſt in ratione cæcitas. Res in tribunali noſtræ mentis proponuntur indutæ affectibus noſtræ voluntatis, & hæc ſi præcipiti odio, invidia, aliisque fertur paſſionibus, inſtar Phariſæorum decernit Chriſtum peccatorem : *Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt : & ſtatuit Simonem Magum, juſtum : Hic eſt virtus quæ vocatur magna.* Quid ? peccatorem Chriſtum miraculis conſpicuum manifeſtis, & Simonem Magum juſtum, fraudibus deprehenſum evidentibus ? Erravit judicium paſſionem ſequens : & certè quoties voluntas judicat, à vero deſlectunt reſolutiones.

*Judicium
errat
quando ju-
dicat vo-
luntas.
Act. 8.*

*Lazari re-
ſurreſtio
mirabilis.
Joan. 11.*

702. Revocat in vitam Chriſtus Lazarum quatrduo mortuum mirabilibus circumſtantiis, nam miraculum edidit in conſpectu Judæorum qui venerant in Bethaniam, ut Lazari ſorores conſolarentur :

rentur : gratias Deo parenti egit, quando juffit lapidem ſepulchri evolvi, & Lazarum ſurgere, prout erat ſindone involutus, & ligaminibus obſtrictus. Et cum Judæi ex tali miraculo cognito debuerint Chriſtum accipere, & colere ut redemptorem mundi, conſilium inierunt, in quo deliberarunt oportere Chriſtum vita privari, eo quòd Lazaro vitam dederit evidenti illo miraculo. *Moriatur homo.* Animadverto conſiliariorum contrarietatem in hac deliberatione. In conſilio inito ſuper cæco illuminato dixerant Chriſtum eſſe peccatorem, cur modò in conſilio Caiphæ vera edentem miracula judicant ? *Multa ſigna facit.* Quid ? jam miracula ceſſentur peccata, & quæ hæctenus erant peccata, vertuntur in miracula ? Implicabantur termini, peccabant reſolutiones : quia ubi dominantur paſſiones, præſidente invidia, & conſulente odio, deviat à vero omnis deliberatio, implicitis, atque in ſemetipſos pugnantibus terminorum labyrinthis.

Joan. 9.

Joan. 11.

§. TERTIUS.

Odium ingratitudeſ Judæica fuit æquè crudele atque inſanum.

703. Conſilium paſſione obcæcatum adeo inſanum eſt, ut Judæi aſſignaverint pro cauſa interficiendi Chriſtum, quòd multa ederet miracula : *Multa ſigna facit.* Culpant miracula, imò inter culpas miracula referunt. Nonne patrare ſigna illa denotabat in Chriſto virtutem inſolitam, imò divinam ? Ita : ſed conſiliarii illi malè animati erant, & odio manifeſto contra Chriſtum. *Adverſus Jeſum.* Et odium reputat culpam virtutem illius, quem infectatur, ſicut amor reputat virtutem culpam illius, quem diligit. Pallium dimiſit Joſeph in manus dominæ ſuæ, quæ ſic contempta amorem vertit in odium, ita ut fervaret manibus pallium ad probandam fidelitatem, quam ſervaverat viro ſuo Putifar, & audaciam, quam Joſeph in illum commiſerat : *In argumentum fidei revertentum pallium oſtendit marito.* Nonne hoc pallium, pallium eſt ſanctitatis Joſeph ? nonne & pallium turpitudinis Ægyptiacæ ? illud dimittere fuit exceſſus ſanctitatis Joſeph : illud capere fuit extremum turpitudinis Ægyptiacæ ? Cur igitur unum idemque pallium oſtendit in ſæmina fidelitatem, in Joſeph prodicionem ? *In*

*Miracula
ceſſentur
crimina à
Judæis.
Joan. 11.*

*Gen. 39.
Joſeph.
Caſtus.*

illa virtutem, in Joseph flagitium? Quia illa concepit odium in Joseph, & certa est de amore Putifar erga se ipsam: odium conceptum in Joseph compellit reputare esse culpam in Joseph virtutem heroicam: amor quem erga se agnoscit in Putifar, sibi promittit illum virtutem reputaturum, quod in se manifesta culpa est. *O. li. & moris oculi quales?* Tam diris & infestis oculis videt odium, ut bonum reputet malum: tam blandis & benignis videt amor, ut malum reputet bonum. Quod igitur Pharisei ex odio res Christi malignis oculis aspiciant: *Adversus Jesum:* illi vertunt culpæ patrare miracula, & volunt in pænam spoliare vita. Terribiles ministri reipublicæ Hebrææ! Minus nocerent Christo, si fatentes innocentem, vita privarent; tunc enim corpus sustineret ictus pœnæ, sed non honor ictus culpæ, quam Domino infensissimi hostes per calumniam imposuerant.

Consilio- rum per- versitas qualis.

704. Causa, quam obtendebant, ut Christum interficerent, fuit edere miracula: finis, quem suo consilio significabant intendere, fuit intercipere adventum Romanorum, conservare suam religionem, & æternare monarchiam. Quàm diabolica consultatio! Volunt extinguere Christum, totius religionis ac boni fontem, zelo religionis ac boni publici? nomine boni volunt patrare tantum malum? Spectantes bonum commune, vulnus infligunt bono privato? Nullum reipublicæ majus esse potest discrimen, quàm quòd ejus ministri ita patrent sua flagitia, & exaturent sua odia, ut conentur suas has pessimas actiones apparere virtutes.

Consilia pessima sunt excidium rei-publicæ.

705. Unum inter signa certiora excidii & ruinæ cujusdam regni est dari pessima consilia, & pessimos consiliarios, prædictis similes. Prædicat Christus discipulis excidium Jerosolymæ, & inter signa appropinquantis desolationis prænuncia quæ assignat, unum est, venturum tempus, quo multorum odium contra ipsos armabitur, & compellet ad tribunalia justitiæ. *Injicient nobis manus trahentes ad Reges & præsides.* At, quæ connexio inter Apostolos vexatos, tractosque de tribunali in tribunal, & ruinam Jerosolymæ? Naturalis & necessaria, qualis inter causam & effectum. Insectari ministros Christi, exaturari odium, vel pravam cupiditatem nomine justitiæ administrandæ, est causa omnino efficax, ut regnum funditus evertatur, proindeque signum certius illius ruinæ. Non æque civitates &

Injustitia est regnum regnorum. Luc. 21.

tes & provincias vastant bella, atque pessima consilia, & pessimi consultores, ac ministri. Quando acceperitis (inquit Dominus) *Consilia mala destruant.* hostes ingruere, assidereque & oppugnare Jerosolymam, non ideo putetis everfam penitus esse: *Cum audieritis prælia, non diu statim finis.* *Luc. 21.* Quando videritis vexatos innocentes, tractosque per tribunalia, tunc adesse ruinam & excidium pro comperto habete. Proh quales ministri, qui à justitia opem implorant, ut eandem labefactent!

706. Animadverto duplicem ignorantiam Judæorum in proponendo id de quo consultandum erat: alteram rogare de præfenti actione, & non de futura: alteram inquirere rem, quam actualiter faciebant: *Quid facimus.* Quod attinet ad priorem, manifesta ignorantia fuit, liquidem inquirendum erat non de præfenti, sed de futuro: *Quid faciemus.* Consultationes fiunt, ut deliberetur quod faciendum est, & non ut consideretur deliberatum: quod enim actu fit, jam deliberatum & statutum supponitur. Consiliarii, ac ministri vocati ad consultationem, ut sana dent consilia, venire debent quadam indifferentia parati ut eligant ponderatis utrinque rationibus, quod recta mens dictaverit. Venire ad concilium, & tribunal ingredi capta jam deliberatione, non est venire ad consultandum de eo quod eligi debet, sed ad decernendum quod jam deliberatum est: & hujusmodi consultationes ut plurimum evadunt deviantes à vero. Ratio in promptu est, nam consultare de re eligenda & facienda, est consulere intellectum, ac rationem: consultare de re jam decreta & deliberata est consulere voluntatem determinatam, proindeque consulere passionem: manet igitur perspicuum hujusmodi consultationem à recto & vero aberrare. *Passio nisi rectum operatur.*

707. Quàm longè distant prædicta tribunalia à divino tribunali, ubi sola præfidet ratio, & solum quod ratio decernit, executioni mandatur. *Omne judicium dedit Filio.* Cur Pater æternus potestatem judicandi mundum à se dimittit? Item, demittens cur potius personæ Filii, quàm personæ Spiritus Sancti committit? Sanum voluit atque utile nobis præstare documentum. Personæ Patris adscribitur potestas, personæ Filii sapientia, personæ Spiritus S. amor. Unde ait Deus, officium examinandi, & ju-

Ratio & mens sola in judicando. Joan. 3.

dicandi causas hominum demandandum est personæ intelligenti, & sapienti, quæ solum mente recta, & sana ratione ducatur: tale iudicium, neque potestas, neque amor ingrediatur. Si ad consulendum in iudicio vocetur amor & potestas, ommissa ratione, certum est quod amor provocabit ad multa rationi dissona, & potestas suadebit non pauciora insolenter patranda.

708. Priori ignorantia minor non fuit posterior. Interrogant enim consiliiarii, ut sibi exponatur res, quam ipsi actu gerunt: *Quid facimus?* Notabilis cæcitas! Fatentur se facere, & interrogant, quasi volentes edoceri de re, quam faciunt? *Quid?* Hactenus notabam in his consultoribus insipientiam loquendi, quia cum debuerint inire consilia interrogando *quid faciemus?* incipiunt, rogando, *quid facimus?* Modò deprehendo insipientiam ipsius operis. Ipsi fatentur, siquidem interrogant, *quid facimus?* Proh quales consiliiarii, qui neque intelligunt quod dicunt, neque quod faciunt! Rationem tam pravæ & nocuæ insipientiæ subdit Evangelista, scilicet quod huiusmodi consultores flagrabant invidia erga Christum tot signa patrantem, & universum mundum ad se tra-

Ignorantia
consulto-
rum. Carv-
losa.

Invidi
consiliiarii.
quales.

Joan. 11.

Somnia Jo-
seph. odiosa
Gen. 3. 7.

Invidia
cæca & in-
sana.

hentem: *Multa signa facit: mundus totus post ipsum abit.* Inierunt consilium, ut nocerent quantum possent. Tales igitur consiliiarii flagrantes invidia, & præcipites odio, ita insaniunt, ut ignorent quidquid dicunt, & quidquid faciunt. Ex somniis quæ Joseph suis fratribus narravit, fratres in illum tantum odium conceperunt, ut concilio inter se habito, decreverint vitam spoliare: *Mutuo loquebantur: venite, occidamus eum.* Moriatur, & tunc vanitas somniorum patebit. *Tunc apparebit quod ei proderunt somnia sua.* Conciliare non possum horum hominum dicta cum ipsorum intentione & conatibus. Nam sic arguo: vel illi somnia, quæ retulit Joseph, reputant somnia, vel reputant mysteria: si somnia, cur illis fidem habent, & tanti pendunt, ut pro illis frustrandis velint interficere Josephum: si mysteria, quomodo sibi persuadent Josephum vitam privatum cariturum esse prospero eventu, quem somnia prænunciant? Nonne Deus poterit ad vitam revocare Josephum, ne somniorum veritas infringatur? Tabescunt invidia, & ideo cæci insaniunt propria dicta, & propria facta ignorantes. Si somnia Josephi reputant somnia, ignorant facta inferentes illi necem: si reputant

reputant mysteria, ignorant dicta, dicentes fore, ut somnia vana evaderent. Si igitur invidia cæca & insana est, non mirum quod consiliiarii Pharisei sic delirent, cum ex invidia moleste ferant Christum tot miracula edentem: *Multa signa facit.*

709. Cæterum ut pateat manifestius quàm illi dicendo & operando desipiant, expendamus seorsim, qualiter illi discurrant, ac decernant. Discursus est, quod si permittant Christum sic operari, & miracula edere, fore ut Hebræus populus, & universa reipublicæ administratio funditus intereat: *Venient Romani.* Deliberatio est, occidi Christum, & extingui talem virum, ne pereat regimen, & status politicus in miseram labatur ruinam. Quàm pessimus discursus! quàm insana deliberatio! Quæ tam hebes Ignorantia
Phariseo-
rum. qua-
lis?
Fud. eo-
rum.

710. Quenam deliberatio? Privetur vita Christus, extinguatur talis homo, ne regimen nostrum pereat, ne politicus noster corruat status. Proh insana, & à vero aberrans deliberatio! Nonne hic manifestus in operando error? A Samuele Hebræi postularunt Regem, ut ipsorum respublica servaretur incolumis: *Constitue nobis Regem.* Et in hac consultatione se perituros dicunt, si Christum habeant Regem: *Et non tota gens pereat.* Fatentur se per hominem Regem servandos, & decernunt se sub Rege, qui Deus & homo est, perdendos. Barbara resolutio gentis ingrata, & invidæ! Deliberatio stulta, ex qua pullulavit Hebræis interitus. *Sedebunt filii Israel sine Rege, & sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari.* Pessimi consiliiarii sunt ingratitude & invidia. Stultitia
Hebr. eo-
rum.
Respublica
sub Rege
manet.
1 Reg. 8.
Joan. 11.
Ose. 3.

711. Quæro: nonne consultores, seu magistratus isti conveniunt, ut sententiam ferant in causa Christi? Ita. Cur igitur solum respiciunt Christi personam, *Hic homo*, & non Christi causam? Cur ad iudicandum, oculos non in causam, sed in personam conjiciunt? En manifestus error, in quem hodie frequenter incidunt consultores & iudices. Ministri non de persona, sed de causa iudicium proferre debent: non scrutari quisnam scelus commiserit,

Causa re-
spicienda
est, non per-
sona à ma-
gistrati-
bus.

missit, sed quodnam scelus commissum fuerit? Injungit Deus Moyfi ut eligat viros ad regimen populi, eique assignat dotes, quibus ad regendum præditi esse debent, nempe ut sint sapientes, timentes Deum, veritatis amantes, & ante omnia ut insectentur vitia: *Provide de omni plebe viros sapientes, timentes Dominum, in quibus sit veritas & qui oderint avaritiam.* Cur non avaros, sed avaritiam insectari debent? Quia insectando avaros persequuntur personam: insectando avaritiam, persequuntur vitium: & Deus vult quòd sui ministri culpam, & non personam judicent: at ministri invidi, quales Judæi, sicut nesciunt quod dicunt, ita ignorant quod operantur.

Exod. 18.

S. QUARTUS.

Ubi ardet odium, & viget dependentia, sanum consilium dari nequit.

712. Vidimus hætenus Judæos ardentis odio contra Christum in concilio Caiphæ: videbimus modò qualiter odio dependentia adjecta fuerit. Disserebant inter se pro capiendò consilio Pharisæi: si huic homini non intulerimus necem, gravissimum nobis inferemus nocumentum: quia Romani nos ab officiis & dignitatibus nostris dimovebunt, erimusque omnibus despiciatui. Illum igitur vita privemus, ut nos incolumes atque illæsi servemur in nostro regimine. En quædam omnium pestis maxima in regnis! Ministri qui juxta suam dependentiam res administrant: ministri qui oculos in privatum commodum solum conjiciunt, idque publicis rebus anteponunt, necesse est ita gubernent, ut è suo regimine mille iniquitates & calamitates eveniant. Duos præsidēs constituit. Deus ad gubernationem mundi sublunaris, nempe Solem ut præesset diei. Et Lunam, ut præesset nocti. Si rectè animadvertimus, tempus quo plura patrantur scelera, nocturnum est, non diurnum: quanvis enim per diem multa interdum committantur flagitia, id solet accidere non tam vitio temporis, quàm nequitia hominum. Tempus nocturnum sceleribus opportunum est, ipsaq; tenebris & silentio involvens frequenter impunita occultat. Unde hæc disparitas? Paucis exponam. Solaris splendor, qui Solis regimen

Dependentia qualis pestis consiliorum.

Gen. 1.

gimen est, à nullo alio, nisi à Deo pendet: solus Deus est qui lucem omnem soli communicat: lunaris splendor, qui Lunæ regimen est, pendet à Sole: nam Sol communicat splendorem Lunæ: majora igitur patrantur scelera in regimine magis dependenti. Magistratus, vel quicumque regius minister instar solis à solo Deo pendere debet: si ad splendendum, & splendores conservandum pendeat à creatura instar Lunæ à Sole pendentis, & ab illo splendorem habentis, pro comperto habeo illius regimen multis opportunum, & obnoxium fore delictis.

Magistratus esse debet independentis.

713. Decreverunt Judæi Christum vita privare, eò quòd ille ad vitam revocasset Lazarum: *Moriatur homo.* Certè deliberatio nequior excogitari potest, quàm punire occisione illum qui impendit resurrectionem: est enim majori malo compensare majus bonum. Qua in lege naturali, vel positiva invenerunt Judæi capitale supplicium infligendum illi qui vitam daret? Lex rationi consona præcipit, ut occidatur qui occidit: æquum enim est, ut justè sustineat idem malum, quod injustè intulit. At decernere poenam mortis illi qui plurimis vitam dedit, in solo tribunali Caiphæ reperiri potuit. Nam concilium in quo furor consiliaris est, & livor præses, homicidium reputatur justitia, resurrectio delictum: *Ab ipso ergo die cogitaverunt ut interficerent eum.*

Tribunalis Judæorum iniquitas. Joann. 11.

Homicidium reputatur à Judæis justitia.

714. Miracula quæ in populo suo Christus edidit pro remedio hominum, longè excedunt reliqua omnia, quæ prophetæ ac sancti ediderunt, tum numero, tum qualitate, tum autoritate. Numero, quia ipsam arithmeticam vicerunt: qualitate, quia fuerunt supra omnem stuporem: autoritate, quia reliquorum sanctorum miracula non edebantur propria virtute & autoritate, sed invocatione Dei totam vim impendentis, ut illorum omnium Deus ipse author foret: at Christus edebat miracula propria virtute & autoritate, quæ est Parentis æterni, cum quo eandem naturam & potestatem vendicat. Tam efficax in operando erat Christus, ut solo suæ voluntatis nutu & imperio ablegaret dæmones, placaret tempestates, suscitaret mortuos, & reliqua ederet prodigia. Cur igitur statuunt Judæi propter miracula inferre mortem illi,

Miracula Christi efficaciam.

Ingratitudo Judæorum qualis?

Ggg qui

qui per miracula illis conferebat vitam? Quia cum forent à Christo majoribus beneficiis cumulati, erant majori ingratitude Christo infensi: ingratus enim majori beneficio majori odio correspondet.

S. QUINTUS.

Fuit amor Christi immensè largus vita & morte: ex adverso Judæorum odium eadem vita & morte amulum talis amoris largitati.

Largitas amoris Christi excessiva.

715. Progressus fuit Christi amor eo largitatis excessu, ut in omnibus vitæ mortisque actionibus se largum erga homines exhibuerit: in vita, miraculis: in morte, se ipso. Morti propinquus, se nobis (ut ait Apostolus) in Eucharistia impendit: *In qua nocte tradebatur.* Ex hac tanta largitate quid in gratificationem accepit ab homine? Odium & ingratitude. Nam immediatè post talem liberalitatis excessum venditus fuit. Ante mortem se dedit in Eucharistia. Quid in morte? Cruci affixus vitam simul & honorem largiter effudit in sacrificium pro hominibus. Hanc tantam liberalitatem odium hominum compensavit opprobriis. Cur igitur Christus in homines tam largus, & homines in Christum tam ingrati? Quia Christus amans erat, & conditio amantis est totum profundi in rem amatam: homines ita accipiebant beneficia, ut retinerent odium: & pessima conditio odii invidorum est nullis beneficiis extingui.

Odium inextinguibile, invidia.

Liberalitas Christi.

716. Adhuc tamen animadverto liberalitatem illam, & odium: liberalitatem, quia si Christus se poterat totum dare hominibus, ut eos redimeret, quin oppeteret, inter duos latrones opprobriis oneratus, cur elegit probrosam mortem? Odium, quia si Iudæi per summam ignominiam Christum inter duos sceleratos cruci affixerant, & per summum dolorem vulneribus torserant, videbatur odium fatis jam exaturatum, ne ultra conviciando & blasphemando progredierentur. Mortuus fuit Christus opprobriis & ignominiiis affe-

affectus inter latrones: quia si aliter eos redimeret, non integrum suum illis amorem impenderet. Vitam certè pro illis daret, sed non sacrificaret honorem: aut è contra, offerret honorem, sed vitam sibi reservaret: & amor Christi voluit omnia largiri, ut probaret largitatis excessum in redimendo. Cum agnosceret Iesus adventasse horam sui amoris, omnes ejus peregit excessus usque ad extremum, inquit Evangelista: *In finem dilexit.* At in quo significavit Dominus se tunc peregisse omnes excessus? in largiendo omnia hominibus ex amore. In Eucharistia & in cruce quidquid poterat, hominibus largitus est: cum verò largiretur omnia, *in finem dilexit.* Tunc enim amor excedit, quando donum universale est.

Amoris excessus in largiendo.

Joan. 13.

717. Hic fuit amor Christi erga homines: hoc fuit odium hominum adversus Christum: Christus dilexit ut liberalis, homines oderunt ut ingrati. Cum verò essent simul ingrati & invidi, sævitiam non saturarunt affigentes cruci inter duos latrones: adhuc sic affixum tanquam sceleratum conviciis & blasphemis infectabantur: *Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reedificas.* Ex majori excessu eruebant blasphemiam: quia invidorum lingua semper blasphemata fuit. Nec etiam post mortem quievit Judaicus furor: adhuc in mortuum Pharisei sæviere: *Domine recordati sumus (dicebant Pilato) quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam.* Proh stulta cæcitas! Culpant in vita tanquam edentem miracula: *multa signa facit:* & post mortem vocant fraudulentum, *Seductor ille.* Quid? si decipiebat in vita, cur post mortem timetur? Si vera edebat miracula: cur non resurget, si prædixit? Tanquam in edendis prodigiis mirabilem formidarunt, & ex timore occiderunt. Cum verò forent ingrati simul & invidi, odium ex ingratitude profectum, negavit debitum, quando illud majus contraxit in morte: *Pater ignosce illis.* Et odium quod ab invidia eruperat, voluit occultare in morte, quod invidit in vita: *Multa signa facit: si dimittimus eum, omnes credent in eum.*

Odium in Christum ex ingratitude.

Matt. 27.

Matt. 27.

718. At si odium Iudæorum ardentè expetebat probrosam Christi

Odium
magis in-
testinum
quod plus
infamat.
Matth. 27.

Christi mortem inter latrones, cur invitant Christum, ut crucem deferat, fide data, ut post descensum credatur ab omnibus redemptor? *Descendat de cruce, & credimus ei.* Quia cum esset odium invidorum, voluit Dominum carere gloria redimendi mundum, & contrahere dedecus non perficiendi opus quod aggressus fuerat: nam odium magis intestinum non est quod plus occidit, sed quod plus infamat: id enim molitur ut vita sit ipsa mors: siquidem nihil acerbius & lethalius est, quam vivere cum dedecore. Fuit amor Christi magis ardens, quia fuit magis liberalis: & odium Judæorum plus crudele, quia se exhibuit erga Christum magis ingratum.

Correspon-
dentia po-
puli erga
Deum qua-
lis.

719. Exhibuit Deus summam benignitatem erga populum suum, beneficiis, quibus illum cumulavit: Christus infinitum amorem excessibus, quibus eundem persecutus est. At populus ingratus Deo correspondit, ac solvit beneficia querimoniis, murmurationibus, & rebellionibus, adeo, ut ab ipso Deo frequenter defecerit ad idola colenda in deserto, & in terra promissionis. Christo etiam correspondit opprobriis, blasphemis, injuriis & tormentis, donec in Calvario cruci affigeret tanquam sceleratum inter duos sceleratos. At qui amorem lædit, eique infert injuriam, contra semet ipsum supplicium armat. Nullus enim judex magis severus est, quam amor offensus, quando judicem agit. Profectioni ad Patrem, seu morti proximus dixit Christus suis discipulis Spiritum S. descensurum in terram, ut de peccatis mundum

argueret, & damnaret. *Cum venerit ille Paraclytus, arguet mundum de peccato.* Quid? Iudex Spiritus S. cui in divinis tribuitur amor? Procul dubio benignissime judicabit. Cur non judex Pater, cui adscribitur potestas? Cur non judex Filius, cui adscribitur Sapientia: & cui Pater suum delegavit judicandi munus? *Pater non judicat. quenuquam: sed omne iudicium dedit Filio.* Voluit Deus mundum ingratum severe punire, & nullus severior judex esse potest, quam offensus amor. Descendat ad judicandum divinus amor: quia cum ille fuerit præcipue offensus, deesse non poterit supplicio graviter infligendo. Suum corpus Christus in Sacra-

Joan. 5.
Supplicium
grave ab
amore of-
fensa mis-
situr.

mento

mento ministravit Iudæ, & confessum diabolus cepit illius possessionem: *Intravit in eum Satanas.* Dominus idem talem abominatus prodicionem, à se abiecit: *Quod facis, fac citius.* Et ut innotesceret culpa, minatus fuit poenam: *Va homini illi.* Duplici marsupio, seu loculo utebatur Iudas, & furripiebat de collegio Apostolico quantum poterat: *Fur erat, & loculos habens.* Nescimus quòd Christus Iudam punierit, vel saltem illi minas intenderit propter hujusmodi atrocitiam. Si Dominus non minatur Iudæ, quando ille depeculatur Apostolos, cur grave intentat supplicium venditionem sui Magistri peracturo? Solum minatus est Christus Iudæ post Eucharistiæ sumptionem: quia quando compilat Apostolos, offendit justitiam, quando vendit Magistrum suum, offendit amorem: siquidem sacrilega peragitur venditio, quo tempore piissimus Dominus ardentissimum sui pectoris amorem prodiderat: *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Certè rigores sollicitat, gravemque sibi comparat severitatem, qui lædit, ac in se provocat amorem. Nec semper amor dissimulat, & injuriarum patiens manifestat excessum: quandoque ex offensione capit motivum, ut in acerbissimam punitionem severus erumpat: Offensiones autem, quas Deus magis ægrè fert, & punit, sunt quæ à nostra crudeli ingratitude progignuntur.

Luc. 22.

Joan. 13.

Joan. 12.

Amor læ-
sus punit.
Joan. 13.

720. Optimum rei hujus documentum habemus in Hebræo populo, qui cum esset Deo charus, & faustus nimium, ut Deus ipse significavit per suum prophetam: *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.* Ex ingratitude mansit à Deo separatus, ipsique abominabilis Deo: *Vos non populus meus.* Adjungit, *Et ego non ero vester.* Versus est amor in abominationem, quia nimis offensus; cum enim ingratitude illum læserit injurijs, gravissimo supplicio affectit populum. Quare si ex ingratitude perdidit Angeli gloriam, Adamus gratiam, Saul sceptrum, Absalon vitam, Judas Apostolatam, & Hebræus populus hæreditatem; nos ad gratitudinem provocent exempla sacræ paginæ. Nam si huic tam

Hebræo-
rum suppli-
cium. Un-
de?

Isa. 65.

Os. 1.

Ggg 3.

Urbano

urbano debito ac officio defuerint homines, consequentur pro supplicio infamiam nominis, quam Deus per Isaiam minatur ingratis; sempiternum in Erebo sustinebunt tormentum, & in terra perenne dedecus. *Vocabitur in aeternum semen pessimorum.*

FINIS:

LAUS DEO & DEI PARÆ.



INDEX

INDEX RERUM
NOTABILIUM.*Abfalon.*

Abfalonis crudelitas. n. 331
Abfalonis scelera. n. 339
Abfalonis ingratitude. n. 349.
Abfalonis insolentis supplicium. 381
Abfalonis ingratitude insolens. 376
Abfalonis mors. n. 382, & 386.

Absentia.

Absentia principis nocet. n. 67
Absentia mala plus timentur. n. 141
Absens colitur, præsens contemnitur. n. 178
In Absentia desiderium. n. 178
Absentia minuit amorem. n. 688
Absentia amor impatiens n. 689
Absentia est mors amantis. n. 690
Absentia est martyrrium. n. 690
Absentia est amoris mors. n. 691
Absentias odit Christi amor. 692
Absentia tormentum durissimum. n. 693
in Absentia amor vivus. n. 695
Absentia occidit amantem. n. 695

Accusator.

Accusator pravus. n. 92
Accusator malitiosus detestandus. n. 127
Accusatio perdit Regnum. n. 127
Accusatio vitium abjectissimum. 127

Acab.

Acab ingratitude. n. 453, & n. 463

Actio.

Actionibus honestissimis non parcit detractio. n. 134
Actio est propria filii Dei mortem quærere. n. 620

Adamus.

Adamus inobediens. n. 20.
Adamus infidelis, quia ingratus. n. 21
Adamus ambitiosus. 22

Admiratio.

Admiratione digna patientia Christi. n. 607
Admirationi fuit Petro Christi humilitas. n. 651

Adoratio.

Adorare Deum principum est. n. 555
Adoratio epularum infana. 682

Adulario.

Adulatio opponitur veritati. n. 237
Adulatores si deessent, princeps non esset malus. 459
Adulatores abominabiles. n. 460
Adula-

INDEX RERUM

Adulationis mala. n. 461
 Adulator est peior tyranno. n. 486
 Adulatio quantum malum. 486
 Adulatio haberi debet pro gravissima contumelia. n. 487
 Adulatio audax placet tyranno. 493

Adversitas.

Adversitas probat, & facit splendore. 280

Advocatus.

Advocati in aula, quanti fiant. n. 340
 Advocato Carens, miser. n. 341

Affectus.

Affectus, & vis amoris Christi. 656

Afflictio.

Ex Afflictione cognitio sui ipsius. n. 278.

Alienatio.

Alienatio amoris ex venditione. n. 608.

Ambitio.

Ambitio habet centrum in profundo terræ. n. 155.
 Ambitiosus non timet Deum n. 611
 Ambitionis mala. n. 353
 Ambitio destruit innocentiam. n. 22
 Ambitiosus facile decipitur. n. 22.
 Ambitionis crudelitas. n. 511.

Ambitio, & ira duo hostes. Principis. n. 298
 Ambitio sæva est. n. 446
 Ambitio, & cupiditas ipsa punit. n. 524
 Ex Ambitione proditio. n. 354
 Ambitio, & cupiditas ipsa punit. n. 524
 Ambitio, & ingratitude violat omnes leges. 332.

Amicus.

Amicus fictus. n. 166
 Amicus fictus peior est quam inimicus manifestus. n. 464

Amor.

Amoris decus consistit in patientia, Remedii valor in Celeritate. n. 48
 Amor festinat ad ferendam opem. 48
 Amor dissimulat injurias. n. 54
 Amor subditorum in principe. n. 86
 Amor inferno comparatus. n. 89
 Amor Divinus cur abscondatur. n. 140
 Amor pluris fit à Deo, quam potentia. n. 165
 Amor offensus exercet rigores. n. 166
 Amor Dei in vita, & post mortem. n. 180
 Amor Dei erga Moysen. n. 180
 Amor supra caput Dei. n. 201
 Amor subditorum in principe. n. 319
 Amor reveretur. n. 328
 Amor aboletur per ingratitude. n. 324
 Amor, & favor principis brevis, ac mutabilis. n. 370, & 371, & 372, & 373

Amor

NOTABILIU M.

Amor in vitam Christi potens. n. 466
 Amor, & odium hostes concilii. n. 483
 Amor Christi erga homines quatuor habuit attributa. n. 556
 Amor Christi sapiens. n. 557. & 558
 Amor Divinus intelligens. n. 560
 Amoris perpetuitas ex intellectu. n. 562
 Amorem æternat sapientia. n. 562
 Amoris Divini, & humani differentia. n. 566
 Amor rationalis esse debet. n. 567
 Amor circa ingratos excessivus. n. 568
 Amor Dei erga homines. n. 569
 Amor Christi fraternus. n. 570
 Amor Dei liberalis. n. 571
 Amor offensus. n. 572
 Amoris excessus in Christo dat vitam. n. 573
 Amor Christi, quo tendebat. n. 574
 Amor Iacob erga Rachelem temporalis. n. 575
 Amoris ignorantia in eo, qui amare nescit. n. 580
 Ex Amoris majori excessu eruit ingratitude motiva, ut sit beneficiorum immemor. n. 581
 Amoris Divini excessus est minui. n. 582
 Amandi modus optimus. n. 585
 Amor patiens legitimus est. n. 593
 Ob Amorem Deus puer. n. 595
 Amor Christi ex sapientia. n. 598
 Amoris alienatio ex venditione. n. 608
 Amor Christi erga Iudam excessus fuit patientiæ. n. 609
 Amor circa hostem commendatur à

Christo. 610
 Amoris excessum indicat patientia Christi erga Iudam. n. 610
 Amor excedit quando læsus. n. 670
 Amor liberalis. n. 671
 Ex Amore donatio. 672
 Ex Amore beneficia. 671
 Ex Amore lachrimæ. 672
 Amor dat sine termino. n. 673
 Amantis Largitas sine limite. n. 673
 Amoris Divini dona. 675
 Amor Christi liberalis erga ingratos. n. 676
 Ad Amorem Dei ingratitude. n. 676
 Amoris liberalitas. n. 677
 Amoris continua operatio. n. 678
 Amorem manifestat largitas. n. 678
 Amor solus probatur, qui patet aspectui. 678
 Amoris dona pluris fiunt. 682
 Amorem minuit absentia. n. 688
 Amor absentia, amor inpatientis. n. 689
 Amantis mors est absentia. n. 690
 Amoris mors est absentia. 691
 Amor Christi odit absentias. n. 692
 Amoris excessus in eucharistia. n. 694
 Amor vivus in absentia. n. 695
 Amantem occidit absentia. n. 695
 Amor semper vivit. n. 695
 Amoris Christi liberalitas. 697
 Amoris, & odii oculi, quales. n. 703
 Amoris Christi largitas excessiva. n. 715
 Amoris excessus in largiendo. n. 716
 Amor læsus si Iudex est graviter punit. n. 719
 Ab Amore offenso supplicium grave infligitur. n. 719
 Amor læsus punit. 719

H h h

Ex

INDEX RERUM.

Ex Amore, & voluntaria mors Christi fuit. n. 615
 Amorem, & vitam prodigere excessus maximus. n. 616
 Amor Christi erga Iudam excessivus. n. 617
 Amor impellit ad rem amatam. n. 617
 Amor pluris fit à Deo, quam sapientia. n. 618
 Amor procurantis, martirium maximum. 619
 Amor simulatus multum torquet. n. 628
 Ex Amore Christi compassio. n. 628
 Ex Amore patientia. 637
 Amoris dolor ex dependentia acerbior. n. 639
 Amantem torquet sola diffidentia. n. 639
 Amor tristatur ex diffidentia. n. 640
 Amor ex humilitate commendatur. n. 642
 Amoris divini humilitas valde excessiva. n. 643
 Amor amplectitur, quod valor dedignatur. n. 643
 Amor sapiens docet. 645
 Amor humilis. n. 644
 Per Amorem deponitur majestas. n. 646
 Amor Animarum in Christo. 647
 Amor Christi ascendens. n. 648
 Amor Iudæ in Christo. 649
 Amor Christi humilis. n. 652
 Ex Amore sapientia. 654
 Amor quando prior sapientia. 655
 Amoris, & vis affectus Christi. n. 656
 Quantum amavit Christus lavans pedes. 657
 Amor circa obstinatum excessivus. n. 657

Amor Eucharistiæ excessivus. n. 664
 Amoris, & humilitatis excessus, Eucharistia. 668

Angeli.

Angelorum ingratitude. n. 2
 Angelorum ingratitude fuit maxima. n. 28

Anima.

Anima quanti facienda. n. 171
 Animæ bonum pluris fit universo mundo. n. 423
 Animam vulnerat ingratitude. n. 491
 Animarum amor in Christo. n. 647

Animal.

Animalium esus permissus. 682

Animus.

Animi obstinatio excæcat lucis mentem, ut sit ingratus. n. 586

Anni.

Anni ex sanctitate integrati. n. 228

Antiquitas.

Antiquitas cum sola probitate. n. 40

Appetitus.

Appetitui dominari præcipuum dominium est. n. 16

Appeti-

NOTABILIUM.

Appetitus depravatus ex ingratitude. n. 95
 Cum Appetentia terrenorum fastidium Cælestium. n. 96.
 Appetens alieni avarus. n. 97
 Appetentia alienorum. n. 97
 Appetitus aliquando pro punitioe. n. 110

Arma.

Armis potentius est concilium. n. 108

Arrogantia.

Arrogantium verbositas. n. 232

Ascensus.

Ascensus proximus descensui. n. 155

Aspectus.

Aspectus Dei solus succurrit. n. 32

Attributum.

Attributa quatuor habuit amor Christi erga homines. n. 556.

Avaritia.

Avaritia ingens servitus. n. 71
 Avaritiæ, & cupiditatis, quale supplicium. n. 79
 Avarus appetens alieni. n. 97
 Avaritiæ crudelitas. n. 469

Audax.

Audacior Dæmone Hebreus populus. n. 69

Audaciæ immoderatio magis cruciat. n. 390
 Audacia Pharaonis. 43

Auditor.

Auditor malorum conciliorum perit. n. 20
 Auditio detractionis prava. n. 134

Aviditas.

Aviditas patiendi in Christo insatiabilis. n. 606

Aula.

In Aula quanti fiant advocati: n. 340
 In Aula efficax patrocinium. n. 340

Aurum.

Aurum inter idola præcipuum. n. 7
 Aurum idolum multiplex est. n. 71
 Aurum efficax ad expugnandum. n. 425

Author.

Author criminis gravius punitur. n. 438
 Author peccati punitur magis. n. 518

Auxilium.

Auxilium imploratum postulatorem. n. 528

Bel-

B.

Bellum.

Bellum injustum punit Deus
n. 62
Bellum qualiter gerendum, n.
63
In Bello debet esse justitia, n. 63
Bellum est fame pejus, n. 63
Bello consilium quanti sit facien-
dum, 366.
In Bello cautela prudens, n. 380
Bellum est supplicium maximum.
n. 523
Ante Bellum consideratio, est deli-
beratio matura, n. 135

Belua.

Beluae mitiores hominibus, 259,
& 260.

Benedictio.

Ad Benedictionem nobilitas, n. 94

Beneficium.

Beneficiis augetur ingratitude, n. 4
Beneficiis acceptis benefactorem of-
fendere ingratisimorum est, n. 9
Beneficiis utitur contra benefacto-
rem ingratitude, n. 10
Beneficiorum oblivio, n. 15
Ex majori beneficio offensa gravior
dimetitur, n. 26
Ad beneficia conferenda suam debet
princeps attendere generositatem
n. 34
Beneficia non sunt differenda, n. 34
Beneficus Deus à justitia, n. 43

Beneficia Dei erga ingratos, n. 54
Beneficia plus magnificant regem,
quam supplicia, n. 59
Beneficia sine mensura conferenda
n. 74.
Beneficia summi conditoris, n. 75
Beneficentia Deum vivificat, n. 124
Beneficentia principis, n. 130
Contra Beneficia lapidibus armatur
ingratitude, n. 138
Beneficentia Dei semper querit ra-
tiones, ut bene faciat, n. 161
Beneficiis armatur in gratus contra
beneficum, n. 167
Beneficiis augetur ingratitude, 195
Benefactori etiam mortuo non par-
cit ingratitude, n. 196
Beneficentia Dei ex voluntate po-
tius, quam ex mente, n. 201
Beneficentia erga ingratos glorio-
sior, n. 241
Beneficia odio per ingratos com-
pensantur, 289
Beneficia, arma potentiora ad supe-
randum, n. 303
Beneficia multiplicantur ob gratitu-
dinem, n. 309
Beneficium cito conferendum, 311
Beneficium mora minuit, n. 312
Beneficentia Deum declarat, n. 345
Benefacere malefactoribus est io-
lius Dei, 348
Beneficiorum oblivio, vindictae a-
mor, n. 350
Beneficii instrumentum pro suppli-
cio majori, n. 385
Beneficiis offendere ingratitude ma-
xima, n. 421
Beneficium magnum est consilium
bonum, n. 424
Beneficiorum memoria torquet in-
gratos, n. 442

Bene.

Beneficia impetrant gratiae anticipa-
tae, n. 530
Vt sit Beneficiorum immemor, ex
majori amoris excessu motiva
eruit ingratitude, n. 581
Beneficium reputatur delictum ab
ingratis, n. 591
Contra benefactorem crudeles in-
grati, n. 631
Beneficia ex amore, 671
Beneficentia Dei erga malos, n. 676
Beneficii permanentia admirabilis,
n. 692
Beneficii perpetuitas unde, n. 696
Beneficia, & miracula sunt scandala
apud ingratos, n. 700

Benignitas.

Benignitas Dei, n. 49
Benignitas, & clementia, quantum
deceant principem, n. 59

Blasphemia.

Blasphemia est inter tyrannos veri-
tas, n. 590

Bonum.

Boni, & mali mixtura reprahendi-
tur, n. 16
Bono vincere malum ingens victoria
est, n. 39
Bonum pro malo reddit amor, n.
54
Bonum pro malo reddendum, n. 59
Bono alieno plus dolet invidus,
quam proprio malo, n. 112
Bono proprio praefert invidus ma-
lum alienum, n. 113
Bonitas malos vincit, n. 268

Bonum Animae plaris fit universo
mundo, n. 423
Bonorum temporalium ammissio lu-
chrum est, 534
Bonitas cogitata ad amandum, n.
565.

C.

Caliditas.

Caliditas dolosa, n. 181

Capilli.

In capillis, quos Absalon plaris fe-
cerat in vita laqueos mortis sen-
tiit, n. 386

Caput.

Ad caput Eliæ panis, quid, n. 683.

Castus.

Castus Ioseph, n. 703

Cathedra.

Cathedra, & sepulchrum recurrunt,
n. 102

Causa.

Causa respicienda est, non persona,
n. 711.

Cautela.

In non caventes supplicium gra-
vius, n. 25
Cautela in bello prudens, n. 380.

Hhh 3

Chri-

Christus.

Christi gloria est hominum remedium. n. 137
 Christum figurat patientia. n. 159
 Christi sanguis effusus sanat. n. 171
 Christus negatus, & occisus. n. 174
 Christo similis est, qui patitur. n. 281
 Christum ostendit veritas. n. 426
 Christus in cruce Deus cognitus. n. 577
 Christi Divinitatem tegunt Iudæi. 599
 Christi meritum cum certitudine præsentia. 613
 Christum graviter sauciavit Iudæorum ingratitude. n. 608
 Christi amor erga Iudam excessus patientiæ fuit. n. 609
 A Christo commendatur amor circa hostem. n. 610
 Christi excessus maximus mors ignominiosa. n. 614
 Christi mors voluntaria, & ex amore. n. 615
 In Christi patientia, hominum crudelitas ostenditur. 629
 In Christo eadem est hora mortis, & amoris. n. 630
 Christus se filium Dei declarat, ad ingrati confusionem. n. 633
 Christi humilitas admirationi fuit Petro. n. 651
 Christi amor humilis. n. 652
 Christus quantum amavit lavans pedes. n. 657
 Christi humilitas profunda. n. 659
 Christus a Iudæis contemptus, quia humilis. n. 660
 Christus panis hominum. n. 665
 Christi liberalitas erga homines. n. 679

Christi liberalitas in eucharistia. n. 681
 Christo nos simillimos reddit eucharistia. n. 685
 Christi amor odit absentias. n. 692
 Christi charitas. 697
 Christi liberalitas. 716
 Christi miracula efficacia. n. 714

Cinceritas.

Cinceritas humani convictus. n. 181

Clementia.

Clementia Divina velox est. n. 32, & 34
 Clementia principis. n. 34
 Clementia Divinitatis est argumentum. n. 34
 Clementia, & mansuetudo uniri debent. n. 40
 Clementia declarat principis maiestatem. n. 41
 Clementiæ divinæ æmula ingratitude. n. 46
 Clementia, & benignitas quantum deceant principem. n. 59
 Clementia Deo placet, & virtus principum est. n. 76
 Ex Clementia apparet omnipotentia. n. 77
 Clementia simul cum integritate. n. 166
 Clementia firmat, principatum. n. 301
 Ex clementia venia. 343

Ciens.

302

Ciens.

Clientum animos aliciunt gratitudo, & liberalitas principum. 308

Cognitio.

Cognitio Dei ex tribulatione. n. 277
 Cognitio sui ipsius ex afflictione. n. 278
 Cognitio invidiæ facilis. n. 115

Commodum.

Commodo alieno, qui inservit Rex est. 470

Compaffio.

Compaffio Christi ex amore. n. 628

Concideratio.

Concideratio, & deliberatio matura ante bellum. n. 135

Concionatores.

Concionatores lapidantur. n. 138

Concordia.

Concordia in regimine. n. 109

Concupiscentia.

Concupiscentia punitur. n. 808

Conformitas.

Conformitas cum Divina voluntate conformatur. n. 606

Confusio.

Ad Confusionem ingrati Christus se filium Dei declarat. n. 633

Consilium.

Consiliorum malorum auditor perit. n. 20
 Consiliarios, quos debet habere princeps. n. 57
 Consilarii debent esse seniores. n. 57
 Consiliarios adhibeat princeps. n. 100
 Consilarii in regimine. n. 107
 Consilium semper audiendum. 107
 Consilium est potentius armis. n. 108
 Consilarii Zelo ducti sint. n. 109
 Consiliarius fidelis, & sapiens, quanti fiat. n. 304
 Consilarii sint oculi principis. n. 351
 Consilarii pessimi ad latus Regis pravi. n. 352
 Consilium pessimum magis nocet, quam hostis magnus. n. 359
 Consilium passionis nocivum. n. 360
 Consilium bello quanti sit faciendum. n. 366
 Consilia timida apparent prudentiora. n. 367
 Consilium bonum est magnum beneficium. n. 424
 Consilarii adulatores nocivi. n. 482
 Consilarii hostes, qui? n. 463
 Consilarii adulatores abundant, rarus est verax. n. 484
 Consilarii sint liberi in sufragando. n. 489
 Consilia Diabuli placent malis Regibus. n. 496

Con-

INDEX RERVM

Consiliorum perversitas, qualis. n. 704

Consilia pessima sunt excidium Reipublicæ. 705

Consilia mala destruunt. n. 705

Consultatio fieri debet circa futurum. n. 706

Consultorum ignorantia cavilosa. n. 708

Consiliarii Iudæi, quales. n. 708

Consiliorum qualis pestis dependentia. n. 712

Consuetudo.

Consuetudo vetus, curatu difficilis. n. 190

Cæcitas.

Cæcitas, alia ignorantia, alia malitia. n. 587

Cæcitas obstinationis, fuit ingratitude. n. 588

Cæcitas ingratitude in Iudæis. n. 602

Cæcum odium ex ingratitude. n. 699

Cælestis.

Cælestium fastidium cum appetentia terrenorum. n. 96

Consanguinei.

Consanguinei in supplicium ingratitude, ut majus sit. n. 522

Conservatio.

Conservatio, & non destructio à Deo. n. 75

Constantia.

Constantia munus sustinere. n. 462

Contemptus.

In contemptu honorum magnanimitas. n. 192

Contemptus rerum temporalium prodest. 533

Contemptus ægrefertur. n. 30, & n. 45

Contemptus dignitatem sublimat. n. 191

Contemptus ingratitude in erga Christum. n. 661

Contumelia.

Pro contumelia gravissima habenda est adlatio. n. 487

Convitium.

Convitia indigna principe. n. 512

Cor.

Cordis, & oris conformitas. n. 181

Ex corde debet esse sacrificium. n. 226

Cor bonum in principe. 395

Cor Dei, Divinum verbum. n. 679

Cor suum præbet, qui vere amat. n. 679

Corona.

Corona veritatis. n. 444

Corona privatur innocentiam damnanis. n. 445

Corre-

NOTABILIVM.

Correspondentia.

Correspondentia populi erga Deum, qualis? 719

Correspondentia ingrata Iudæorum nolit Deum agnoscere. n. 583

Corruptio.

Corruptionis incapax est ingratitude. n. 118

Crimen.

Sine crimine fit Iudex. n. 112

Crimina delet pænitentia. n. 358

Criminis Author gravius punitur. n. 438

Crimina censentur miracula à Iudæis. n. 703

Crudelitas.

Crudelitas ingrati major. 285

Crudelitas ingratitude. n. 292, & 306, & 323

Crudelitas levis damnatur. 295

Crudelitas cum ignavia jungitur. n. 450

Crudelitate supplicium. n. 517

Crudelitas hominum erga Christum ex ingratitude. n. 626

Crudelior hostis est, qui se amicum fingit. n. 627

Crudelitas hominum in patientia Christi ostenditur. n. 629

Crudelis ingratitude. 630

Crudeles contra benefactorem ingrati. n. 631

Crudelitas Pilati Iudæorum crudelitate major. n. 634

Valde Crudelis est simulatio, & fictio. 635

Crudelitas ex ingratitude. n. 637

Crudelitate erga Christum æmulatione. n. 638

Crudeliora vulnera manu ingrati inflicta. n. 638

Crudelitas Iudæ maxima. n. 639

Crux.

Crucis dono majus donum eucharistia. n. 687

Culpa.

Culpas carentes venia parit superbia. n. 44

Culpas dissimulans princeps, & illarum particeps. 82

Culpas contra religionem punire, observantia erga Deum est. n. 85

Culpa ipsa est supplicium. n. 143

Culpa ex debilitate minor. n. 326

Culpæ socius timor. 367

Culpæ principum immedicabiles. n. 538

Culpæ alienæ occultandæ. n. 120

Cultus.

Cultui divino princeps deesse non debet. n. 221

Cultus divini observantia principem defendit. n. 222

Cupiditas.

Cupiditatis, & avaritiæ, quale supplicium. n. 97

Cupiditas principis est ingratitude. n. 411

Cupiditas socia ingratitude. n. 467
 Cupiditatis scelera immania. n. 469
 Cupiditas, & ambitio ipsa punit. n. 524

D.

Damna.

Damna, & nequitia linguæ. n. 91

Damnatus.

Erga Damnatum patientia Christi fuit maxima. n. 611

David.

Davidis pugna cum gigante. n. 232
 Davidis fuga prudens. n. 253
 Davidis generositas, & patientia. n. 263
 Davidis ingratitude. n. 313

Damon.

Damone audacior Hebræus populus n. 69
 Damone peior ingratitude. n. 240
 Damonis peiores Farisei. n. 699

Debilitas.

Debilitatem arguit verbositas. n. 233
 Ex debilitate culpa minor. n. 326

Dedecus.

Dedecori anteponitur mors. n. 346

Defensio.

Defensio veritatis. n. 456

Deliberatio.

Deliberatio matura, & consideratio ante bellum. n. 135

Delictum.

Delictum ab ingratis reputator beneficium. n. 591.

Delicia.

Delicia in saporibus, & odoribus. n. 95.

Dependentia.

Dependentia quantum possit. n. 49
 Dependentia qualis pestis consiliorum. n. 712.
 Ex dependentia patientia. n. 49

Desiderium.

Desiderium in absentia. n. 178

Despectus.

Despectus honorum, est illorum possessio. n. 192
 Despectus gravior morte. n. 31

Desperatio.

Desperationem parit fidei defectus. n. 66.

De-

Detractio.

Detractio etiam de Deo. n. 90
 Detractio de principe, ipsi interdum utilis. n. 123
 Detractio vitium detestabile, & nocivum. n. 132
 Detractores audiendi non sunt. n. 133, & 134.
 Detractio palliata. n. 134.
 Detractio non parit honestissimis actionibus. n. 134.
 Detractio est vitium rusticorum. n. 144.

Deus.

Deo grati pauperes. n. 8
 Deus quando vocatur Dominus. n. 14
 Qui Deo se subjicit, felicius imperat. n. 17
 Dei aspectus solus succurrit. n. 32
 Dei providentia erga nos. n. 36
 In Deo figenda est spes. n. 38
 Deus velox ad succurrendum. n. 42
 Deus beneficus justitia. n. 43.
 Dei celeritas in opitulando. n. 48.
 Dei benignitas. n. 49
 Deo difficilius obsequium, quam hominibus. n. 51
 Dei beneficia erga ingratos. n. 54
 Deus punit bellum injustum. n. 62
 Deum esse facturam hominis ingratitude appetit. n. 69
 Deus indignatur rebellionem. n. 73
 A Deo qualiter facienda petitio. n. 74
 Dei liberalitas. n. 74
 Dei beneficentia. n. 75
 A Deo conservatio, & non destructio n. 75

Deo placet clementia. n. 76
 De Deo etiam detractio. n. 90
 Deus honorat, quos detractor denigrat. n. 118
 A Deo supplicium justum. n. 120
 Deum vivificat beneficentia. n. 124
 Deus magis punit peccata, quando scribit. n. 128
 Deo relinquenda omnis vindicta. n. 131
 Deo gloria est protectio miserabilium. n. 137
 In Deo sperare est beatitudo. n. 139
 Dei misericordia in parcendo. n. 142
 Deo facta petitio obtinet. n. 142
 Dei justitia levis. n. 147
 Dei verbum, & opus pro eodem. n. 151
 In solo Deo veritas. n. 152
 Deum calcare pedibus intendit superbia. n. 156
 Dei beneficentia semper querit rationes, ut benefaciat. n. 161
 Dei misericordia erga homines. n. 162
 Dei misericordia major, quo major hominis miseria. n. 163
 A Deo plura fit amor, quam potentia. n. 165
 In Dei oculis hominum remedium. n. 169
 Dei assistentia necessaria principi. n. 185
 A Deo audita preces, antequam facta. n. 188
 Deus regnat imperanti justitia. n. 193
 Dei beneficentia, ex voluntate potius, quam ex mente. n. 201
 Deo oblatum magis nostrum manet. n. 235
 Deo oblatum multiplicatur. n. 236

A Deo solo puniendus est Rex. n. 267
 Dei ira placabilis. n. 302
 A Deo vindicatur injuria innocentis n. 315
 Ad Deum solum spectat punitio Regis. n. 325
 Deum declarat beneficentia. n. 345
 Dei solius est benefacere malefactoribus. n. 348
 A Deo quantum optetur princeps optimus. n. 395
 Deo aridet bona petitio. n. 398
 A Deo quanti fiat veritas. n. 427
 In Deo malorum oblivio. n. 441
 Deus odit fictiones. n. 506
 Deus cognitus Christus in cruce. n. 577
 Deum nolit agnoscere ingrata Iudæorum correspondentia. n. 583
 Deus factus homo sapienter amavit. n. 584
 Deus factus puer. n. 594
 Deus puer ob amorem. n. 595
 Deus puer, ut nos amet, & moveat. 596
 Dei, & hominis nativitas valde dispar. n. 597
 A Deo quanti fiat patientia. n. 607
 Deum non timet ambitiosus. n. 611
 A Deo pluri fit amor, quam sapientia. n. 618
 Dei filii mortem querere propria est actio. 620
 Deum damnat innocentie damnator. n. 622
 Deo accedit humilitas. n. 663
 Dei beneficentia erga malos. n. 676
 Dei similitudinem dat eucharistia. n. 684
 Dei similitudo ex sacramento altaris. n. 684

Diabulus.

Diabulus incoherenter tentans. n. 22
 Diabulus flagelum ingratitude. n. 24
 Diabolicum quidquid abjiciendum. n. 23
 Diabuli consilia malis Regibus placent. n. 496
 A Diabulo supplicium pro auxilio. n. 497
 Diabuli malitia major, quam ingrati. n. 600

Differentia.

Differentia amoris divini, & humani. n. 566

Diffidentia.

Diffidentia sola torquet amantem. n. 639
 Ex diffidentia tristatur amor. n. 640
 Diffidentia ex ingratitude. n. 291

Difficultas.

Difficultas regiminis. n. 98

Discursus.

Discursus Phariseorum, qualis. n. 709

Disimulator.

Qui dissimulat omnia, princeps non est. n. 98

Divinum.

Divina clementia velox. n. 32, & 34
 Divi-

Divinitatis argumentum est clementia. n. 39
 Divinæ clementiæ æmula ingratitude. n. 46
 Divinum est parcere offensori. n. 126
 Divinus amor cur abscondatur. n. 140
 Divinitatem Christi tegunt Iudæi. 599
 Divinitatis index patientia. n. 604
 Cum divina voluntate conformitas conformatur. n. 606
 Divina patientia est facere. n. 623
 Divini amoris humilitas valde excessiva. n. 643

Divisio.

Divisio perdit. n. 145

Divitiæ.

Divitiæ damnantur, eo quod damnant. n. 70

Dolor.

Dolores, ac injuriæ in Christo patiente. 605
 Dolor amoris ex diffidentia acerbior. n. 639

Dominatus.

Dominatus ex potestate. n. 448

Donum.

Dona divini amoris. n. 675
 Donatio ex amore. n. 672
 Donantis liberalitas, qui credit se accipere. n. 680

Donum summum eucharistia. n. 686
 Donum eucharistiæ majus dono crucis. n. 687
 Dona amoris pluri fiunt. n. 687
 Donum maximum eucharistia. n. 688.

E.

Educatio.

Educatio prava quantum noceat n. 540

Egestas.

Egestas bona. n. 50

Electio.

Electio optima, in qua superior subditis conformatur. n. 207
 In Electis Dei tribulatio. 274

Eloquentia.

Eloquentia suadet. n. 339
 Eloquentis in petendo, mutus in gratificando. n. 525

Epulæ.

Epularum adoratio insana. n. 682

Error.

Errores, quos pariat ingratitude. n. 426

Efus.

Efus animalium permissus. n. 682
 Iii 3 Eva.

Eva.

Eva edificata, seu formata. n. 15

Eucharistia.

Eucharistiæ amor excessivus Eucharistia quam fuerit conveniens. n. 666

Eucharistiæ, amoris, & humilitatis excessus. n. 668

Eucharistiæ largitas. n. 675

In Eucharistia Christi liberalitas. n. 681

In Eucharistia largitas Christi. n. 683

Eucharistia dat sapientiam. n. 683

Per Eucharistiam intellectus illuminatio. 683

Eucharistia dat similitudinem Dei. 684

Eucharistia nos reddit Christo similes. 685

Eucharistia summum donum n. 686

Eucharistia, peculiare opus omnipotentia. n. 170

Eucharistiæ donum majus dono crucis. n. 687

Eucharistiæ, donum maximum. n. 688

In Eucharistia, vita, & mors. n. 692

In Eucharistia excessus amoris. n. 694

Eucharistia, quale donum. n. 696

Excæcatio.

Excæcat odium. n. 701

Excæcat passio. n. 701

Excessus.

Excessus amoris in Christo dat vitam. n. 573

Excessus, qui videntur indigni maiestate, sunt, qui commendant sapientiam amoris. n. 576

Excessus Divini amoris est minui. n. 582

Excessus patientiæ fuit amor Christi erga Iudam. n. 609

Excessum amoris indicat patientia Christi erga proditorem. n. 610

Excessus summus Christi mors ignominiosa. n. 614, & 612

Excessus maximus, amorem & vitam prodigere. 616

Excessivus amor Christi erga Iudam. n. 617

Valde excessiva humilitas Divini amoris. n. 643

Excessus humilitatis Christi. n. 647

Excessus amoris, & humilitatis eucharistiæ. n. 668

Excessui humilitatis in Christo, respondit excessus ingratitude. n. 669

Excessus amoris in largiendo. n. 716

Excidium.

Excidium Reipublicæ sunt consilia pessima. n. 705

Excusatio.

Excusatio culpæ, damnabilis. n. 623

Excusatio sceleris, magnum scelus est. n. 215

Exemplum.

Exemplum malum acriter punitur. n. 26

Exemplum malum puniendum. n. 120

Exem-

Exemplum Regis in malo pessimum. n. 433

Exempli principis efficacia. n. 435

Exemplum principis facit legem suavem. n. 476

F.

Fabrica.

Fabrica hominis. n. 14

Falsitas.

Falsitas crudelis principis. n. 471

Falsitas quam gravis tentatio. n. 636

Falsitas quærelarum. n. 167

Fastidium.

Fastidium Cælestium, cum appetentia terrenorum. n. 96

Favor.

Favor valet apud principes etiam Cælestes. n. 342

Favor principis qualiter habendus. n. 370

Favor principis brevi durat. n. 371

Favoribus crescit ingratitude. n. 698

Fædus.

Fædus principis solam quærit convenientiam. n. 481

Felicitas.

Felicitat spes. n. 38

Felicitas cum ingratitude in vitiis. n. 551

Femina.

Feminarum mendacium impudens. 475

Feminae colendæ à viris. n. 515

Fictio.

Fictio, & dolus brevi durat. n. 209

Fictiones odit Deus. n. 506

Fictio, & simulatio valde crudelis. n. 635

Fidelitas.

Fidelitas Dei. n. 545

Fidelitas erga principem necessaria. n. 300

Fidelitas in verbo servando. n. 544

Fidelitas, & pietas cum corona raro junguntur. 549

Fides.

Fidei defectus parit desperationem. n. 66

Fides mortua sepelitur. n. 175

Fides orthodoxa in principe. n. 183

Filius.

Filii degeneres aliquando. n. 333

Filius erga parentem insolens, punitur insolentia. n. 374

Filii impii à parentibus impiis. n. 495

In Filiis parentum impietas. n. 504

Filium Dei se declarat Christus ad ingrati confusionem. n. 633

Filius Ner datur hominibus. n. 680

Fidu-

INDEX RERVM

Fiducia.

Fiducia nimia nocet. 527

Fragilitas.

Fragilitas minuit peccatum. n. 27
Fragilitas inest humanis rebus. n. 519

Fraus.

Fraudes ingratae ab innocentibus. n. 355
Fraus, & mendatium, quid odibile. n. 429
Fraudes multum torquent. 627

Fuga.

Fuga Davidis prudens. n. 253
Fuga aliquando est strenuitas. n. 255
Fuga Davidis rapida. 256

Futurum.

Circa futurum fieri debet consultatio. n. 706

G.

Generositas.

Generositas in parcendo. n. 267
Generosum se debet attendere princeps, ut conferat beneficia. n. 34

Gesebel.

Gesebelis supplicium. n. 515

Gloria.

Gloria tota Dei, & solius Dei est ignoscere. n. 85
Gloria aliena tormentum invidiae. n. 111
Gloriam propriam rejicit invidus, ne augetur aliena. n. 112
Gloria Christi est hominum remedium. n. 137
Gloria ex unione. n. 145
Gloriam Dei obtinet, qui remittit injuriam. n. 159
Gloria patris morientis in bello filii. n. 382
Gloriam immortalem dat virtus. n. 451

Gratia.

Gratia infunditur cordi devoto. n. 226
Gratia principis quando tuta. n. 317
Gratia apud principem levitas. n. 373
Gratiae Deo agenda cito. n. 529
Gratiae anticipatae impetrant beneficia. n. 530

Gratus.

Grati Deo pauperes. n. 8
Gratum se praebere, cui debet, nihil homini difficilius. n. 20
Grato unum beneficium apparet multiplex, sicut ingrato multiplex videtur nullum. n. 50
Gratitudo eripit à periculis. n. 140
Gratiani imperatoris largitas. n. 142
Gratitudo, & liberalitas in principe animos clientum aliciunt. n. 308
Grati-

NOTABILIVM.

Gratitudo lucrosa. n. 308
Ob gratitudinem multiplicantur beneficia. n. 309
Gratitudo, virtus divina. n. 530

Gubernatio.

Gubernatio morte ipsa durior. n. 120

Gula.

Gula cum idololatria jungitur. n. 72

H.

Haebrei.

Haebeorum ingratitude. n. 30
Haebrei ingratiissimi. n. 33
Haebrei populi spes una, ac falsa. n. 66
Haebreorum infidelitas ex vana spe. n. 66
Haebreus populus audacior demone. n. 69
Haebrei populi ad libitum Mesias. n. 69
Haebrei indignati contra Moysen, & Deum. n. 136
Haebreorum quaerimonia punita. n. 167
In Haebreis haereditaria ingratitude. n. 167
Haebreorum supplicium ignis. n. 168
Haebrei sine lege. 174
Apud Haebreos dignitas, & generatio judicis. 189
Haebreorum secunda captivitas. n. 542
Haebreorum stultitia. n. 710
Haebreorum supplicium unde. n. 720

Hypocrita.

Hypocritae Deo abominabiles. n. 506
Hypocritarum supplicium. n. 507
Hypocritas quantum odit Deus. n. 508
Hypocritism vita princeps. n. 509
Hypocrita pessimus. n. 510
Hypocritis odibilis Deo. 429

Homo.

Homini fabrica. n. 14
Nihil homini difficilius, quia se praebere gratum, cui debet multum. n. 20
Homini cur redemptio, & non Angeli. n. 27
In Hominebus ingratitude haereditaria. n. 29
Hominebus facilius obsequimur, quam Deo. n. 51
Homini est opus proprium destruere. n. 75
In Homine veluti naturale peccatum. n. 83
Homo saevior aliquando bestiis. n. 259, & 260
Ab Homine illatum supplicium est acerbissimum. n. 299
Humanarum rerum fragilitas. n. 519
Ex Homine supplicium durissimum. n. 525
Homo Deus factus sapienter amavit. n. 584
Homini, & Dei nativitas valde dispar. n. 597
Homines brutiores brutis reddit ingratitude. n. 601
Hominum Crudelitas erga Christum ex ingratitude. n. 626

INDEX RERUM

Hominum Crudelitas in patientiam Christi ostenditur. 629
 Hominum panis Christus. 665
 Erga Homines Christi liberalitas. n. 679

Homicidium.

Homicidium reputatur à judæis justitia. n. 713.

Honor.

Honoris via virtus. n. 50
 Honor non quæsitus sed oblatu magnifit. n. 106
 Honorem fugit, qui illo dignus est. n. 106
 Honor à Rege præstandus. n. 133
 Honores occidunt. n. 156
 Honorum despectus est eorum possessio. n. 192
 Honori suorum ministrorum consulat princeps. n. 193
 Honor magnus est in administranda justitia. n. 488
 Honor sine meritis non est. 479
 Honor ab honorato provenit. n. 502
 Honor ex principe. n. 515
 Honor antepositur vitæ. n. 613
 Honor Christi periculo expositus. n. 681

Hora.

Hora mortis, & amoris eadem in Christo. n. 630

Hostis.

Hostis major est hostis in periculis. n. 136
 Hostis, & proditor bonitatis est ingratus. n. 288

Hostis magnus minus nocet, quam consilium pessimum. n. 359
 Hostis numquam dispiciendus. n. 379
 Hostis crudelior est, qui se amicum fingit. n. 627

Humilis.

Humiles justi, superbi injusti. n. 154
 Humilium gravitas, & authoritas. n. 500
 Humilitas honoratur. n. 500
 Humilitas exaltat. n. 501
 Humilitas patiens prior affectus amantis. n. 641
 Ex humilitate incarnatio superior. n. 641
 Ex humilitate amor commendatur. n. 642
 Humilitas Divini amoris valde excessiva. n. 643
 Humilis amor. n. 644
 Humilitatis Christi excessus. n. 647
 Humilitas Christi excedit humanam mentem. n. 648
 Humilitas Christi fuit Petro admirabilis. n. 651
 Humilis amor Christi. 652
 Humilitas quantum fiat a Christo. n. 653
 Humilitas Christi profunda. n. 659
 Quia humilis Christus à Judæis contemptus. 660
 Humilitas Deo accedit. 663
 Humilitatis excessui in Christo respondit excessus ingratitude. n. 669

Sanctan-

NOTABILIUM.

I.

Iactantia.

Jactantia de peccato pessima. n. 362

Idolum.

Idolorum præcipuum aurum. n. 70
 Idolum multiplex est aurum. n. 71
 Idololatria sceptro potius adhæret. n. 194
 Idololatriæ stultitia, & iniquitas. n. 405
 Idolum datur potandum. n. 682
 Cum idololatria jungitur gula. n. 72

Ieroboam.

Ieroboam supplicium. 437
 Ieroboam impia felicitas. n. 532

Ieu.

Ieu electio in Regem. n. 511
 Ieu ingratus. n. 522

Ignavia.

Ex ignavia mortem sibi, quis infert. n. 286

Ignis.

Ignis puniendi est infidelitas. n. 84.
 Ignis ad puniendum. n. 90
 Ignis, supplicium Hæbreorum. n. 168

Ignominia.

Ignominia est mors. 612

Ignorantia.

Ignorantia consultorum cavilosa. 708
 Ignorantia ingratorum. n. 52
 Ignorantia viri mendacis. n. 153
 Ignorantia amoris in eo, qui amare nescit. n. 580
 Ignorantiæ alia, alia malitiæ Cæcitas. 587
 Ignorantia Petri in recusatione lavacri. n. 650
 Ignorantia ex malitia ingratitude. n. 666
 Ignorantia Iudæorum. 709

Ignoscere.

Ignoscere gloria tanto, & solius Dei est. n. 85

Illuminatio.

Illuminatio intellectus per eucharistiam. n. 683

Imago.

Imago Christi est, qui patitur. n. 281 & 282, & 283

Imitatio.

Imitatio vitiorum. n. 14

Impatiens.

Impatiens reprehensionis princeps. n. 443

Imperium.

Imperii introductio. n. 318
 Imperat felicius, qui Deo se subicit.
 n. 17
 Imperio dignissimus, qui illud recusat.
 n. 106
 Imperiorum ruina, est Religionis defectus. 432
 Imperii socium nemo patitur. n. 45

Impietas.

Impietas fert exitium. n. 440
 Impietas politicae rationis destruit,
 & non conservat. n. 447
 Impiorum memoria perdenda. n. 452
 Impietas ex ingratitude. n. 455
 Impietatis supplicium. 494

Incarnatio.

Incarnatio ex humilitate superior.
 n. 641

Inconstantia.

Inconstantia, & brevitates rerum humanarum. 372

Incuria.

Incuria principis plus nocet, quam error. n. 447

Index.

Index Divinitatis patientia. n. 604
 Index innocentiae certior taciturnitas. n. 622

Indignatio.

Indignatio principis non quiescit.
 n. 242
 Indignatio principis ex tyrannide, & ingratitude. n. 249
 Indignationis mala. 250
 Indignatio principis fugienda. n. 254
 Indignatio invidi major est quam odium hostis. 258
 Indignatio principis non abjicienda. n. 302

Indignus.

Ab indignis appetuntur dignitates.
 n. 154

Industria.

Industria praevallet viribus. n. 251

Infamatio.

Infamatio non emendat. n. 120

Infernus.

Inferno amor comparatus. n. 89

Infidelitas.

Infidelitas, ingratitudeis consequentia est. n. 21
 Infidelitatis comes ingratitude. n. 65
 Infidelitas Iudaeorum ex vana spe. n. 66
 Infidelitas igne punienda. n. 84
 Infidelitas punitur. 539
 Infidelitatis supplicium. n. 544

Infer-

Infortunium.

Infortunia solent accumulari. n. 356

Ingratitudo.

Ingratitudo Angelorum. 2
 Ingratus Lucifer. 3
 Ingratitudo augetur beneficiis. n. 54
 Ingrati sunt immemores. n. 5
 Ingratorum ignorantia. n. 6, & n. 7
 Ingratitudo est propria principum. n. 8
 Ingratissimorum pessimus, qui acceptis beneficiis, benefactorem offendit. 9
 Ingratitudo utitur beneficiis contra benefactorem. n. 10
 Ingratitudinis causa punitur lingua. n. 11
 Ingratitudinis supplicium. n. 11
 Ingratitudo etiam mansuetudinem eximiam compellit ad vindictam. n. 13
 Ingratitudo parens est, & palestra scelerum. n. 19
 Ingratitudo denegat acceptum munus. n. 19
 Ingratus odit veritatem. n. 20
 Quia ingratus infidelis Adamus. n. 21
 Ingratitudo hominis. 23
 Ingratitudinis punitio. n. 23
 Ingratitudinis flagellum Diabulus. 24
 Ingratus unus saevus Carnifex est alterius. n. 24
 Ingratitudo Luciferina. n. 25
 Ingratitudo Angelorum fuit maxima. n. 28

Ingratitudo haereditaria in hominibus. n. 29
 Ingratitudinis supplicium. n. 29
 Ingratitudo Haebreorum. n. 33
 Ingratus semper querulus. n. 37
 Ingratitudinis durities. n. 47
 Ingratos ut elevet superbos virga deprimat princeps. 42
 Ingratitudo aemula Divinae Clementiae. n. 46
 Ingratitudo parit rebellionem. n. 49
 Ingratorum ignorantia. 52
 Ingratorum multiplex beneficium videtur nullum, grato autem unum apparet multiplex. n. 53
 Ingratitudo comes infidelitatis. n. 65
 Ingratitudo semper falsa. n. 65
 Ingratorum oblivio. n. 68
 Ingratitudo appetit Deum esse facturam hominis. 69
 Ingratus est oblitus. n. 71
 Ingratus severe plectendus. n. 80
 Ingratorum, & superbiorum lapsus. n. 83
 Ingratitudo quando insanabilis. n. 98
 Ingrati difficiles, ut regantur. n. 99
 Ingratis opitulari principis est. n. 124
 Ingratitudo armatur lapidibus contra beneficia. n. 138
 Ingratitudo reprobationis signum. n. 139
 Ingratitudo ipsa est supplicium. n. 143
 Ingratitudo est omnino irrationalis. n. 144
 Ingratitudo, malum infectivum. n. 146
 Ingrati nomine, & memoria indigni. n. 146

Ingratitudo corruptionis incapax est. n. 158
 Ingratitudo gignit contrarietates. n. 167
 Ingratus armatur beneficiis contra benefactorem. n. 167
 Ingratitudo hæreditaria in Hebreis. n. 167
 Ingratitudo augetur beneficiis. n. 195
 Ingratitudo, nec etiam parcat benefactori mortuo. n. 166
 Ingratitudinis exempla. 198
 Ingratitudinis supplicium n. 200, & 200, & 210
 Ingratitudinem parit feliçtudo. n. 206
 Ingratus ille magis, qui sine meritis accepit beneficium. n. 211
 Cum ingratitude stare nequit obedientia. n. 212
 Ingratitudo est origo scelerum omnium. n. 219
 Ingratitudo privat Regno. n. 227
 Ingratitudo tyrannis est. 230
 Ingratitudo tyrannica, & Diabolica. n. 237
 Ingratitudo peior, quam Dæmon. n. 240
 Erga ingratos beneficentia gloriosior. n. 241
 Ingratitudo contagiosa est. n. 246
 Ingratus sine lege. 247
 Ingratus beluis est crudelior. n. 247
 Ingrati juramentum falsum est. n. 248
 Ingrati crudelitas major. n. 285
 Ingratus eligit mori, ne gratificetur. n. 287
 Ingratus est proditor, & hostis bonitatis. n. 288
 Ingratitudinis condiciones. n. 289
 Per ingratos beneficia odio compensantur. 289
 Ingratorum exempla. 290
 Ex ingratitude diffidentia. n. 291
 Ingratitudo timida, & malitiosa. 292
 Ingratitudinis crudelitas. n. 292
 Ingratitudinis timor, & malitia. n. 293
 Ingratitudo malum facile credit. 295
 Ingratitudinis vilitas. n. 306, & 307
 Ingratitudo principis punitur. n. 314
 Ingratitudinis superbia. 322
 Ingratus est impudens ad petendum. n. 347
 Ingratitudinis scelera. 359
 Ingratitudo insolens. n. 365
 Ingratitudo in principem valde potens. n. 395
 Ingratitudo radix malorum n. 409
 Ingratitudo lacerat purpuram. n. 420
 Ingratitudo maxima beneficiis offendere. n. 421
 Ingratitudinis cæcitas. n. 422
 Ingratitudo, quos errores pariat. n. 426
 Ingrati odium in beneficos. 465
 Ingratitudo vulnerat animam. n. 491
 Cum ingratitude superbia jungitur. n. 499
 Ingratitudo est vitium hæreditarium. n. 524
 Ingratitudinis præfagium est multiloquium. n. 525
 Ex ingratitude appetitus depravatus. n. 95
 Ingratitudo principis, ruina imperii 546
 Ingratitudinis crudelis crudele supplicium. n. 547
 Ingratitudo ruinam affert. n. 553
 Ingratitudo Iudæorum erga Christum. n. 555

Erga

Erga Ingratos amor excessivus. n. 568
 Ab Ingratis delictum reputatur beneficium. n. 590
 Ingratitudo pro lege reputatur. n. 592
 Ingrati malitia, major, quam Diabuli. n. 600
 Ingratitudo reddit homines brutiores brutis. n. 601
 Ingratitudinis cæcitas in Iudæis. n. 602
 Ingratitudo Iudæorum major Dæmonis malitia. n. 612
 Ingratitudo Iudæorum graviter sauciavit Christum. n. 608
 Ex ingratitude odium. n. 621, & 631
 Ex ingratitude crudelitas hominum erga Christum. n. 626, & 636
 Ingratitudo crudelis. n. 630
 Ingrati contra benefactorem crudeliter. n. 631
 Ad ingrati confusionem Christus se filium Dei ostendit. n. 633.
 Ingrati manu inflicta vulnera crudeliora. n. 638
 Ingratitudo multum vulnerat. n. 638
 Ingratitudinis contemptus erga Christum. n. 661
 Ingratitudo despicit. n. 661
 Erga ingratos miracula contemnuntur. n. 662
 Ex ingritudinis malitia, ignorantia. n. 666
 Ingratitudo major in redemptione. n. 670.
 Erga ingratos Christi amor liberalis. n. 676
 Ingratitudo ad amorem Dei. n. 676
 Ingratitudo crescit favoribus. n. 698
 Ex ingratitude cæcum odium. n. 698
 Ingratorum odium lethale. 700
 Apud ingratos beneficia, & miracula sunt scandala. 700
 Ingratitudo Iudæorum, qualis. n. 714
 Ex Ingratitudine, odium in Christum. n. 717
Inimicus.
 Inimici Dei, qui veritatem impugnant. n. 456
Iniquitas.
 Iniquitas Iudæorum tribunalis. n. 713
Injuria.
 Injuriarum oblivio major, major victoria. n. 270
 Injuria ac dolores in Christo patiente. n. 605
 Injurie, quas nostri nobis inferunt, valde lædunt. n. 322, & 323
Injustitia.
 Injustitia multum dedecet Regem. n. 316
 Injustitia principis, Deum provocat. n. 480
 Injustitia est ruina Regnorum. n. 705
Innocentia.
 Innocentiam destruit ambitio. n. 22
 Innocentia reputatur crimen apertis. n. 262
 Innocentia lapidibus petitur n. 468
 Innocentia patiens regnat. 284
 Innocens injuria vindicatur a Deo. n. 315

Ab

INDEX RERVM

Ab innocentibus fraudes ignoratæ.
n. 355
Innocentiam damnans, corona privatur. n. 445
Innocentiæ damnator, Deum damnat. n. 622
Innocentiæ certior index taciturnitas. n. 622
Innocentia per odium damnatur. n. 632
Erga innocentes sæviores sunt tyranni. n. 32
Cum innocente tantum zelus inesse debet. n. 129

Inobedientia.

Inobediens Adamus. n. 20
Inobedientia Deo in principe majus peccatum. n. 213
Inobedientia caret excusatione. n. 220
Inobedientia instar idololatriæ n. 224

Insolens.

Insolens filius erga parentem ipsa punitur insolentia. n. 374

Integritas.

Cum integritate clementia. n. 166
Integritas in puniendo amicos. n. 166

Intellectus.

Intellectu pollet, qui parcat. n. 265
Intellectus ex vexatione. 279
Intellectus ad operandum efficax. n. 559

Intellectus magis dolet. 615
Intellectus illuminatio per eucharistiam. n. 685

Ineritus.

Ineritus perverforum certus. n. 538

Invidia.

Invidia odium inextinguibile. n. 715
Invidia quodammodo interpretatur veritatem. n. 590
Invidia cæca, & infana. 708

Ioas.

Ioas ingratitude. n. 529, & 531

Ioseph.

Ioseph castus. n. 703
Ioseph somnia odiosa. n. 708

Iosue.

Iosue felix generatio, & mors. n. 184

Ira.

Ira, & indignatio quando sancta. n. 80
Ira nocet principi. n. 123
Ira maximus in principe defectus est. n. 249
Ira Dei placabilis. n. 302

Iracundia.

Iracundia principis durante, supplicium non est exequendum. 78.
Iracun-

NOTABILIVM.

Iracundia in defendenda patientia.
n. 625

Iudas.

Iudas proditor ingratus. n. 208
Erga Iudam amor Christi excessus patientiæ fuit. 609
Erga Iudam amor Christi excessivus. n. 617
Iudæ crudelitas maxima. n. 639
Iudæ amor in Christo. n. 649
Iudæ durissima obstinatio. n. 658

Iudæi.

Iudæorum pœna. n. 176
Iudæorum ingratitude erga Christum. n. 555
Iudæi scire nolentes. n. 579
Iudæorum ingrata correspondentia nolit Deum agnoscere. n. 583
Iudæi quam infensi veritati. n. 589
Iudæi tegunt Christi Divinitatem. n. 599
In Iudæis ingritudinis cæcitas. n. 602
Iudæorum ingratitude major dæmonis malitia. n. 602
Iudæorum ingratitude graviter fau-
siavit Christum. n. 608
Iudæorum crudelitati major Pilati
crudelitas. n. 634
A Iudæis Christus contemptus, quia
humilis. n. 660
A Iudæis miracula crimina sensentur
n. 703
Iudæi consiliiarii, quales. n. 708
Iudæorum ignorantia. 709
Iudæorum tribunalis iniquitas. n.
713
Iudæorum ingratitude, qualis. 714

Iudex.

Iudex sit sine crimine. n. 122
Iudicis dignitas est gubernatio apud
Hæbreos. n. 189
Si iudex est amor læsus graviter pu-
nit. n. 719

Iudicium.

Iudicium de aliis à se ipso, quis for-
met. n. 244
In iudicando tota mens, & ratio. n.
707
Iudicium errat, quando iudicat vo-
luntas. n. 701
Iudicium ante iustitiam. n. 297

Iuramentum.

Iuramentum ingrati falsum est. 244

Iusti.

Iusti humiles, iniusti superbi. n. 154

Iustitia.

Ex iustitia beneficus Deus. n. 43.
Iustitia in bello. n. 63
Iustitia Dei lenis. 147
Iustitia imperante Deus regnat. 193.
Iustitia principis in maturitate cre-
dendi, & rectitudine damnandi.
n. 296
Iustitiæ causa dat victoriam. n. 377
Iustitia admittit accusationem, & de-
fensionem. 297
Iustitia dat perpetuitatem Regni. n.
397
Iustitia, & religio in principe. n. 431

INDEX RERUM

Iustitia conservatur regnum. n. 554
 Iustitia simulata pejor odio manifestata. n. 635
 Iustitia reputatur à Iudæis homicidium. n. 713
 Iustitiæ honor.

L.

Labor.

Laborum patientia facit Regem. n. 274
 Labores æstimandi. n. 275
 Laborum, & molestiarum bona. n. 277
 Labores afferunt felicitatem. n. 282
 Labores sustinendi in vita, & non evitandi quæsitæ morte. n. 287
 Labor ad gloriam via. n. 448

Lachrima.

Lachrimæ non tam erga principem mortuum, quam erga subditos, qui manent vivi. n. 178
 Lachrimæ impetrant veniam. n. 216
 Lachrimæ curant, & rigant. n. 217
 Lachrimæ ex amore. 672

Largitas.

Largitas amantis, sine limite. 673
 Largitas Eucharistiæ. 675
 Largitas manifestat amorem. 678
 Largitas Christi in Eucharistia. 683
 Largitas amoris Christi excessiva. n. 715

Lazarus.

Lazari resurrectio mirabilis. n. 702

Laws.

Laude aliena punitur invidus. n. 122

Levitas.

Levitas temperanda est severitas. n. 81
 Levitas severitati miscenda est. 147, & 148

Lex.

Lex scripta, & lex gratiæ, in quo differant. 174
 Sine lege Hæbrei. 174
 Sine lege ingratus. 247
 Legis observatio conservat principem. n. 436
 Legem facit suavem principis exemplum. 476
 Pro lege reputatur ingratitude. 592

Liberalitas.

Liberalitas Dei. n. 74
 Liberalitas major ingratitude Regia est. n. 245
 Liberalitas, & ingratitude principis alliciunt animos clientum. n. 308
 Liberalitas principis insigne. n. 310
 Liberalitas dat titulum Regis. 406
 Liberalitas principis, qualitas. 470
 Liberalitatis amor. n. 671
 Liberalitatis amor Christi erga ingratos. n. 676
 Liberalitas amoris. n. 677
 Liberalitas Christi erga homines. n. 679
 Liberalitas donantis, qui credit se accipere. 680

Libe.

NOTABILIVM.

Liberalitas Christi in Eucharistia. n. 681
 Liberalitas amoris Christi. n. 697
 Ex liberalitate miracula. n. 698
 Liberalitas Christi. 716

Libertas.

Pro libertate mors dechora est. n. 37
 Libertas potius, quam vita. n. 37
 Libertas principis inesse debet. n. 406

Lingua.

Lingua punitur ingratitude causa. n. 11
 Lingua nequitia, & damna. n. 91
 Lingua perversitas. n. 92
 Lingua detractoris peior Diabulo. n. 92
 Lingua servorum contra Dominos. n. 94
 Lingua, quæ aptior ad necandum. n. 94
 Lingua principis, qualis? n. 513

Lucifer.

Lucifer ingratus. n. 3

M.

Magistratus.

Magistratibus non respicienda est persona, sed causa. n. 711
 Magistratus esse debet independens. n. 712

Magnanimitas.

Magnanimitas in contemptu honorum. n. 192

Magnificentia.

Magnificentia Dei erga Salomonem n. 394

Majestas.

Majestas subiecta pulchritudini. n. 407
 Majestas etiam à tyrannis colitur. n. 516
 Majestas deponitur per amorem. n. 646

Maledici.

Maledici vident crimina acutius Diabulo. n. 92
 Maledici turbant Rempublicam. n. 132

Malitia.

Malitia auget peccatum. n. 27
 Malitia caret venia. n. 226
 Malitia est morbus lethalis. n. 369
 Malitia major ingrati, quam Diabuli. n. 600
 Malitiâ Dæmonis major Iudæorum ingratitude. n. 602

Maliciosus.

Maliciosus est stultus. n. 218

Malum.

In malo Regis exemplum pessimum. n. 433
 Mali, & boni mixtura reprobatur. n. 16
 Malum bono vincere ingens victoria est. n. 93
 Mala formidata sunt vera mala. 141
 Mala absentiae plus timentur. n. 141.
 Malum infectivum ingratitude. 146
 Malos vincit bonitas. n. 268
 Malorum radix ingratitude. n. 409.
 In malo radix exemplum pessimum. n. 433
 Malus ne sit gratus, nequit esse victor. n. 526

Manus.

Manus principis vincerat. n. 61
 Manus principis ligari non debent. n. 310
 Manu ingrati inflicta vulnera crudeliora. n. 638

Manusuetudo.

Manusuetudinem etiam eximiam compellit ad vindictam ingratitude. n. 13
 Manusuetudo, & clementia uniri debent. n. 40

Martirium.

Martirium procurantis amor maximus. n. 619
 Martirium est absentia. n. 690

Memoria.

Memoria supplicii decet. 64
 Memoria beneficii, oblivio injuriae. n. 440
 Memoria beneficiorum torquet ingratos. n. 442
 Memoria impiorum perdenda est. n. 452
 Memoria impii debenda. 521

Mendacium.

Mendacium vile est. 153
 Mendacis viri ignorantia. n. 153
 Mendacium, & fictio detestabilia. n. 428
 Mendacium feminarum impudens. n. 475
 Mendacium placet principi, displicet veritas. n. 493

Mens.

Mens, & ratio sola in judicando. n. 707
 Mentis lucem excæcat animi obstinatio, ut sit ingratus. n. 586
 Mentem humanam excedit Christi humilitas. 648

Mensura.

Sine mensura conferenda sunt beneficia. n. 74

Meritum.

Merita honorant. n. 50
 Meritum fidei cum certitudine presentiae. n. 603

Meri-

Merita sunt honor. n. 479
 Meritum salvat. n. 257
 Merita, & demerita majorum populi causant felicitatem, & miseriam n. 202
 Qui sine meritis accepit beneficium ingratus magis. n. 211

Messias.

Messias ad libitum populi. n. 69

Metus.

Metus in periculis est major hostis. n. 136
 Metus est contra vitam, & honorem. n. 136
 Metus est peior ipsa morte. n. 136
 Metus dedecorat. 450
 Ex metu, & negligentia perditur sceptrum. n. 452

Ministri.

A ministris placandus est princeps, quando irascitur. 73
 In ministris principis obedientia. n. 160
 Ministri Dei, & sacerdotes à principe honorandi. 223
 Minister bonus à principe magni faciendus. n. 303
 Ministrorum ambitione pejor cupiditas principis. n. 474
 Ministri proniores ad nocendum, quam ad benefaciendum. n. 485

Miraculum.

Miraculorum probatio. 56
 Miracula consentur crimina à Judæis n. 703

Miracula, & beneficia apud ingratos sunt scandala. 700
 Miracula ex liberalitate. n. 698
 Miracula erga ingratos contemuntur. n. 662
 Miracula Christi efficacia. n. 714
 Miraculorum, & patientiae vis. 273
 Miracula non sunt speranda deficiente industria. n. 135

Miseri.

Miseri, & pauperes quærendi sunt ad remedium. n. 125

Miseria.

Miseria hominis. n. 163

Misericordia.

Misericordia Dei in parcendo. 142
 Misericordia Dei erga ingratos. 536
 Misericordia Dei erga homines. n. 162
 Misericordia Dei erga miseros. 536

Modus.

Modus imponendi tributa. n. 4175 & 419.
 Modus dedecorat. n. 450
 Modus amandi optimus. n. 585.

Moyfes.

Moyfis sermo ad populum. n. 174
 Moyfes vicinus morti canit. n. 176.
 Moyfis sepulchrum nescitur. n. 179.

I N D E X R E R V M

Mora.

Mora minuit beneficium. n. 312

Morbus.

Morbi causa est ipsius remedium. n. 170

Morbus lethalis vita ipsa. n. 338.

Mors.

Post mortem vita injusto. n. 179

Morte gravior despectus. n. 31

Mors pro libertate dechora est. n. 37

Mors est societas in regimine. n. 101

Morte ipsa durior gubernatio. n. 102

Mors in regimine. n. 103

Cum morte, & sepulchro voluptas. n. 110

Morte ipsa pejor est metus. n. 136

Mors desiderata non videtur mors. n. 141

Ex morte vita. n. 170

Mors Moyfis lugetur. n. 178

Mortis imago passiones frænat. n. 152

Mors sibi illata ex ignavia. n. 286

Morte quæsitæ non sunt evitandi labores. n. 287

Mori eligit ingratus, ne gratificetur. n. 287

Mors prolixa est vita temporalis. n. 337

Mors anteponitur dedecori. n. 346

Mors ignominiosa Christi excessus summus. n. 612

Mors est ignominia. n. 612

Mors ignominiosa Christi excessus maximus. n. 614

Mors Christi voluntaria, & ex amore. n. 615

Mortem quærere filii Dei actio est propria. 620

Morti similis patientia. 621

Mortis hora, & amoris eadem in Christo. n. 630

Mors amantis est absentia. n. 691

Mors, & vita in Eucharistia. n. 692

Mors, & servitus idem sunt. n. 37

Motivum.

Motiva eruit ingratitude ex majori amoris excessu; ut beneficiorum sit immemor. n. 581

Mulier.

Mulier quam sit damnosa viris. n. 404

Mulieris potentia Diabolica. n. 404

Multiloquium.

Multiloquium est præfagium ingratitude. n. 525

Mundus.

Mundi hujus voluptas, labor, & bellum est. n. 79

Munus.

Munus acceptum denegat ingratitude. n. 19

Munera Dei quam larga. n. 674

Murmuratio.

Murmuratio ad tegendas proprias culpas. n. 46

Mur-

N O T A B I L I V M.

Murmuratio populi. n. 51

Murmuratio infamat nobiles. n. 93

N.

Natale.

Natale solum non dignificat. n. 40

Nativitas.

Nativitas hominis, & Dei valde dispar. n. 597

Negligentia.

Negligentia principis damnosa. 251

Nobilis.

Nobiles infamat murmuratio. n. 93

Nobilitas.

Nobilitas ad benedictionem. n. 94

Nobilitas sine virtute nulla est. n. 334

Nobilitatis peccata sunt illius oprobria. n. 335

O.

Obedientia.

Obedientia in ministris principis. n. 160

Obedientia imperfecta non examinat. n. 164

Obedientia examen periculosum. n. 164

Obedientia stare nequit cum ingratitude. n. 212

Obediens aptior est ad regnandum. n. 214

Obedientia cæca debet esse. n. 220

Obedientia confert splendorem. 477

Obedientiæ perfectio prodest. n. 527

Oblatum.

Oblatum Deo, magis nostrum manet. n. 235

Oblatum Deo multiplicatur. n. 236

Oblivio.

Oblivio beneficiorum. 19

Oblivio ingratorum. 68

Oblitus est ingratus. n. 71

Oblivio malorum in Deo. 441

Observantia.

Observantia erga Deum est punire culpas contra religionem. n. 85

Observantia legum conservat principem. 436

Obstinatio.

Obstinatio animi excæcat lucem mentis, ut sit ingratus. n. 586

Obstinationis cæcitas fuit ingratitude. n. 588

Circa obstinatum amor excessivus. 657

Obstinatio Iudæ durissima. n. 658

Occasio.

Occasio peccati quæritur. n. 72

Occasio infectationis est patientia. n. 630

Occasio non ommittenda. n. 365

Occasias.

Ocofias.

Ocofiæ mors pronunciata. n. 503

Oculi.

Oculi principis benefici. n. 130
In oculis Dei remedium hominum.
n. 169
Oculus principis creat homines. n.
230
Oculi amoris, & odii, quales. n. 703

Odium.

Odium, & invidiam parit potestas
principum. 49
Odium est etiam hæreditas. n. 60
Odium invidi sæviffimum. n. 240
Odii effectus. 242
Odium ex amore efficacius. n. 330
Odium, & amor hostes confilii. 483
Odium ex ingratitude. n. 631
Per odium damnatur innocentia. n.
632
Odio potior justitia simulata. n. 635
Odium cæcum ex ingratitude. n.
621, & 631
Odium ingratorum lethale. n. 700
Odium excæcat. n. 701
Odii, & amoris oculi, quales. n. 703
Odium inextinguibile invidia. 715
Odium in Christum ex ingratitude.
n. 717
Odium magis intestinum, quod plus
infamat. 718

Odor.

In odoribus, & saporibus dilitiæ. n.
95

Offensa.

Offensa gravior, ex majore benefi-
cio. n. 26
Offensori parcere est quid Divinum.
n. 126

Omnipotentia.

Omnipotentia ex clementia apparet
n. 77

Onus.

Onus grave regimen. 99

Oprobrium.

Oprobriis excipitur veritas. n. 470
Inter oprobria admirabile est confi-
lium. n. 621

Opus.

Opus proprium destruere hominis
est. n. 75
Opera plura inferuntur ex verborum
paucitate. n. 233
Operatio continua amoris. n. 678

Oratio.

Oratio vincit hostes. n. 61
Orationis vis. n. 61

Os.

In Ore proprio laus nulla manet. n.
83
Oris, & cordis conformitas. n. 181

Pha-

P.

Pharao.

Pharaonis audacia. n. 43

Pharisei.

Pharisei peiores Dæmoniis. n. 699
Phariseorum discursus qualis. n. 709

Panis.

Panis ad caput Eliæ, quid? n. 683
Panc sacro etiam succurrendum est
principi. 257
Panis hominum Christus. 665

Parcere.

Cum parcit princeps, tunc exalta-
tur. n. 130
Qui parcit intellectu pollet. 265
In parcendo generositas. n. 267

Paritas.

Paritatem odit scientia. n. 18

Passio.

Passiones frænât mortis imago. 252
Passio nihil rectum operatur. n. 606
Passio excæcat. 707
Passio Christi ostendit redempto-
rem. n. 578

Pater.

Patrum impietas in filiis. n. 504
Patris instar est princeps. n. 318

Pater, & pastor princeps. n. 320
Pater honorandus. 375
Patris amor, & pietas. n. 388
A patribus impiis filii impii. n. 495

Patientia.

Patientia ex dependentia. n. 49
Patientia constituitur princeps. n.
123
Patientia in injuriis. 131
Patientia figurat Christum. n. 159
Patientia insuperabilis. n. 270
Patientia necessaria. 271
Patientiæ robur, omnia vincit. n. 171
& 173
Ex patientia princeps. 274
Patientiæ nobilitas. n. 281
Patiens est Dei imago. 281, & 282,
& 283
Patientia in laboribus prudentia est.
n. 357
Patientia index divinitatis. n. 604
Patientia Christi admiratione digna
n. 607
Patientia quanti fiat à Deo. n. 607
Patientia Christi erga Iudam indi-
cat amoris excessum. n. 610
Patientia Christi erga damnatum fuit
maxima. n. 611
Patientia similis morti. n. 621
Patientia Divina est tacere. n. 623
Patientia in tacendo mirabilis. 624
Patientia quomodo loquendo appa-
reat. n. 625
Patientia est occasio insectationis. n.
630
Patientia, quæ major tentatio. 634
Patientiæ tentatio qualisnam gra-
viffima. 636
Patientia ex amore. n. 637

Mmm

Pa-

INDEX RERUM

Patrocinium.

Patrocinium in Aula efficax. n. 340

Pauperes.

Pauperes-Deo grati. n. 8
Pauperes, & miseri quærendi sunt ad remedium. n. 125

Paupertas.

Paupertas in rege honor. 433

Pax.

Pax optanda, ut optima. 63

Pæna.

Pæna timenda est. n. 25.
Pæna gravissima est exilium. n. 29
Pæna Iudæorum. n. 176
Pæna præsent. n. 276
Ad pœnas, & merita solum utilis vita. n. 597

Penitentia.

Penitentia delet crimina. n. 558

Peccatum.

Peccatum minuit fragilitas, malitia auget. n. 27
Peccata magis punit Deus quando scribit. n. 128
Peccata vitam tollunt. 400
Peccatum sui ipsius supplicium est. n. 177

Peccata principum non evadunt supplicium. n. 325
Peccata nobilium sunt illorum opprobria. n. 335
Peccata populi in principem recidunt. n. 433
Peccata multorum tribuuntur uni auctori. n. 438
Peccata contra religionem puniuntur. n. 457

Periculum.

A periculis eripit gratitudo. n. 140
Periculum multiplex parit invidia. 259
Pericula subeunda à principe pro suis. n. 393
Periculo expositus honor Christi. n. 681

Permanentia.

Permanentia beneficii admirabilis. n. 692

Perpetuitas.

Perpetuitas amoris ex sapientia. n. 563
Perpetuitas beneficii, unde? n. 696

Persecutio.

Persecutio, & vexatio dat regnum. 284

Persona.

Persona non respicienda est à magistratibus, sed causa. 611

Per-

NOTABILIVM.

Perversitas.

Perversitas consiliorum. qualis. 704

Pestis.

Pestis consiliorum. qualis. n. 712

Petere.

Ad petendum impudens est ingratitude. n. 348
Petere est quid difficile. n. 125
Petitio bona arridet Deo. n. 398

Petrus.

Petri ignorantia in recusatione lavachri. n. 650
Petro admirationi fuit Christi humilitas. n. 651

Pietas.

Pietas, & fidelitas cum corona raro junguntur. n. 549

Pilatus.

Pilati crudelitas Iudæorum crudelitate major. n. 634

Politica.

Politica contra Dei legem pessima. n. 430

Populare.

Populare testimonium in pluris faciendum. n. 56

Populus.

Populi ingrati supplicium, Rex tyrannus. n. 229
Populus vult exploratores lapidare. n. 137
Populus ad malum pronus. n. 353
Populus caute tractandus à principe. n. 414
Populi felicitas, vel infelicitas à majorum meritis, vel demeritis. n. 202
Populo, & non principi placet veritas. 473
Populi correspondentia erga Deum. n. 719

Potentia.

Potentia juncta cum ignorantia. n. 22

Potestas.

Potestas principum invidiam parit, & odium. n. 47.

Præcepta.

Præcepta superiorum non sunt examinanda. n. 164

Præces.

Præces à Deo auditæ, antequam fusa. n. 188

Prælatus.

Prælatus bonus esse debuit bonus subditus. n. 213

M m m 2

Præ-

INDEX RERVM

Præsentia principis urget. n. 58
 Ex præsentia sola principis remedium. n. 58
 Præfens contemnitur absens colitur. n. 178

Princeps.

Principum propria est ingratitude. n. 8
 Principis clementia. 34
 Princeps ad se generosum debet attendere conferendo beneficia. n. 34
 Principis majestatem declarat clementia. n. 41
 Princeps virga deprimat superbos, & ingratos elevet. n. 42
 Principum potestas invidiam parit, & odium. 47
 Princeps quos debet habere consiliarios. n. 57
 Principis præsentia urget. n. 58
 Ex principis præsentia remedium. n. 58
 Principem quantum deceat clementia, & benignitas. 59
 Principis manus vincunt. n. 61
 Principis absentia nocet. n. 67
 Princeps à ministris placandus, quando irascitur. n. 73
 Principum virtus est clementia. n. 76
 Principe non tam digna severitas, quam clementia. 76
 In principe delictorum venia. n. 77
 Principis iracundia durante, supplicium non est exequendum. n. 78
 A principe puniendæ sunt Religionis culpæ. n. 8.
 Princeps dissimulans culpas, est earum particeps. n. 82
 In principe amor subditorum. n. 86

Princeps qualis in puniendo. n. 87
 Principes potius, quam subditi puniendi. n. 93
 Principis peccatum, est peccatum subditorum. 93
 Princeps non est, qui omnia dissimulat. n. 98
 Princeps adhibet consiliarios. 100
 Princeps non tam proprias, quam suorum injurias puniat. 119
 Princeps malus delet de malo subditorum. n. 123
 Principi interdum utilis de illo detractio. n. 123
 Princeps talis sit patientia. n. 123
 Principis est opitulari ingratum. n. 124
 Princeps exaltatur cum parcat. 130
 Principis oculi benefici. n. 130
 Principis beneficentia. n. 130
 A principe implenda promissio. 149
 In principe potior acritas, quam potestas. n. 150
 Principis virtus peculiaris est veritas. n. 152
 Principem dedecet mendacium. n. 153
 Principe mortuo plus debent deplorari clientes, qui manent vivi. n. 178
 In principe fides orthodoxa. n. 183
 Principi necessaria est assistentia Dei. n. 185
 Princeps unus, & naturalis debet esse. n. 187
 Princeps consulat honori suorum ministrorum. n. 193
 Principum ingratitude. n. 203
 Princeps esse debet optimus. n. 205
 Princeps debet esse sanctus. n. 205
 Princeps non debet deesse cultui divino. n. 221

Prin-

NOTABILIVM.

Principem defendit observatio divini cultus. n. 222
 A principe honorandi ministri Dei, & sacerdotes. n. 223
 Princeps ingratus non durat. n. 229
 Principis oculus homines creat. 230
 Principis indignatio non quiescit. n. 242
 Principis indignatio ex tyrannide, & ingratitude. n. 249
 In principe maximus defectus est ira. n. 249
 Principis vigilantia necessaria. n. 251
 Principis indignatio fugienda. n. 254
 Principi succurrendum est etiam pane sacro. n. 257
 A principe semper audiendus est reus. n. 262
 Princeps non offendendus, sed defendendus. n. 266
 Principis punitio ad Deum expectat. n. 267
 Princeps ex patientia. n. 274
 Principes faciliores ad vindictam, quam ad gratificationem. n. 294
 Principis ambitio hostis. 298
 Princeps est medicus. n. 300
 Principis ingratitude punitur. n. 314
 Princeps ejusdem sanguinis cum vassallis. n. 317
 Princeps instar patris. n. 318
 Princeps pater, & pastor. n. 320
 Principis obligatio ad opitulandum. n. 321
 Apud principes etiam cœlestes favor valet. n. 342
 Princeps ductus pessimo consilio pessimus. n. 361
 Principem facit virtus. 362
 Principis gratia quando tuta. n. 370
 Principis favor brevi durat. n. 371
 In principe zelus publici boni. 391
 Princeps bono publico privatum anteponat. n. 392
 Princeps optimus, quam optetur à Deo. n. 395
 In principe cor bonum. 395
 In principe docilitas ad judicandum. n. 396
 Princeps mundanus quos protegat. n. 398
 Princeps temperatus esse debet. 405
 Principi libertas inesse debet. n. 406
 Princeps alieno arbitrio non tradatur. n. 406
 Principis cupiditas est ingratitude. n. 411
 Princeps esse debet pastor. n. 412
 Princeps parce exigat tributa. n. 413
 A principe caute tractandus populus. n. 414
 Princeps debet levare, & non gravare subditos. n. 415
 Princeps alendus, & tegendus à subditis. n. 418
 Principis est conservare, & non destruere. n. 419
 Principem conservat veritas. n. 427
 In principem recidunt peccata populi. n. 433.
 Principis sunt peccata subditorum. n. 434
 Principes falsa religio destruit, sicut vera conservat. n. 436
 Principem conservat legis observatio. n. 436
 Principum ruina est impia ratio status. n. 499
 Princeps impatiens reprehensionis. n. 443
 Principis incuria plus nocet quam error. n. 449
 Princeps non esset malus si deessent adulatores. 459

M m m 3

Prin-

INDEX RERUM

Princeps memor injuriæ. n. 462
 Principum iniquitati non defunt co-
 operatores. 468
 In principe præcipuum est virtus. n.
 471, & 488
 Principis cupiditas peior ambitione
 ministrorum. 474
 Princeps in distribuenda justitia o-
 stenditur. n. 476
 Principem conservat observantia le-
 gum. 477
 Princeps patiatur moneri. 488
 A principe amanda est veritas. n. 489
 Princeps hypocrisim, & fraudes vi-
 tet. n. 509
 Principe indigna convitia. 512
 Principis verborum efficacia. n. 514
 Princeps temperatus sit. n. 515
 Principes ingrati esse solent. n. 530
 Principis ingratitude, ruina imperii
 n. 546
 Principes boni sunt pauci. n. 548

Principatus.
 Principatus initium fere semper glo-
 riosum. 209
 Principatum firmat clementia. n. 301

Probitas.
 Probitas firmat imperium. n. 397
 Sine probitate non durat vita. n. 399

Prodigalitas.
 Prodigalitas amoris absque sapien-
 tia. n. 564

Proditor.
 Proditor, est hostis bonitatis est in-
 gratus. n. 288

Proditio.
 Proditio ex ambitione. n. 354

Promissio.
 Promissio à principe implenda. 149

Prosperitas.
 Prosperitas excæcat. 278
 Prosperitas Deum ignorat. n. 394
 Prosperitas quantum noceat. n. 550
 Prosperitas obnoxia periculis. n. 552

Protectio.
 Protectio miserabilium est Deo glo-
 ria. n. 137
 Protectio fidei ex convenientia tem-
 porali iniqua. 543

Providentia.
 Providentia Dei erga homines. n. 36

Proximus.
 Proximi offensa, quam gravis. 410

Prudentia.
 Prudentiæ munus cavere. n. 462

Puer.
 Puer Deus factus. 594
 Puer Deus ob amorem. n. 595
 Puer Deus, ut nos amet, & moveat.
 n. 597

Punitio.
 Punitio principis ad Deum expectat.
 n. 267

Puni-

NOTABILIMUM.

Punitio ingratitude. 441
 Punitio regis spectat ad solum Deum
 n. 325
 Punitio insolentia. 498

Puteus.

Sicut puteorum altitudo, sic appeti-
 tio divitiarum, n. 191

Q.

Qualitas.

Qualitates, & conditiones in-
 gratitude. 289

Querulus.

Querulus semper ingratus. n. 289

R.

Ratio.

Ratio superat. n. 378
 Rationis politica impietas
 destruit, & non conservat.
 n. 447
 Ratio amoris dux. 566
 Ratio, & mens sola in judicando. n.
 707

Rebelio.

Rebelio ex ingratitude. n. 68
 Rebelione indignatur Deus. n. 73
 Rebelium supplicium. 177

Resipiscencia.

Resipiscencia cum gratitudine datur.
 n. 324

Restitutio.

Restitutio dat Regi regnare. 228

Recusatio.

In recusatione lavachri Petri igno-
 rantia. n. 650

Redemptor.

Redemptorem ostendit passio Chri-
 sti. n. 578
 Redemptio hominis ex amore. n. 565
 In redemptione ingratitude major.
 n. 670
 Redemptio hominis, & non Angeli
 unde? n. 27

Reformatio.

Reformationis difficultas. 504
 Reformatio quid exigit. n. 505

Regere.

Regentis timor. n. 102
 Vt regantur ingrati difficiles. n. 99

Regimen.

Regiminis difficultas. 98
 Regimen onus grave. 99
 Regimen fugiendum. n. 105
 Regimen detractandum. 106
 In regimine societas mors est, & non
 toleratur. n. 101
 Regimen malum sub malo principe.
 n. 546
 In regimine consiliiarii. n. 107
 Ad regimen bonum necessarius est
 zelus. n. 109
 In regimine unio. n. 109

In

In regimine concordia. n. 109
 Regimen in multis positum nullum est. n. 186
 Regiminis mutatio. n. 349
 Regiminis defectus est imperiorum ruina. n. 432
 In regimine mors. n. 103

Religio.

Contra religionem peccata non sunt dissimulanda. 78. & 80
 Religionis culpæ puniendæ à principe. n. 80
 Religionis difficultas. 98
 Religionis desertor, qui timidus de perdendo sceptro. n. 182
 Religione vera confirmantur regna. n. 183
 Religio est iustitia in principe. n. 431
 Religionis defectus est imperiorum ruina. n. 432
 Religio falsa destruit, sicut vera conservat principes. 436

Remedium.

Remedium velociter adhibendum est. n. 35
 Remedium pro ingratis. 55
 Remedium ex sola principis præsentia. n. 58
 Remedium vitiiis statim adhibendum n. 157
 Remedium velox. n. 168
 Remedium hominum in oculis Dei. n. 169

Reprobatio.

Reprobationis signum ingratitude. n. 139

Respublica.

Reipublicæ excidium sunt consilia pessima. n. 704
 Respublica sub lege manet. n. 710

Resurrectio.

Resurrectio Lafari mirabilis. n. 702

Reus.

Reus semper à principe audiendus. n. 262

Rex.

Regis est veniam dare. n. 59
 Regem beneficia plus magnificant, quam supplicia. n. 59
 Rex pro subditis occumbens. n. 103
 A rege præstandus honor. n. 133
 Regum felix initium, infelix progressus, & finis. 210
 Rex nullus est sine Dei timore. 227
 Rex tyrannus, supplicium populi ingrati. n. 229
 Rex à solo Deo puniendus. n. 267, & 325
 Regem dedecet in iustitia. 616
 Regis est suos tueri, & alere. n. 316
 Rex solus, qui virtute præditus. 363
 Rex alat suos. 393
 Regis titulum dat liberalitas. n. 416
 Rex est, qui alieno commodo in servit. n. 470
 In rege manet respública. n. 710

Ruina.

Ruina loco sublimiori certior est. n. 155
 Ruina

Ruina imperii, principis ingratitude. n. 546
 Ruinam infert ingratitude. n. 553
 Ruina regnorum est iniustitia. n. 705

S.

Sacramentum.

Ex Sacramento altaris similitudo Dei. n. 684

Sacerdotes.

Sacerdotes honorandi. 121, & 223
 Sacerdotii symbolum vitulus. n. 683

Sacrificium.

Sacrificium cordis, & ex corde. 226

Salomon.

Salomonis petitio. n. 399
 Salomonis felicitas. n. 401
 Salomonis ingratitude. 402

Samuel.

Samuel iustus à regimine deponitur. n. 141

Sanguis.

Sanguis Christi effusus sanat. n. 171
 Sanguinis ejusdem est cum vassallis princeps. n. 318
 Sanguis fœdat victoriam. n. 388

Sapientia.

Sapientia fulgens, & zelo ardens multa patitur. n. 199

Sapientum ingratitude. 410
 Sapiens Christi amor. 557, & 558
 Sapientia in amore. n. 561
 Sapientia æternat amorem. n. 562
 Sapientia perpetuo durat. n. 563
 Sapientia Deo non pluris fit quam amor. n. 618
 Ex sapientia Christi amor. 598
 Sapientia Christi in amando commendabilis. n. 619
 Sapientia ex amore. 654
 Sapientiam dat Eucharistia. n. 83
 Quando sapientia prior amor. n. 655
 Sapientia zelo ardens multa patitur. n. 199

Sapores.

In saporibus, & odoribus dilitiæ. n. 95

Sanctitas.

Sanctitas potius, quam sapientia comparatur victoria. 60

Saul.

Saulis electio, & ingratitude. n. 204
 Saulis iniusta, & impia crudelitas. n. 261

Scandalum.

Scandala sunt beneficia, & miracula apud ingratos. 700

Scelus.

Scelerum parens, & palestra ingratitude. n. 19
 Sceleris imitatio fœda. 25
 Sceleris excusatio magnum scelus est. n. 215

INDEX RERUM

Scelerum omnium origo, est ingrati-
tudo. n. 219

Sceptrum.

In scepro timor. n. 182
Scepri conservacionis cura. n. 446
Sceptrum perditur ex metu, & negli-
gentia. n. 452
Sceptra potius adhæret idololatria.
n. 194

Scientia.

Scientia odit paritatem. n. 18
Scientia eventuum in principe. n. 503

Selfitudo.

Selfitudo parit ingratiudinem. n.
206

Seniores.

Seniores consiliarii esse debent. 57

Sepulchrum.

Sepulchrum, & cathedra reccurrunt
n. 102
Cum sepulchro, & morte voluptas.
n. 110

Servus.

Servorum lingua contra dominos. n.
94

Servitus.

Servitus non facile tollitur. n. 33
Servitus, & mors idem sunt. n. 37
Servitus ingens avaritia. n. 71

Servitus non tam digna principe
quam clementia. n. 76
Servitus splendida est principatus.
n. 104

Severitas.

Severitas non tam digna principe,
quam clementia. n. 76
Severitas est temperanda lenitate. n.
81
Severitas, cum prudentia. 87
Severitati miscenda est lenitas. 147,
& 148

Silentium.

Silentium inter oprobria admirabi-
le. n. 621

Similitudo.

Similitudinem Dei dat Eucharistia.
n. 684
Similitudo Dei ex sacramento alta-
ris. n. 684
Similimos nos Christo reddit Eu-
charistia. n. 685

Simplicitas.

Simplicitas cordis sancta, duplicitas
cordis pessima. n. 383

Simulatio.

Simulatio impedit veniam. n. 225
Simulatio, & fictio. valde crudelis.
n. 635
Simulata justitia peyor odio manife-
sto. n. 655

Sym-

NOTABILIVM.

Symbolum.

Symbolum sacerdotii vitulus. n. 683

Socius.

Socium imperii nemo patitur. n. 45
Societas in regimine mors est, & non
toleratur. n. 101

Somnium.

Somnia Ioseph odiosa. 708

Spes.

Spes in Deo figenda. n. 38
Spes feliciter. n. 38
Spes populi Hebræi vana, & falsa. 66
Spes in Deo est beatitudo. 139
Spes est tormentum. n. 312

Spiritus.

Spiritus sanctus ad redemptionem
mundi. 559
Spiritus donatus. 674

Status.

Status impia ratio est principum rui-
na. n. 439

Stultitia.

Stultitia ingratorum. n. 6, & 7
Stultus est malitiosus. n. 218
Stultitia Hebræorum. n. 710

Subditus.

Subditi minus puniendi, quam prin-
cipes. n. 93

Subditorum peccatum, est princip is
peccatum. n. 93
Subditorum culpas tegat prelati.
n. 120

De subditorum malis doleat opti-
mus princeps. n. 123
A subditis alendus, & regendus est
princeps. n. 418
Pro subditis Rex occumbens. n. 103

Sublimis.

Sublimior loco fortior est ruina. 155

Supplicium.

Supplicium ingratiudinis. n. 11
Supplicium grave est in malo scien-
tia. n. 12
Supplicium grave in non caventes. n.
25
Supplicia non magnificent Regem,
sed beneficia. n. 59
Supplicii memoria decet. 64
Supplicium unius ad cautelam mul-
torum. 64
Supplicium non est exequendum du-
rante principis iracundia. n. 78
In supplicio infligendo prudentia. 78
Supplicii infligendi modus. n. 78
Supplicium debet augeri, ne augean-
tur peccata. n. 93 (110)
Pro supplicio aliquando appetitus. n.
Supplicii loco invidia est. n. 111
Supplicium est sui ipsius invidia. 118
Supplicium à Deo justum. 120
Supplicium est ingratiudo ipsa. 143
Supplicium rebelium. n. 177
Supplicium sui ipsius est peccatum.
n. 177
Supplicium ingratiudinis. 200
Supplicium ab homine illatum est
acerbius. n. 299

Supplicia ingrati-
tudinis. 322
Supplicium contra delinquentem principem multiplicatur. n. 324
Supplicium culpæ accommodum. n. 384
Supplicium puniti regis indocumen-
tum. n. 420
Supplicii timor movet principes. n. 454
Supplicium è cælo contra sceleratos. n. 480.
Supplicia oportuna sunt, quæ è cælo veniunt. n. 481
Supplicium pro auxilio à Diabulo. 497
Supplicium hypocritarum. 527
Supplicium ex homine durissimum. n. 523
Supplicium grave infligitur ab amore offenso. n. 719
Supplicium Hæbreorum unde. 720

Superbia.

Superbia parit culpas carentes venia. n. 44
Superbos virga deprimat princeps, & ingratos elevat. n. 42
Superbus omnino extinguendus. 45
Superborum, & ingratorum lapsus. n. 83
Superbi iniusti humiles iusti. n. 154
Superbia intendit calcare pedibus Deum. n. 156
Superbi dolent. n. 368
Superborum punitio. 466
Superbia cum ingrati-
tudine jungitur. n. 499
Superbia est merus timor. 100
Superbia punitur à Deo. 536
Superbia deprimitur. 537

Superior.

Superiorum præcepta non sunt exam-
inanda. n. 164

T.

Taciturnitas.

Taciturnitas iudex innocentia-
certior. n. 622
In tacendo mirabilis patientia.
n. 623

Temporalia.

Temporalium rerum possessio parvi
facienda. n. 97
Temporalium bonorum amissio lu-
crum est. n. 534
Temporalium bonorum levitas, &
futilitas. n. 535
Temporalis iacob amor erga Rache-
lem. n. 575

Tentatio.

Tentatio patientia, qualisnam gra-
vissima. 636

Testimonium.

Testimonium temporale non pluris
faciendum. n. 59

Timor.

Timida est pœna. n. 25
Timor regentis. n. 102
Timor duplicat dolorem. n. 141
Timor in sceptro. n. 182
Sine timore Dei Rex nullus est. n.

Timor, & malitia ingrati-
tudinis. n. 293

Timida consilia apparent pruden-
tiora. n. 396
Timor adhæret vitiis. n. 367
Timor supplicii potens. 453
Timor supplicii movet principes. n. 454
Timor post victoriam manere debet. n. 527
Timor cautus. n. 528
Timet Deum ambitiosus. n. 611

Tirannus.

Tiranni erga innocentes sunt sevio-
res. n. 32
Tirannus est, qui nihil punit, & qui
omnia punit. n. 98
Etiam à tyrannis colitur majestas. n. 516
Inter tyrannos veritas est blasphemia
n. 590

Tormentum.

Tormentum durissimum absentia. n. 693

Torqueri.

Torquet amantem sola diffidentia.
n. 639
Torquent desideria. n. 639

Tranquilitas.

Tranquilitas timida. n. 528

Tribulatio.

Tribulatio in electis à Deo. n. 274

Tribunal.

Tribunalis Iudæorum iniquitas. 713

Tributum.

Tributa per se exigit princeps. 413
Tributa imponendi modus. n. 417
Tributum solvendum etiam cum la-
bore. 417, & 419

Tristari.

Tristatur amor ex diffidentia. n. 640

V.

Valor.

Valorem tollit mendacium. n. 149
Valor morientis filii in bello
gloria patris. 382
Valor extinguentis adulatores. 460.
Quod valor indignatur, amor am-
plectitur. n. 643

Vania.

Vania carentes culpas parit superbia
n. 44
Vania delictorum in principe. n. 77
Vania danda etiam ingratis. n. 125
Veniam impetrant lachrimæ. n. 216
Vaniam impedit simulatio. n. 225.
Vania ex clementia. 343
Vania intempestiva punitur. n. 466
Vaniam dare Regis est. 59

Veritas.

Veritatem odit ingratus. 20

INDEX RERUM

Veritas in ore faminarum reputatur deliramentum. n. 56
 Veritas lapidatur. 138
 Veritas in principe potior quam potestas. n. 150
 Veritas est principis virtus peculiaris. n. 152
 Veritas in solo Deo. 152
 Veritas Christum ostendit. n. 426
 Veritas conservat principem. n. 427
 Veritas quanti fiat à Deo. n. 427
 Veritas coronat. 444
 Veritatis impugnatores, Dei inimici. 456
 Veritas in principe quid præcipuum. 471, & 488
 Veritas exulat à tyrannis. n. 472
 Veritas placet, non principibus, sed populo. 473
 Veritas amanda à principe. n. 489
 Veritas excipitur opprobriis. n. 490
 Veritas Christus offenditur. n. 491
 Veritas malo excipitur. 492
 Veritatis defectus, maledictio. n. 545
 Veritas impugnata splendet. n. 564
 Veritati, quam infensi Iudæi. n. 589
 Veritas non auditur, & damnatur. n. 590
 Veritas inter tyrannos est blasphemia. n. 590
 Veritatem quomodo interpretatur invidia. n. 590

Vexatio.

Ex vexatione intellectus. n. 279

Victor.

Victor post victoriam præparatur ad pugnam, dum cum invidia. n. 239.
 Victor nequit esse malus, ne sit gratus. n. 526

Victoria.

Victoria ingens est, malum vincere bono. n. 39
 Victoria comparatur potius sanctitate, quam potentia. n. 60
 Victoriæ confert sanctitas. n. 60
 Victoriæ de Goliath ab Filisteis. n. 234
 Victoria comparatur à justitia. n. 377 & 378
 Victoria illa lætior, quæ non damnosa. n. 389
 Victoriæ in Deum referendæ. n. 537

Vigilantia.

Vigilantia principis necessaria. 251

Vindicta.

Ad vindictam compellit ingratitude, etiam mansuetudinem eximiam. n. 13
 Vindicta Deo omnis relinquenda. n. 131
 Vindictam posse desumere, sufficit pro vindicta. 264
 Vindicta qualiter sumenda. n. 268
 Vindicta reddit vilem. 269
 Ad vindictam facilius est princeps, quam ad gratificationem. n. 294
 Vindicta infamat. n. 331.
 Vindicta principis ignominiosa. 344
 Vindictæ amor, beneficiorum obli-
 vio. n. 350

Violentia.

Violentia stuprantis Amonis excusatur, qui ex ingratitude. n. 327

Vi.

NOTABILIMUM.

Vires.

Viribus prævalet industria. n. 251
 Vis, & affectus amoris Christi. 656

Virtus.

Virtus principum est clementia. n. 76
 Virtutes insectatur invidia. n. 198
 Virtutes post mortem videntur. 198
 Virtus facit principem. 362
 Virtus dat immortalem gloriam. n. 451
 Virtus in principe, illum æternat. n. 520
 Sine virtute, nobilitas nullâ est. n. 333

Vita.

Contra vitam, & honorem est metus. n. 136
 Vita inveterata difficilis curationis. n. 157
 Vita ex morte. n. 170
 Vita temporalis quanti fiat. n. 172
 Vita in iusto post mortem. n. 179
 Vita temporalis est prolixa mors. n. 337
 Vita lethalis morbus est. 338
 Vita sine probitate non durat. n. 399
 Vitam tollunt peccata. n. 400
 Vita solum utilis ad pœnas, & merita. n. 597
 Vitæ antepositur honor. 613
 Vitam, & amorem prodigere, excessus maximus. 616
 Vita, & mors in Eucharistia. n. 692

Vitium.

Vitiorum imitatio. n. 14
 Vitia inter se continuantur. 72
 Vitium est damnosum etiam sibi invidiam. n. 116, & 117
 Vitium abjectissimum est accusatio. n. 127
 Vitium detestabile, & nocivum destructio. n. 144
 Vitiis statim adhibendum remedium. n. 157
 Vitia inveterata difficilis curationis. n. 157

Unio.

Vnio in regimine. n. 109
 Ex unione gloria. n. 145
 Vnitas principis. n. 187

Voluntas.

Voluntas patrum est filiorum. n. 495
 Voluntas quando iudicat, iudicium errat. n. 701

Voluptas.

Voluptas hujus mundi dolor, & bellum est. n. 79
 Voluptas cum morte, & sepulchro. n. 110

Vulnus.

Vulnera manu ingrati inflicta crudeliora. n. 638
 Multum vulnerat ingratitude. n. 638

Indicis rerum notabilium

FINIS.